UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER IX.

## Iactantia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Iactantia, Gr. μεγαληγορία, μεγαλαυχία, ἀλαζονεία, ας, & ἡ, ἀλαζών, ονος, ὁ, ἡ, iactor dicitur. Eſt autem iactantia, inanis de ſe & ſtulta prędicatio, *Vel ſic*: Iactantia eſt, per quā quis ſe extollit ſupra id, quod in ſe eſt. Secundario autem ſupra id, quod de eo alii opinantur. *ſecundum B. Tho. ſecunda Secundæ, q.* 110. *art.* 1.

Iactatio eſt voluptas geſtiens, & ſe efferens inſolentius. *ſecun. Cic. li. 4. Tuſcul. quæſt.*

Iactator eſt qui plus eis, quæ ſcit, fingens, aut ſcire, quæ non ſcit. *ſecund. Ariſt. lib. Magnorum moral.*

Iactare, vnde iactantia & iactor veniunt, proprie eſt frequenter iacere. *Seneca*: *Dum lapillos iactaret in puteum* Aliquādo voluere. *Virgil. Atque illum tales iactantem pectore curas.* Nonnunquā pro fatigare, cōcutere, vexare affligere. *Virg. Iactos æquore toto Troas reliquias Danaum atque immitis Achilli.* Et licet Seruius dicat, hoc intereſſe inter iactari & fatigari, quod iactamur mari, fatigamur terris: Virgiliano tamen exemplo ſatis apparet ridiculā eſſe huiuſmodi differentiam, cū dicat *Virg. Terris iactatus, & alto.* A iacto fit iactura, quę ſignificat damnum, quo afficiuntur nautæ cum maxima laborantes tempeſtate merces in mare eiiciunt, vt nauis minori pōdere prematur. A iacto item fit iactanter aduerbium, hoc eſt, cū iactantia: iactabundus, hoc eſt, gloriabundus, & inaniter ſe iactans.

Iactantia, Hebr. *Gaon* & *Gaauah*, elatio, arrogantia, ſuperbia excellentia: quum quis excellit in oculis ſuis, & eximius coram aliis vult videri, quemadmodum quæ iactat & effundit verba teſtantur, ſibi plus quam par eſt tribuens, à verbo *Gaah*, gloriatus eſt, elatus eſt, eminuit, excelluit. De Deo dictum, ſemper in optimam partem ſumitur. De homine, diſtinctio eſt adhibenda. Pii in Deo gloriātur, & eiuſdem beneficentiam abunde prædicant: impii vano gaudio tumidi ſeipſos tollunt in altum, vt lapſu grauiore ruant.

¶ BIBLICI LOCI.

Iactantia fugienda, *Prouerb.* 25. 6. & 27. 1. & 28. 25. *Ieremiæ* 9. 23. 1. *Corin.* 3. v. 31. & 4. v. 6. & 8. v. 2. *Iacobi* 3. v. 14. & 4. v. 16.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes, 1. *Reg.* 2.

Superbiam in tuo ſermone nunquam dominari permittas. Nam ſuperbiæ coniunctus eſt interitus, multaq; perturbatio *Tob.* 4.

Diſperdat Dominis vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. *Pſalm.* 11.

Laudet te alienus, non os tuū: extraneus, & non labia tua. *Prou.* 27

Auferram de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte ſancto tuo. *Soph.* 3.

Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Rom.* 1.

Non audemus inſerere aut comparare nos quibuſdam, qui ſeipſos commendant, ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis, 2. *Cor.* 10.

Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. *ibidem.*

Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat (& etiam parua) *Iacob.* 2.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Hoſtes ad rapinam prouocat, qui ſuas eorum notitiæ diuitias denudat. *Greg. in mor.*

Si vis ſublime oſtendere virtutis, noli ſapere ſublime, & tunc illud, quod egeris, eſſe monſtrabis excelſus. Noli te putare quicquam feciſſe quum feceris, & pleniſſime cuncta feciſti. *Chryſoſt. ſup. Matt.*

Dum cauſa iactantiæ pauper paſcitur: etiam ipſum miſericordię opus in peccatum conuertitur. *Id. de ſummo bono, lib.* 3.

Occulta, quod agis, in quantum vales, quod fier... ſit in animo occultandi voluntas, & non erit de o... temeritas. *De conflict. vitiorum.*

Mirabile iactantiæ genus, vt non poſſis putari ... ratus appareas, *Bern. ſup. cant ſerm.* 1.

Animaduertendum eſt, non ſolum rerum corpo... atque pompa: ſed etiam in ipſis ſordibus eſſe poſſe ia... periculoſiorem, quo ſub ſpecie ſeruitutis Dei decipi... *mini in monte.*

Iactantia non eſt vitium laudis humanæ, ſed vitium ... uerſæ amantis humanam laudem, ſpreto teſtimon... *Aug. lib.* 10. *de Ciuit. Dei.*

Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non ... hominibus iudicante te, non eripietur damnante te. ... *Confeſſionum.*

Video me non laudibus meis propter me, ſed prop... tilitatem moueri oportere, & vtrum ita ſit, neſcio *Idem.*

Sciamus neminem iactare ſe debere, nam ſi Petrus ... dixit: Et ſi alii ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego, ... de ſe præſumat? deniq; & Dauid, quia dixerat: Ego d... mea: non mouebor in æternum, eam ſibi iactantiam ... fitetur dicens. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ... tus. *Ambroſ. & habetur 6. q. 1. can. Imitere, §. Stemus.*

Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat. Sed iuſtos ... purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monſtrat. ... ſua paſcuntur: quia auctoris ſui gloriam quærunt, ... antur, ne non ſit intus quod foris dicitur, ne ſi eſt ... ante Dei oculos ipſis fauoribus vacuetur, ne huma... mentis emolliat, eamq; in ſui delectatione proſterna... iumenti debet augendi operis, iam retributio ſit labo... *ral. lib.* 26,

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Perſ. Sat. 1.

*O mores! Vſque adeone*
*Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.*

Idem Sat. 4.

*Ad populum phaleras, ego te intus & in cute no...*

Plautus in Epidico.

*Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, ...*
*ſunt ore ſordidæ.*

Idem.

*Stultus eſt qui facta infecta facere verbis poſtulat.*

Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

*Heu mihi! non tutum eſt quod ames laudare ſod...*
*Cum tibi laudanti credidit ille ſubit.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Minuit quodammodo ſe probantis conſcientiæ ſecre... ties oſtentando quis factum recipit famæ pretium. ... *de Conſolatione.*

Iactator iuſtiſſime & maxime vituperandus eſt. *Ariſt.* ... *corum.*

Quid duces & milites, qui fortiter à ſe facta ſemper ... & tamen tacent arrogantiæ metu? nonne ſit vt hæc refer... tur, mercedem laboris ſibi eximant perſolutam, ... putantes, inter volentes narrare quæ fecerint? Adeo ... narrationum habet gloriæ quendam ſaporem, ... li forte præſentes ſint, tales interrogationes obſtrepe... & alias inſerendo fabulas, prohibeant illa narrari, ... ranti laudem creare. *Macrobius lib. 7. Saturnalium c.* 2.

Nihil eſt quod magis minuat laudis præconium, ... due iactare ſucceſſus; & ſingulis diebus anni vendere ... *Valerius Maximus lib.* 2.

Deforme etiam eſt, de ſeipſo prædicare, falſa præſe... cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. ... *offic.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Neque facundiæ oſtentatio rudi & indocto, neque gloriæ cupi- … ſtico & barbaro, neque inceptio patrociniorum ſeni congru- … *Apuleius lib. 2. de Magia.*

… eſt autem quis falſo gloriari. *Idem lib. 3. Floridorum.*

… De ſuis homines laudibus libenter prædicant, *Iulius Cæſar lib. 9.*

¶ Apophthegmata.

*Diogenes* puero cuidam, qui vellet ſe recipi in numerum diſci- … rum Diogenis, ac diceret ſe excellere ingenio, reſpondit: Si a- … excellis ingenio, optimiſq; moribus præditus iam es, non eſt … me præceptore ad vitam neceſſaria diſcas. Notauit autem … adoleſcentis iactantiam, & in dignum putauit vt in phi- … ſophiæ ſtudio educaretur, *Bruſ. lib. 3. ex Laert.*

*Ariſtoteles* admonebat ſuos, ne nimium ſe laudarent ipſos, nec … uperarent etiam. Laudare enim ſeipſum, vani: vituperare, ſtulti … *Bruſ. l. 3. ex Stob.*

*Phocion.* Laoſthenes quum Athenienſes ad inferendum reliquæ … bellum aſſiduis ſtimulis concitaret, ac de ſe multa variaque … Phocion ait: Cupreſſis ſunt plane ſimiles ſermones tui, illi … magni ſunt, nec tamen vllos ferunt fructus. *Plut. in Pho.*

*Anonymus.* Peregrinus quidam Spartæ crepidatus, altero pede- … rectus, ad Laconem dixit. Nequaquam puto te, ô Lacon, tan- … temporis, quantum ego, in pede perſtare poſſe: Vrbane exci- … Lacon: Minime (inquit) ſed ex anſeribus nullus eſt, qui hoc … poſſit. *Plut. in Lacon.*

*Lacones.* Philippus cum minaretur Lacedæmoniis per literas, di- … ſe omnia quæ conarentur prohibiturum: Lacedæmonii ia- … eius irridentes, interrogarunt Philippum, num mori et- … eos eſſet prohibiturus? *Plut.*

*Fabius Max.* Quum M. Liuius ſibi poſtularet acceptum ferri, … Fabius cepiſſet Tarentum, videlicet quod in arce præſidium … ſet: cæteris iactantiam hominis deridentibus. Vera (inquit … narras: nam niſi tu ciuitatem amiſiſſes, nequaquam ego re- … ſem. *Plut. in apoph.*

*Vatinius.* Ciceroni iactanti apud Vatinium, quod humeris … de exilio aduectus ſit, vrbane inquit: Vnde tibi varices? *Bruſ.* … *tertio.*

*Iul. Cæſar.* Sylla factus prætor, quum indignabundus Cæſari ſua … ſe illum poteſtate vſurum eſſe dictitaret, videns Cæſar, Recte, in- … ſuum putas eſſe magiſtratum, quem tuis habes pecuniis com- … ratum. *Plut.*

*Auguſt. Cæſar.* Quempiam ſaxo in expeditione percuſſum, ac … cicatrice in fronte deformem, nimium tamen ſua opera … ſitem, ſic leuiter vrbaneq; caſtigauit: At quum fugeres, in- … nunquam reſpexiſti? *Bruſ. lib. 3.*

¶ Similitudines.

*Plutarchi.* Stoici qui ſe dicunt inuictos, improhibitos, & cætera, … omnia ſecus patiantur, ſimiles ſunt nauibus quibus inſcri- … eſt εὔπλοια καὶ πρόνοια σώζουσα καὶ θεράπεια: hoc eſt, ſplendidi, … magnifici tituli: at nihilo ſecius interim iactantur fluctibus, com … ntur, ac ſubuertuntur, *In Moral.*

*Eraſmi Roterodami:* Gallus victor ilico cantu ſuperiorem ſeſe … ita quidam ſua facinora iactant ipſi, & ſuarum laudum ri- … ſunt tibicines, *In Simil.*

*Torqueti.* Ligna quæ plurimum fumi exigunt, fere minimum … exhibent: ac ferme minima poſſunt, qui plurima iactant, *In* …

¶ Exempla Biblica.

*Iactantiæ exempla.* Pharao, *Exod.* 5. 2. Gaal filius Obed, *Iudic.* 9. 28 … 1. *Sam.* 17. 8. Abſalom, 2. *Sam.* 15. 4. Adonias, 1. *Reg.* 1. *&* 9. Ro- … 21. *v.* 10. 14. Iezabel, 19. *v.* 2. Benadad, 30. *v.* 10. Rabſaces, 2. *Reg.* … 2. *Paral.* 32. 13. *Eſa.* 36. 18. Holofernes, *Iud.* 6. *v.* 1. 2. 3. Aman, … Rex Aſſyriorum, *Eſa.* 10. 13. Babylon, 14. 13. *&* 47. *v.* 7. 8. … *Iere.* 48. *v.* 29. 30. Tyrus & Rex Tyri, *Ezech.* 27. 3. *&* 28. *v.* 2. Pha- … Rex Ægypti, 29. *v.* 3. 9. Chaldæi, *Dan.* 2. 4. Nabuchodonoſor, 3. 15. … Iſraelitæ, *Amos* 6. 2. 13. Edom, *Abd. v.* 3. Niniuitæ, *Soph.* 2. 15. … 1. *Macch.* 3. *v.* 13. 14, Demetrius, 10. 70. Nicanor, 2. *Macch.* 88. 11. … chus, 9. 4. Phariſæi & Sadducæi, *Mar.* 3. 9. *Luc.* 3. 8. *Ioan.* 8. 39. … bolus, *Matth.* 4. 9. *Luc.* 4. 10. Pſeudoprophetæ, *Matt.* 7. 22. Diues … adoleſcens, 19. 20. *Marc.* 10. 20. Filii Zebedæi, 20. 22. *Marc.* 10. 39. Pe- … & reliqui Diſcipuli, *Matth.* 26. *v.* 33. 31. *Marc.* 14. *&* 29. 31. *Luc.* 22. … *Ioan.* 13. 37. Legiſperitus, *Luc.* 10. 29. Phariſæus, 18. *v.* 10. 12. Prin- … Iudæi, *Ioan.* 7. *v.* 27. *&* 8. *v.* 33. 39. 41. *&* 9. 28. *Act.* 23. 12. Pilatus … 19. 10. Simon Magus, *Actor* 8. 9. Pſeudoapoſtoli, *Gal.* 6. *v.* 13. Ia- … pœna, 2. *Sam. v.* 10. 14. 15. Iactantia bona, *Iere.* 9. 24.

¶ Profana Exempla.

*Alectryonem*, ducem Philippi Regis, Chares Athenienſis confe- … cuius facti, cum nimium crebro, nimiſq; inſolenter apud po- … Athenienſem meminiſſet, vulgo vſurpari cœpit prouerbio … bundos, φιλίππου ἀλεκτρυών, *Eraſ. in adagiis.*

Adoleſcenti cuidam iactanti, ſeſe dum Rhodi eſſet admirabiles … ſe ſaltus, quidam ex auditoribus, interpellato ſermone, ἰδοὺ ῥό- … inquit, ἰδοὺ πήδημα, id eſt, Ecce Rhodus, ecce ſaltus. *Eraſm. in* … *adagiis.*

*Phocion*, quidam peripateticus libro ſuo titulum fecit κέρας ἀμαλθείας *teſte Gellio.* Plinius idem oſtendit, Græcos aliquot hanc inſcriptionem, nimis arrogantem ſuis commentariis impoſuiſſe, tanquam nihil in eis non contineretur, & quiduis inde peti, atque accipi poſſit. *Idem.*

*Myxus* Sacerdos quiſpiam fuit Dianæ glorioſus, & magniloquens, qui ſe fingebat omnia mirari: hinc in ſuperbos & gloriabundos dici conſueuit, Papæ Myxus, *Eraſ. in Adag.*

*Simonides* cantilenarum conditor, cum Lacedæmoniorum rex Pauſanias, qui perpetuo res ſuas geſtas iactabat, iuberet iculariter, vt ſibi præceptum aliquod ſapiens daret: poſtquam hominis inſolentiam aduertit: Vt meminiſſet conſulebat, hominem ſe eſſe. *Plut. in orat. conſol. ad Apollonium.*

*Socrates* Alcibiadem intuitus, ob diuitias inflatum, & ſuperbientem opibus prædiiſque, in quendam locum duxit, in quo ſuſpenſa erat coſmographica tabula, terræ circuitum complexa: iuſſitq; Alcibiadem, Atticam in ea inquirere: quam vt inuenit: ſua etiam prædia inſpicere præcepit. Quæ cum Alcibiades nuſquam eſſe picta diceret: cur igitur, Socrates inquit, ob illa ſuperbis, quæ circa nullam terræ partem exiſtunt? *Eraſ. in apoph. ex Ælia. l. 3.*

¶ Fabula.

Talpa.

Talpa animal eſt oculis captum: Hoc ad matrem aliquando ſuam, morum video, dixit. Atque iterum, thuris odor compleuit nares meas. Tertio ſonitus æris attigit aures, inquit, meas. Cui mater reſpondit, ſe intelligere de dictis non modo ipſum lumine, ſed odoratu etiam atque auditu priuatum eſſe.

Fabula notat glorioſos & Thraſones iſtos, qui dum ſe mirifice oſtentant & iactitant, in minimis ſæpe depræhenſi redarguuntur.

Gloriator.

Reuerſus in patriam quidam ſuam, vnde aliquot annis abfuerat, in omnibus cœtibus gloriabatur præclara facinora ſua: atque ſe in inſula Rhodo ſaltando ſignum fixiſſe, quod nemo omnium quum adeſſent aſſequi potuiſſet. Huius ſe habere teſtes vniuerſos Rhodienſes aiebat. Tum vnus de circulo: Heus tu, inquit, ſi vera prædicas, hoc eſſe loco Rhodum puta, & ſic ſaltum iſtum edito.

Fabula hæc ſubiicit, quod & Demoſthenes dicit, vanam eſſe orationem omnem, quæ rebus deficiatur. Prouerbium autem hoc vſurparunt veteres, in oſtentationibus glorioſorum retundendis, vt ſic illos increparent. Hic Rhodus, hic ſaltato.

Saga.

Saga quædam & mulier diuinatrix, auertere ſe deorum iras & placare infera numina poſſe, profitebatur. Quam ream quidam fecere, poſtulantes impietatis, cauſaque iudicibus probata, cum ad ſupplicium illa damnata abduceretur, de turba quidam irridens. Heus tu, inquit, quæ pollicebare aliis diuinæ iræ procurationem, non potuiſti humanam ſententiam mitigare?

Fabula narratur in magnarum rerum profeſſores, qui minimarum ſint imperiti.

# Idea.

¶ Definitio et Etymolog.

IDea dicitur ἀπὸ τοῦ εἴδους, quod eſt ſpecies & forma. Et eſt forma exemplaris, qua res fiunt & cognoſcuntur, quæ eſt in mente artificis, *ſecund. B. Thom. 1. part. q. 15.* Hinc idolum cum accentu in penultima, cuius diminutiuum eſt idolium, ſimiliter cum accentu in penultima, & idololatria, *de quibus infra*, & idolothyſia, hoc eſt, immolatio, quæ fit ſimulachris, ἴδιος, ου, vero dicitur proprius, â quo idiotes ſiue idiota, dicitur indoctus, & inutilis, quaſi tantummodo & nulli alii vtilis. *Lucilius: Quid ni, & tu idem illiteratum me atq; idiotam dicere.*

¶ Philoſophicae Sententiae.

Nobis etſi difficilis exiſtit quæſtio, quod nobis amici ſint ii, qui Ideas induxerunt: tamen æquum eſt veritatis retinendæ cauſa ſua etiam decreta tollere, Philoſophos præſertim. Etſi enim vtique chari ſunt: tamen præclarum eſt pluris æſtimare veritatem. *Ethic. lib. 1. cap. 6.*

Ideas quidem eſſe aut cõmunem aliquam naturam à rebus ſingulis ſeparatam, vt demonſtratio ſit, non eſt neceſſe: ſed illud tantum verum eſt, neceſſitatem eſſe, vt communis aliqua ratio ſit, quæ in rebus ſingulis cohæreat, *lib. 1. de Demon. c. 8. T. 25.*

Neque idea eſt vlla in re quæ eſſe videatur & appareat, & ſpecies ad ſpeciem referri videatur, *Top. l. 6. c. 3.*

In hoc occulte peccant ii, qui *I*deas inducunt. Nam naturales formas ſecernunt à materia, cum minus quam Mathematica ſeparari poſſint, *lib. 2. de Nat. c. 2. T. 19.*

Ii qui ſpecies inducunt, partim recte dicunt, dum eas à rebus ſingulis ſeiungunt, ſi modo eſſentiæ ſint partim non recte, quod

ſpeciem vnam in multis dicunt: In cauſa eſt, quod explicare non poſſunt, quænam ſint eſſentiæ eiuſmodi, quæ non intereunt præter ſingulas, quæ ſub ſenſum cadunt, *Metaph.l.6.c.16.T.58.*

Perſpicuum eſt ſpecies ſicuti ſpecies quidquam ſoliti ſunt dicere, ſi ſunt aliquæ res præter ſingulas, nihil ad ortus rerum, & eſſentias conducere: nec his quidem de cauſis per ſe, atque ſeiunctas eſſe naturas, & eſſentias, *Lib.Metaph.c.8.T.28.*

Pari numero earum quæ ſenſibus ſubiectæ ſunt, & intereunt, alias naturas fabricati, abſurdum atque alienum prorſus eſſe videatur, *Lib.10.Metaph.c.2.*

Si quis Ideas in nobis eſſe dixerit, & moueri eas, & ſtare concludetur, ſub ſenſum cadere, ac ratione & intelligentia contineri. Nam & quieſcere eas, & immobiles eſſe, & ſub intelligentiam cadere placet iis, qui eas ponunt. Quæ ſi in nobis ſitæ ſunt, profecto non poterunt eſſe immobiles: cum præſertim ſi ipſi moueamur, neceſſe ſit ea omnia, quæ in nobis ſunt, vna moueri. Atque etiam ſenſu eas percipi, ſi modo in nobis ſint: ex hoc intelligi poteſt, quod ſenſu oculorum formam vniuſcuiuſque cognoſcimus. *Lib.1,T.c 3.*

Idea boni maxima eſt diſciplina, quaſi circa iuſta & alia vtilia fiunt, ſed ſi eam non ſatis nouimus, abſq; hac quam maxime alia ſciuerimus. Eorum nulla nobis eſt vtilitas, vt ſi quid poſſideremus abſque bono, *Plat.de Rep.dial.6.*

Idea boni eſt id quod veritatem exhibet his quæ cognoſcuntur, & ei qui cognoſcit vitam tribuit, & cauſa eſt ſcientiæ & veritatis, vt quæ per intelligentiam cognoſcitur, *Plat.de Rep.dial.6.*

Ideas nec habemus, nec apud nos ſunt, nec ipſarum cognitionem habemus, *Plat.in Parme.*

Ideæ omnes tanquam ſpecies quædam intellectuales ſunt atque diuinæ, nec malorum cauſæ ſunt, *Plat.de Rep.dial.6.*

Ideæ ſunt vniuerſalium & perfectarum ſubſtantiarum, & eorum quæ conferunt ad naturalem harum ſubſtantiarum diſpoſitionem, vt hominis, & eius quod hominem perficere poteſt, vt ſapientiæ & virtutis, *In Cap.in Alc.dial.2.*

Ideam non eſſe artificioſorum, nec eorũ quæ præter naturã ſunt, nec particularium, nec eorũ quæ ſunt imperfecta, vt ſordiũ, & feſtucæ, nec relatiuorum, pluribus ex his qui Platonem ſecuti ſunt non placuit, ſed eſſe voluerunt intellectiones Dei æternas, ac ſeipſis perfectas, *Alc.c.9.*

# Idololatria.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IDololatria Græca dictio eſt, εἰδωλολατρεία, ας, ἡ, & εἴδωλον, ου, τὸ, ſimulachrum dicitur. Et eſt cultus Deo debitus creaturæ exhibitus. Et dicitur idololatria ab εἴδωλον, & λατρεία, cultus. Nam λατρεύω, colo dicitur.

Idololatria eſt exhibere latriam, id eſt, cultum Dei, creaturæ. *ſecundum B.Thom.Secundæ,q.94.art.1.*

Idololatria eſt idolorum cultor, licet conſuetudo per errorem proferat idolatra A Græcis enim ſcribitur εἰδωλολάτρης, ου, ὁ.

Idola ſunt inanes imagines, *ſecundum Cic. lib.1. de Finibus bonorum & malorum.*

Idololatria eſt falſa religio, quum cultus ſoli Deo debitus idolo exhibetur. Idolum autem intelligitur, tam ſimulachrum quo numen vel aliud quid numinis, patroni, protectoris, ſeruatoris loco, repræſentatur & colitur, cuiuſmodi fuit vitulus aureus, *Exod.32.4. A.7.41.* Idolorum aureorum, argenteorum, lapidaorum, ligneorum, quæ nec videre, nec audire, nec loqui, nec ambulare poſſunt, meminit, *Pſalm.115.135.& Apoc.9.20.*

## ¶ LOCI BIBLICI.

Idololatria fugieenda, *Exod.28,verſ.3.4.23,& 23.13.& 34.verſ.14,17,Leuit.19.4.& 26 1. Deut.4.16,& 5.verſ.7,8,& 6.14, & 11.16. & 12.2.& 27.15.& 29.18, Ioſue, 23.7.& 24.verſ.14.23.1.Sam.7.3.1. Reg.3.3,& 14.9.& 18.21.2.Reg.5.17.& 10.30.& 17.10.Ierem.7,6,& 11.17,Ezech.18.verſ.12,15.Daniel 3.18.Oſeæ 2.17. Actor.14.15.& 15.28. 1.Corinth.10.14. Galat.5.20.* Idololatria eſt ſcortatio ſpiritualis, *Eſa.57,verſ.7.8, Ierem.2.20.& 3.verſ.6.9.& 13.verſ.27.& 23.14. Ezech.16.15,25,& 23,verſ.3.Oſe.2,2.& 4.verſ.12,& 5,5,& 6.verſ.10. Apoc.2,22.& 14,8,& 17,2,& 18,3.*

Idololatriæ pœna capitalis, *Exod.22,v.20 Deut.17,v.5,6,7.*

Idololatria externa, id eſt, quæ geſtu tantum externo, reclamante animo committitur cauenda. *1.Reg.19,18,Pſalm.16.4,Rom.11,4. 1.Corinth.3,4,& 8.6,& 10,20,21,2,Corinth.6,v.14.16,& 7.1.1, Ioan.5,21, Apoc.14.9,10,& 18.4.* Homines ad idololatriam natura ſunt propenſiſſimi *Exod.32.verſ.1.2,3,4,6,Num.25.verſ.2. Iudic.2,11.& 2.27& 8.27.1Reg.11.4& 12.28& 16.31.& 22.54.2.Reg.16.3.& 17.v.10,16, 29.& 19.37.& 21.3.2,Paralip.25.14.& 29.23, Nehem.9.18. Pſalm.106. verſ.20.21.28,35.Sapient.14.15.Eſaiæ 57.5.& 65.3. Daniel.3.verſ.1.5. & 6.7. Act.7.verſ.40,42.& 14.v.12.13.14.& 17.16.*

Idololatræ abominabiles, *Eſai.41.24.* excludendi ...
*1.Corinth.6.9*, fugiendi, *Apocal.18.4.* Idololatr...
Diis ſuis, *Eſaiæ 8.21.* eorum miſeria. *Pſalm.115.&* ...
ſeruiunt, *1.Corinth.10.20.* teſtes aduerſus ſeipſos ...
*verſic.9.*

Idololatrarum confuſio, *Pſalm.97.7.Eſa.1.29.&* ...
*Ierem.1.16.* interitus, *Amos 8.14.Apocal.14.8.* obſtina...
3. prodigalitas, *Oſe.8.& 4.* ſtultitia & ſtupor, *2.Para...*
*Pſalm.115.8.& 135.8.Eſa.44.18.& 45.20.Ierem.51.7...*
voces *Eſa.42.17.& 44.17.*

Idolorum catalogus, quorum mentio fit in ſacris ...
*Adonis, II. Adramelech.* idolum Sepharuaim, ...
Pauonis, aut Muli, *2.Regum 17.31. III. Aſdod.* ...
rum, quod alias Dagon dicitur, *1.Macchab.10.83. IV.* ...
equus aut phaſianus, idolum incolarum Sepharuaim ...
*V. Arza*, idolum quod coluit Rex Ela domi ſuæ, ...
*Aſima.* hircus ſylueſtris, idolum Hemathæorum, ...
*Aſtharot*, idolum ſeu Dea Sidoniorum, effigiem ...
*Sam.31.10.1.Reg.11.5. VIII. Baal*, idolum comm...
*verſic.25.1.Reg.16.verſic.31.32.& 18.21. &c. IX. Baal...*
lum Sichimitarum, *Iud.9.4. X. Baalpeor, vel Baal...*
lum Moabitarum, in quo præuaricati ſunt Iſraelitæ, ...
Hieronymus ait Priapum fuiſſe. XI. *Baalzebub*, ...
ronitarum, vel Ecronitarum, *2.Reg.1.2. XII. Baal...*
lum Ægyptiorum: cui hanc vim attribuerant, quod ...
uos obſeruaret, & retineret, *Exod.14.verſ.29.33. XIII* ...
ſeu *Liber*, idolum, *1.Macchab.6.7. XIV. Bel*, idolum ...
quod comminutum eſt à Daniel, *Daniel.14.2. XV.* ...
*Chemoſch*, idolum Amorrhæorum, Ammonitarum, ...
dictum. *Numer.21.29.Iudic.11.24.1.Regum 11.verſ.7...*
*23.13.Ierem.48.verſ.7.13. XVI. Canopus*, idolum ...
*Vide Hiſtoriam Ecsleſiaſticam, lib.11.cap.26. XVII* ...
lum Iſraelitarum, quod alii Sydus, alii Saturnum ...
*Amos 55.26. XVIII. Dagon*, idolum Philiſtinorum ...
inferne, ſuperne auro autem formoſæ mulieris ...
*16.23.10. Samuelis 5.3.* XIX. *Dianæ* Templi & cultu...
*2.Macchab.1.verſic.13.15.* & vocatur ibidem *Nanea.* ...
idolum Babyloniorum, *Danielis 13.verſicul.23.* ...
Gedeonis, fuit idololatria à Gedeone inſtituta, ...
in patria ſua Ophra, bona quidem intentione, ſed quæ ...
Iſrael offendiculum præbuit, *Iudicum 8.verſic.27.* ...
idolum in πυρείῳ, id eſt, Templo ignis, quod à P...
*Vide Tripartitam Hiſtoriam, libro 20.cap.30.* XXIII ...
*Vide Gad.* XXIV. *Gad*, idolum militare, quod alii ...
Iouem, alii Fortunam, alii exercitum cœli aut num...
tabantur, *Eſaiæ 65.11.* XXV. *Herculi* ſacrificatum ...
*Macch.4.19.* XXVI. *Iupiter Olympius 6.2.* Vide ...
*Iupiter Xenius*, Deus gentilium, *2.Macch.6.2.* XX...
*chom, Amos.5.26.* qui & *Molech, Leuit.18.verſic.21.* ...
*2.Reg.23.verſ.10. & Milchom, 1.Reg.11.verſ.5.33.* ...
idolum Ammonitarum. XXIX. *Meni*, idolum ...
quod alii Mercurium, alii Fatum, alii Planetas aut ...
larum interpretantur, *Eſa.65.verſ.11.* XXX. *Micha* ...
domo Micha, in monte Ephraim, in quo etiam ...
impegerunt, *Iudic.17.verſ.5.* XXXI. *Miplezeth* ...
nere Idolum, alii terriculamentum, alii Priapum, ...
ſtatuam interpretantur) erat idolum Maachæ matris ...
*verſ.13.* XXXII. *Nabaam*, idem quod Nibchaz, ...
rum, *2.Reg.17.3.* XXXIII. *Nanæa*, Templi & cultu ...
*Macchab.2.verſ.13.15.* quæ putatur eſſe Diana. XX...
idolum Babylonicum, *Ierem.46.verſ.1.21.* XXXV ...
(id eſt Ænulum in diminutiua forma, à *Nechuſta* ...
idolum ſerpentis ærei, comminitum ab *Ezechia,* ...
4. XXXVI. *Nergal*, gallina ſylueſtris, idolum C...
*Reg.17.verſ.39.* XXXVII. *Orimaſda*, idem quod ...
*dim*, id eſt, ignis ſacer. *Vide Plutarchum in* ...
XXXVIII. *Rimon*, idolum Syriacum, *2.Regum 5.* ...
*Remphan.* idolum ſideris cuiuſdam, cuius Stephanus ...
facit. *Act.7.verſ.47.* XL. *Suchos Benoth*, idolum ...
*2.Regum 17.verſ.30.* XLI. *Sichuth*, idolum Iſraelit...
*5.verſ.26.* XLII. *Thartak*, idolum Heuæorum, ...
XLIII. *Thamutz*, idolum populi Iſraelitici, quod ...
dem, alii Bacchum interpretantur, *Ezech.8.verſ.14.* ...
*raphim.* idola quæ ſolebant ſciſcitantibus reſponſa ...
*verſ.34.Ezech.21.verſ.21. Oſeæ 3.verſ.4.* XLV. ...
in deſerto, idolum Iſraelitarum, *Exod.32.4.* XLVI. ...
*reus* in Dan, idolum Iſraelitarum à Ieroboamo inſtitutum ...
*12.verſ.28.29.* XLVII *Vitulus aureus* in Bethel ...
litarum à Ieroboamo inſtitutum, *1.Reg.12.verſ.29.* ...
*chaſdim*; ignis dæmonum, ſeu ignis ſacer, quem Chaldæ...
*paſſim apud Hiſtoricos.*

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Non facietis deos argenteos, nec deos aureos ...
*Exod.20.*

Non adorabis deos eorum, nec coles eos, nec facies opera eorum. 22.

Deos conflatiles non facies tibi, 34.

Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis, Ego Dominus Deus veſter, *Leuit* 19.

Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Oreb de medio ignis: Ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem, maſculi vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auium ſub cœlo volatilium, atque reptilium, quæ mouentur in terra, ſiue piſcium, qui ſub terra morantur in aquis: ne forte eleuatis oculis ad cœlum, videas Solem & Lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas. *Deut*.4.

Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui, nec facies tibi atque conſtitues ſtatuam, quæ odit Dominus Deus tuus, 16.

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia. 95.

Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid ſculptile conflabit faber? aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius, *Eſa*.40.

*Conditio vana.*

Nunquid vltores eſtis Baal, vt pugnetis pro eo? Si Deus eſt, vindicet ſe de eo qui ſuffodit aram eius. *Iud*.6.

Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: Aures habent & non audient: Manus habent & non palpabunt: Pedes habent & non ambulabunt. *Pſalm*.115.

Nunquid eſt Deus abſque me, & formator quem ego non nouerim? Factores idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorum non proderunt eis: ipſi ſunt teſtes eorum, qui non vident, neq; intelligunt vt confundantur. *Eſa*.44.

Cui aſſimulaſtis me, & adæquaſtis, & comparaſtis me & feciſtis ſimilem? Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis; conducentes artificem, vt faciat Deum, & procidunt & adorant. Portant illum in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo, & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. 46.

Sed & cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non ſaluabit eum. Mementote illud & confundamini: redite præuaricatores ad cor, *ibid*.

Filioli, cuſtodite vos à ſimulachris, 1.*Ioan*.5.

*Punitio.*

Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis: teſtes inuoco hodie cœlum & terram, cito perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. *Deut*.4.

Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuam clam, dicens, Eamus, & ſeruiamus Diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarum in circuitu Gentium, quæ iuxta vel procul ſunt ab initio vſque ad finem terræ, non acquieſcas ei, nec audias: neque parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum: ſed ſtatim interficies. Sit primum manus tua ſuper eum: & poſt te omnis populus mittat manum: lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo. 13.

Maledictus homo qui fecit ſculptile, & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito. 27.

Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. *Pſalm*.96.

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. *Eſa*.42.

Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili: qui dicunt conflatili, Vos dii noſtri. *ibid*.

Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum, corruptio vitæ eius, *Sap*.14.

§ Patrum Sententiae.

Idolum aliquandiu retro non erat. Prius quam huius monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacuæ ædes erant, ſicut in hodiernum quibuſdam locis vetuſtatis veſtigia permanent. Tamen idololatria agebatur non in iſto nomine, ſed in iſto opere. Nam & hodie extra templum, & ſine idolo agi poteſt. At vbi artifices ſtatuarum & imaginum & omnis generis ſimulacrorum, Dialogus ſeculo intulit, rude illud negotium humanæ calamitatis, & nomen de idolis conſequutum eſt & profectum. Exinde iam caput facta eſt idololatria ars omnis quæ idolum quoquomodo colit. Neque enim intereſt an plaſtes effingat, an cælator exculpat, an phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypſo, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Quando enim & ſine idolo idololatria fiat: vtique cum adeſt idolum, nihil intereſt quale ſit, qua de materia, qua de effigie ſit conſecratum. *Tertull. de idololatria, cap*.3.

Quid magis ridiculum, quam quum homo eſt opifex Dei? *Baſil. in* 3. *Eſai*.

Idololatria eſt extremum malorum, *idem in* 2. *c*.3.

Homines & nominis ſui & rationis obliti, oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſoloq; defigunt, atq; timent opera digitorum ſuorum; quaſi vero quicquam eſſe poſſit artifice ſuo melius. *Lactant. lib*.2. *cap*.1.

Non ipſa, inquiunt, timemus, ſed eos ad quorum imaginem ficta, & quorum nominibus conſecrata ſunt. Nempe ideo timetis, quod eos in cœlo eſſe arbitramini. Cur igitur in cœlum oculos non tollitis? Imago ſuperuacua eſt, quum præſto eſt Deus. Imago enim eſt aut abſentis, aut mortui: Sed verentur ne omnis eorum religio inanis ſit, & vana, ſi nihil in præſenti videant, quod adorent: & ideo ſimulachra conſtituunt, quæ quia mortuorum ſunt imagines, ſimilia mortuis ſunt: omni enim ſenſu carent. Dei autem in æternum viuentis viuum & ſenſibile debet eſſe ſimulacrum. Itaque ſimulacrum Dei non illud eſt quod digitis hominis ex aliqua materia fabricatum: ſed ipſe homo, *idem, ibid. c*.2.

Sciendum, hanc eſſe naturam dæmonum, vt aerei corporis ſenſu terrenorum corporum ſenſum facile præcedant, celeritate etiam propter aerei corporis ſuperiorem mobilitatem, non ſolum curſus quarumlibet rerum, vt hominum vel ferarum, verum etiam volatus auium incomparabiliter vincant: quibus duabus rebus, quantum ad aereum corpus attinet, præditi, hoc eſt, acumine ſenſus, & celeritate motus, multo ante cogitata nuntiant, quæ homines pro ſenſus terreni tarditate mirentur. Acceſſit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quam poteſt hominibus propter breuitatem vitæ prouenire. Per has efficacias quas aerei corporis natura ſortita eſt, non ſolum multa futura prædicunt dæmones, verum etiam multa faciunt: quę quoniam homines dicere non poſſunt, aut facere, eos dignos quidam quibus ſeruiant, & quibus honores diuinos deferant, arbitrantur: inſtigante maxime vitio curioſitati, propter amorem fœlicitatis falſæ atque terrenæ, & excellentiæ temporalis. *Auguſt. de natura dæmonum, & hab*.26. *quæſt*.4 *can. Sciendum*.

Si de area vel torculari tollitur aliquid ad ſacrificia dæmoniorum ſciente Chriſtiano, ideo peccat, quia permittis fieri, vbi prohibendi poteſtas eſt, quod ſi factum non comperit, aut prohibendi poteſtatem non habet, vtitur mundis reliquis fructibus vnde illa ſublata ſunt. *Idem ad Publicolam, & hab*.26.*q*.2.*can. Si de area*.

Satius eſt fame mori, quam idolothytis veſci. *Idem de bono coniugali, & hab*.32.*q*.4.*can. Sicut*.

Eſt & illud opprobrium Ægypti, quod ſi neglexeris, & poſt Iordanis tranſitum, & poſt baptiſmi ſecundam circumciſionem, vetuſtæ conſuetudinis inuſtione ſuggeritur obſeruare auguria, requirere ſtellarum curſus & euentus ex his futurorum rimari, cæteriſque huiuſmodi ſuperſtitionibus implicari, Idololatriæ namque mater eſt Ægyptus: ex qua certum eſt opprobria huiuſmodi pullulare, quæ ſi tranſito Iordane ſuſceperis, & his te laqueis rurſus illigaueris, tecum ſine dubio opprobria Aegypti trahis. *Hieronym. & hab*.26.*q*.2.*can. Sed & illud*, §. *Eſt & illud*.

Aptandus eſt omnis ſermo ad deſtructionem idololatriæ. *Idem in Damaſum*.

Acceptis primum literis tuis, non reſpondere, ſuperbiæ eſt: reſpondere, temeritatis. De his enim rebus interrogas, quas & proferre, & audire ſacrilegium eſt. Ais Vigilantium, qui κατὰ ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine: nam Dormitantius rectius diceretur: os fœtidum rurſus aperire & pudorem ſpurciſſimum contra ſanctorum martyrum proferre reliquias; & nos qui eas ſuſcipimus, appellare cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum oſſa veneremur. O infelicem hominem, & omni lachrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens non ſe intelligit eſſe Samaritanum & Iudæum, qui corpora mortuorum pro immundis habent, & etiam vaſa, quæ in eadem domo fuerint, pollui ſuſpicantur, ſequentes occidentem literam, & non potius viuificantem ſpiritum. Nos autem non dico martyrum reliquias, ſed ne quidem ſolem & lunam, non angelos, non archangelos, non Cherubin, non Seraphin, & omne nomen quod nominatur, & in præſenti ſeculo & in futuro colimus, & adoramus, ne ſeruiamus creaturæ potius quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Honoramus autem reliquias martyrum, vt eum cuius ſunt martyres adoremus. Honoramus ſeruos, vt honor ſeruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit. Ergo Petri & Pauli immundæ ſunt reliquiæ? Ergo Moyſi corpuſculum immundum erit? quod iuxta Hebraicam veritatem ab ipſo ſepultum eſt Domino. Et quotieſcunque Apoſtolorum & Prophetarum, & omnium martyrum baſilicas ingredimur, toties idolorum templa veneramur? Accenſique ante tumulos eorum cerei, idololatriæ inſignia ſunt? Plus aliquid dicam quod redundat in authoris caput, & inſanum cerebrum vel ſanet aliquando, vel deleat, nē tantis ſacrilegii ſimplicium animæ ſubuertantur. Ergo & Domini corpus in ſepulchro poſitum immundum fuit? Euangeli, qui



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

li, qui candidis veſtibus vtebantur, mortuo cadauer: atque polluto præbebant excubias, vt poſt multa ſecula Dormitantius ſomniaret, imo eructaret immundiſſimam crapulam, & cum Iuliano perſecutore, ſanctorum baſilicas, aut deſtrueret, cur in templa conuerteret, *idem ad Riparium.*

Salomon quippe immoderato vſu atque aſſiduitate mulierum ad hoc vſque perductus eſt, vt templum idolis fabricaret: & qui prius templum conſtruxerat Deo, aſſiduitate libidinis & perfidiæ ſubtractus, idolis templa conſtruere non timuit. *Greg. lib. 12. moral. & hab. 32. q. 4. c. Salomon.*

Nemo eſt quidem, qui ſapiat, rationemque ſecum putet, qui non vnum Deum eſſe intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem qua condidit, virtute moderetur, Quid enim opus multis eſt ad mundi regimen ſuſtinendum? niſi forte arbitremur, ſi plures ſint, minus habere ſingulos neruorum atque virium. Quod quidem faciunt hi, qui eſſe multos volunt: quia neceſſe eſt imbecilles eſſe: ſi quidem ſinguli ſine auxilio reliquorum, tantæ molis gubernaculum ſuſtinere non poſſent. Deus autem, qui eſt æterna mens, ex omni vtiq; parte perfectæ conſummatæque virtutis eſt. Quod ſi verum eſt, vnus ſit neceſſe eſt. Poteſtas enim vel virtus abſoluta retinet ſuam propriam firmitatem. Id autem ſolidum exiſtimandum eſt, cui nihil decedere: id perfectum, cui nihil poſſit accedere. Quis dubitet potentiſſimum regem eſſe, qui totius orbis habet imperium? neque immerito, cum illius ſint, quæ vbique ſunt omnia, cum ad eum ſolum omnes vndique copiæ congregentur. At ſi plures partiantur orbem, minus certe opum, minus virium ſinguli habebunt, cum intra præſcriptam portionem ſe quiſque contineat. Eodem etiam modo, ſi dii plures ſint, minus valebunt, aliis tantundem in ſe habentibus. Virtutis autem perfecta natura non in eo, in quo pars exigua de toto eſt. Deus vero, ſi perfectus eſt (quia perfectus eſt) vt eſſe debet, non poteſt eſſe niſi vnus, vt in eo ſint omnia. Deorum igitur virtutes ac poteſtates infirmiores ſint neceſſe eſt, qui tantum ſingulis deerit, quantum in cæteris fuerit, ita quanto plures, tanto minores erunt, *Lactant. Firmianus lib. 1. c. 3.*

Cum conſtet Saturnum, Iouem, cæteroſq; deos homines fuiſſe, non eſt obſcurum qua ratione dii cœperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum, vel Vranum fuerint propter hominum raritatem, qui agreſtem vitam ſine vllo rectore viuebant: non eſt dubium, dum illis temporibus hominis, regem ipſum, totamq; gentem ſummis laudibus, ac nouis honoribus iactare cœperint, vt etiam deos appellarent, ſiue ob miraculum virtutis, (hoc iure putabant rudes adhuc & ſimplices) ſiue, (vt fieri ſolet) in adulationem præſentis potentiæ, ſiue ob beneficia, quibus erant ad humanitatem compoſiti. Deinde ipſi reges, cum chari fuiſſent his, quorum vitam compoſuerant, magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt. Itaque homines eorum ſimulachra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium, progreſſique longius per amorem meriti, defunctorum memoriam colere cœperunt, vt & gratiam referre benemeritis viderentur, & ſucceſſores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem, quod Cicero de natura deorum docet, dicens, Suſcepit autem vita hominum conſuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Æſculapius, hinc Liber. Et alio loco, atque alio in pleriſque ciuitatibus intelligi poteſt, acuendæ virtutis gratia: aut quo libentius Reip. cauſa periculum adiret optimus quiſque virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam. Acceſſerunt etiam poetæ, & compoſitis ad voluptatem carminibus in cœlum eos ſuſtulerunt, ſicut faciunt qui apud reges etiam malos, panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum à Græcis ortum eſt, quorum leuitas inſtructa dicendi facultate & copia incredibile eſt quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Itaque admirati eos & ſuſceperunt primi ſacra eorum, & vniuerſis gentibus tradiderunt. Ob hanc vanitatem Sibylla ſic eos increpat:

> Ἑλλὰς δὲ τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι;
> Πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια κατεφθιμένοις ἀνατίθης,
> Θύεις εἰδώλοις τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ,
> Ὡς τέσσε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου
> Λειπομένου.
> *Græcia quid confidis in viros principes!*
> *Ad quid dona inania mortuis ponis?*
> *Immolas idolis, quis tibi in mentem dolem*
> *Impoſuit, vt hæc perficias magni Dei ore*
> *Relicto.*

*Idem lib. 1. c. 15. Diuinarum inſtitutionum.*

At iſti qui Deos aſſerunt, videant, quomodo reſpondeant huic argumento, quod inferemus: Si duo ſunt ſexus deorum, ſequitur concubitus: ſi coeunt, & domos habeant neceſſe eſt. Nec enim carent virtute ac pudore, vt hoc promiſcue, aut in propatulo faciant, ſicut bruta videmus facere animalia. Si domos habent, conſequens eſt vt & vrbes habeant, & quidem authore Naſone, qui ait;

> *Plebs habitat diuerſa locis, à fronte potentes*
> *Cœlicolæ clariq; ſuos poſuere penates.*

Si habent vrbes, & agros igitur habebunt. Iam quis non videat, quæ ſequantur? arare illos & colere, quod quidem victus cauſa fit: ergo mortales ſunt, quod argumentum retro verſum
Si enim agros non habent, ne vrbes quidem: ſi vrbes
ne domos quidem. Si domibus carent, ergo & con-
cubitus ab his abeſt, & ſexus igitur fœmineus: ſi
mus & fœminas eſſe: ergo dii non ſunt. Diſſolua
tum, ſi quis poteſt. Ita enim res rem ſequitur, vt hæc
ſe ſit confiteri. Sed ne quidem illud diſſoluet aliqu
ſexibus alter fortior eſt, alter eſt infirmior, robuſtio
ſunt, fœminæ imbecilliores. Imbecillitas autem non
um: ergo nec fœmineus ſexus. Huic additur ſuperio
extrema ilia concluſio, vt dii non ſint quoniam in d
ſunt. *Idem lib. 1. c. 16. Diuinarum Inſtit.*

Merito igitur cum hæc à viris non imperitis ac r
cretius exclamat.

> *O ſtultas hominum mentes! ò pectora cæca!*
> *Qualibus in tenebris vita, quantiſque pericl*
> *Degitur hoc æui, quodcunq; eſt!*

Quis ludibria non derideat, qui habet aliquid
deat homines velut mente captos, ea ſerio facere, qu
in luſu, nimis laſciuus, & ineptus eſſe videatur? *ibid. c. 2.*

Harum vanitatum apud Romanos author & con
nus ille rex fuit, qui maxime animos hominum rudes
ritos, nouis ſuperſtitionibus implicauit, quod vt facer
authoritate, ſimulauit cum dea Egeria nocturnos ſe
greſſus, *Idem lib. 1. c. 22.*

Auaritia ſecundum Apoſtolum eſt idolorum ſeruit
idololatra ſeruit ſimulachro, ſic auarus ſeruit theſau
cultum idololatriæ diligenter ampliat, & iſte cumul
libenter augmentat. Ille cum omni diligentia colit ſi
& iſte cum omni cura cuſtodit theſaurum: ille ſpem p
latria, & iſte ſpem conſtituit in pecunia: ille timet m
lachrum, & iſte timet minuere theſaurum. *Innocent.*
*conditionis humanæ.*

### ¶ Poeticae Sententiae.

Sedulius.

> *Heu miſeris! qui vana colunt, qui corde ſiniſtro*
> *Relligioſa ſibi ſculpunt ſimulachra, ſuumq;*
> *Factorem fugiunt, & quæ fecere verentur.*
> *Quis furor eſt, quæ tanta animas dementia lud*
> *Vt volucrem turpemq; bouem toruumq; dracon*
> *Semihominemq; canem ſupplex homo pronus ad*
> *Aſt alii Solem cæcatis mentibus acti*
> *Affirmant rerum eſſe patrem, quia rite vide*
> *Clara ſerenatis infundere lumina terris,*
> *Et totum luſtrare polum; cum conſtet ab iſtu*
> *Montibus inſtabilem rapidis decurſibus ignem*
> *Officium non eſſe Dei.*

### ¶ Sententiae Philosophicae.

Inuentores artium quarundam poſt mortem di
cultos audiuimus, grate quidem potius, quam pie. N
pietas hominis, qua Deus offenditur, ſed erga mem
mano genere benemeritorum inconſulta gratitudo
humanis honoribus non contenta, vſque ad ſacrileg
eptias. Hinc Apollinem cithara, hinc eundem ipſum
pium medicina. Saturnum, Liberumq;, & Cererem
Vulcanum fabrica, deos facit. Hinc Aegyptus Oſyr
cta vrbs Mineruam coluere, quod illa lini, hæc ole
lanificii reperiſſe fertur. Longum eſt ſingula proſequ
veteres huiuſmodi vanitatum nullus eſt modus. Qu
nare non auſus ille poetarum maximus atque ca
vero paratum fore ſupplicium verebatur, latenter
nus eleganter irridere non metuit, quandoquidem
inuentas, qui vitam excoluere per artes, quorum no
mendax, & omnium fons errorum in cœlum cœli D
gnante locauerat, apud inferos ponit. Nominatim
medicinæ repertorem, omnipotentis Dei fulmine
Stygias vndas canit. Verum hæc quæſtio inter eos m
nos enim nulla eſt de diis quæſtio. Nec vero mirari
poſſum, viros in cæteris omnibus tam perfectos, in
onibus tam deliros, & quaſi velociſſimos curſores
ſum, & ante oculos metam poſitam non videntes, vt
nicitatem miror, miſerear cœcitatis. Sane vt talium
authoribus honor aliquis debetur, quem deberi n
humanum modeſtumque ſit, non inficior. *Franc.*
*Vita ſolitaria l. c. 6.*

### ¶ Similitudines.

*Dionis Chryſoſtomi:* Sicut qui viuunt in agnitione De
ſti, quamuis agnitio ipſa ſit vita, tamen donec
iſto, non ſunt in vera vita, ſed in vmbra vitæ,
dem ambulant, & non per ſpeciem; & per

ſeuident, non facie ad faciem: Sic qui in erroribus idolorum viuunt, licet ipſe error ſit mors, tamen nondum ſunt in vera morte, ſed in vmbra mortis, donec in iſto ſeculo ſunt. *in cap. 4. Matth. homil. 6.*

*Philonus.* Sicut ſunt quidam qui animæ præferunt corpus, ſeruum dominæ: Eodem modo ſunt, qui creaturam magis honorant quam creatorem. *Libro de ſacrificio Abelis & Caini fol. 93*

*Quemadmodum* Cain Abelis frater de fructibus & non de primitiis Deo ſacrificium obtulit. Sic ſunt multi qui dant prima tum creaturæ, ſecundarium honorem numini. *Lib. de ſacrificiis Abelis & Caini.*

*Quemadmodum* ſi quis magni regis honores ſatrapis eius præſectiſque exhiberet, non ſtultitiæ ſolum argueretur, ſed & periculoſæ audaciæ, tribuens ſeruis, quod dominis debetur: Ita quicunque ſic creaturas colit, vt creatorem, ſciat ſe impudentiſſimum atque iniuſtiſſimum, qui paria largiatur imparibus, & tam in honorem inferiorum, quam in potioris contumeliam. *Lib. de Decalogo.*

*Thriueri:* Qui idolum colunt, & ſpiritum cogitant, ſimiles ſtupidis ſunt, qui viam quærunt, & in indicem impingunt. *In Apophtegm. 77.*

¶ Exempla Biblica.

Idololatrarum & idololatriæ *exempla:* Laban, *Gen.* 1.30.34. Ægypti, *Exod.* 12.12. *Herem.* 43.13. Aaron, & Iſraelitæ, *Exod.* 32.1 2. *&c.* Iſraelitæ, *ibid. Pſalm.* 106.19.28. *Num.* 25.1.2 *Iudic.* 2.11.12. *&* 3.5.6. *&* 8.33. *&* 10.6. *Tob.* 1.5. *Eſa.* 57.5.6. *Ierem.* 2.20.28. *&* 7.18.31. *&* 19.5. *&* 44. 17.18. *&* 65.11.12. *Amos.* 2.8. *&* 5.26. *Soph.* 1.7. *Oſea*, 4.13. *&* 12.11. Gedeon & Iſraelitæ, *Iudic.* 8.27. Philiſtæi, 16.23.24. 1. *Sam.* 5.1.2. Michas, *Iudic.* 17.3.4. Saul, 1. *Samue.* 28 7. Salomon, 1. *Reg.* 11.4. Ieroboam, 12.28. Maacha mater Aſæ, 15.13. Omri, 16.25.26. Achab, 30 Iezabel, 21.25.26. Ochozias, 2. *Reg.* 1.2.3. 2. *Paral.* 22.3 4. Iehu, 2 *Reg.* 10.28.29. Ioachas, 13.2 Achaz, 16.3.4. 2. *Paralip.* 28,3.4 24.25. Filii Iſrael, 2. *Reg.* 17.7.8.9. Sennacherib, 19.37. Manaſſes, 21.2.3. 2. *Paral.* 33.2.3. Amaſias, 25.27.28. Roboam, 11.15. Nabuchodonoſor, *Iudith*, 3.12.13 *Dan.* 3.1.2.3. *&c.* Holofernes, *Iudith*, 5.3. *&* 2. Darius eiuſq; Satrapæ, *Dan.* 6.6.7. Babylonii eorumque Rex, 4.2.3.23. Antiochus, 1 *Macchab.* 1.57.58. Multi ex filiis Iſrael. *v.* 43.44. Iudæus quidam, 2. *v.* 23. Lyſtrenſes, *Actor.* 14.11.12.13. Athenienſes, 17. *v.* 16. Epheſii, 19. *v.* 25.

Idololatriæ punitæ *exēpla:* Iſraelitæ, *Exod.* 32.27.28 *Num.* 25.6.7.8 9. *Iudic.* 2.13.14. *&* 3.7.8. *&* 10. *v.* 6.7. 1. *Reg.* 14.15. 2. *Reg.* 17.16.17 18 *&* 22. 23. 1. *Paralip.* 5.25.26. 2. *Paralip.* 34.34. *Eſa.* 2.9. *&* 65.7. *Ierem.* 9 23 24. *&* 16. *v.* 11. *&* 22.9. *&* 44-23. *&* 50. *v.* 2. *Ezech.* 20. *v.* 24. *&* 36. *verſ.* 19. *Oſea*, 13. *v.* 3. *Amos* 3.14.15. *Iudith*, 5.18. Iſrael & Iuda, *Oſea*, 8. *v.* 13.14. Nadab, & Abihu, *Leuit*, 10. *v.* 12. Domus Ieroboam, 1. *Reg.* 12.31.32. *&* 14. *v.* 15. *&* 15. *v.* 29. Baaſa, 16.2.3.4. Achab, 17.1. *&* 21.20.21.22. Sacerdotes Baal, 18.40. Ochozias, 2. *Reg.* 1. *v.* 3.4. Iezabel, 9.33. Mathon, Sacerdos Baal, 11.18. Sennacherib, 19. *v.* 37. Manaſſes, 21. *v.* 11.12. 2. *Paralip.* 5.25 Ruben cum fratribus, 1. *Paralip.* 5. *v.* 26. Eccleſia Iudaica, 2. *Par.* 7.19.22. Maacha, 15. *v.* 16. Amaſia, 25. *v.* 20.27. Achaz & centum viginti millia bellatorum, 2. *Paral.* 28, *v.* 5.6. Samaria & Ieruſalem, *Ezech.* 23. *v.* 9. *Oſea.* 10. *v.* 5. Ephraim, 9. *v.* 16. *&* 12.14. Sacerdotes Bel, eorumque vxores & liberi, *Dan.* 14. *v.* 20. Antiochus idololatra, 2. *Macchab.* 9.28. Elymas, *Act.* c. 13.11. Magnæ Meretricis ſectatores, *Apoc.* 14. *v.* 10. *&* 16. *v.* 2. *&* 21. *v.* 8. *&* 22. *v.* 15. De Aſa etiam legimus, quod Maacham matrem remouerit à principatu ob idololatriam *Reg.* 15. *v.* 13.

*Vide, Religio.*

---

# Ieiunium.

¶ DEFINITIO.

Ieiunium, Græce νηςεία, ας, ἡ, & νῆςις, ιος, ὁ, ἡ, ieiunus, νηςεύω, ieiuno dicitur: ieiunium corporale, abſtinentia à cibo & potu, intuitu ſatisfaciendi vel vitandi peccatum, vel acquirendi vitam æternam, *ſecund. Theologos in 4. ſententiarum, diſt.* 15.

Ieiunium eſt abſtinentia à cibis, ſecundum ordinationem Eccleſiæ, *ſecund. Godofredum in ſumma. Panorm. ſuper Rubricam extra eadem.*

Verbum Hebr. *Tſam* in 1. Coniugatione, ſignif. Ieiunauit, abſtinuit à cibo & potu. Inde *Tſom*, Ieiunium, inedia, *Pſalm.* 109. 24. *Eſa.* 58.3. *Ioel.* 1.14. *&* 2.15. Vocem Latinam ieiunium, & Gall. *ieuſne*, putamus fluxiſſe a verbo Hebræo *Iana*, id eſt, affiixit. Nam ieiunium eſt afflictio animæ & corporis.

Ieiunare eſt præcipuis commodis corporis abſtinere, & incommodis inſuper ſe afflictare: vt abſtinere à cibo, potu, ſomno, lotione vnctione, mutatione veſtium, muſica, omni denique gaudio & hilaritate: præterea induere ſe ſordidis & laceris pannis, quos Hebræi ſaccos appellabant, iacere humi, in cinere, in puluere, & ſimili loco, vt ex 3. cap. Ionæ colligere licet, in ieiunio Niniuitarum, & 2. Sam. 12. in ieiunio Dauidis propter filium ægrotantem.

Iudæis fuit varia ieiunandi forma, ciborum, temporis & ducum reſpectu, ſicut cap. 23. Leuit. 20. Iud. 31. Samuel. 1. cap. 12. Sam. 2. teſtantur.

Modus vt Iudæi, ita & Orientalibus & Occidentalibus aliis populis vſitatus, ſicut facile coniicitur ex ieiunio Priami atque Latini regis apud Homerum & Virgilium.

Cauſas ieiunii efficientem & finalem Theologorum ſcriptis relinquimus. Species item diuerſæ. Aliud enim ieiunium eſt prophanum, vel hypocriticum & ſuperſtitioſum, vel religioſum & pium. Sanctiones variæ de ieiuniis in veterum ſcriptis occurrunt. Obſeruationes item pro ratione temporum, locorum, rerum, perſonarum admodum diuerſæ fuerunt.

¶ Loci Biblici.

Ieiunium verum publicum quale. *Eſaiæ* 58. *v.* 5. ſolenne in autumno, *Leu.* 19. *v.* 29. *Act.* 27. *v.* 9.

Ieiuni, pro impaſtis & famelicis, *Matth.* 15. *v.* 31.

¶ Sententiae Biblicae.

Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quam theſauros auri recondere, *Tob.* 12.

Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiuniis, & orationibus in conſpectu Domini. *Iudith.* 4.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, *Ioel.* 2.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, planctu, & fletu. 2.

Nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi *Zach.* 7.

Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini, *Luc.* 6.

In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in vigiliis, in ieiuniis, 2. *Cor.* 6.

*Ieiunii boni modus quo ad intentionem.*

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi, *Matth.* 6.

Prædicaui ieiunium, vt affligeremur coram Domino Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis noſtris, vniuerſæque ſubſtantiæ noſtræ, 2. *Eſd.* 8.

*Proſecutionem.*

Si vouerit & iuramento ſe conſtrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam, in arbitrio viri erit ſiue non faciat (vxor ſcil.) ſiue vt faciat. Quod ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem diſtulerit ſententiam: quicquid vouerat, atque promiſerat, reddet: quia ſtatim vt audiuit, tacuit: ſin autem contradixerit poſtquam reſciuit, portabit ipſe inquitatem eius. *Num.* 30.

Nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti ſunt, libera eos, & omne onus diſrumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque indue in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. *Eſaiæ* 58.

*Carnem refrenat.*

Humiliabam in ieiunio animam meam. *Pſalm.* 35.

Operui in ieiunio animam meam, & factum eſt in opprobrium mihi, 69,

Genua mea infirmata ſunt à ieiunio: caro mea immutata eſt ptopter oleum. 109.

*Ieiunii mali qualitas.*

Quare ieiunauimus & non aſpexiſti? humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? (approbando) Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie, nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam ſuam? Nunquid contorquere, quaſi circulum, caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? Nunquid iſtud vocamus ieiunium, & diem acceptabilem Domino? *Eſa.* 58.

Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. *Matth.* 6.

*Vanitas.*

Cum ieiunauerint, non audiam preces eorum. *Ierem.* 14.

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lauatio illius? ſic homo, qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? orationem eius quis exaudiet? *Eccl.* 34.

¶ Patrum Sententiae.

Ieiunium magnum & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus

CCC 3 & ab

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

& ab illicitis voluptatibus ſeculi, vi[illegible] *ſuper Ioann. & hab. in Decretis de Conſ. diſtinct. 5. canone ieiunium.*

Alia vero, quæ per loca terrarum, regioneſque variantur, ſicut eſt, quod alii ieiunant ſabbathum, alii non: alii vero communicant quotidie corpori & ſanguini Domini, alii certis diebus accipiunt: & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt: totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes, quod enim neq; contra fidem catholicam, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum: & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum eſt. *Idem ad Iannar. & hab. in decretis, diſt. 12. can. Illa autem. §. Alia vero.*

Mater mea Mediolanum me ſecuta inuenit Eccleſiam ſabbatho non ieiunantem, cœperat fluctuare quid ageret! Tunc ego conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ Ambroſium Epiſcopum. At ille ait; Cum Romam venio, ſabbathum ieuno, cum Mediolani ſum: non ieiuno. Sic & tu ad quamcunque Eccleſiam forte veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalum, nec quenquam tibi, hoc cum matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt. *Ibid & hab. eodem can. §. Mater.*

Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubiicit, cor facit contritum & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſperdit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis vero lumen accendit. *Aug. in ſerm. de ieiunio.*

Ieiunium verboſitatem non amat, diuitias ſuperfluitatum iudicat, ſuperbiam ſpernit, humilitatem commendat, præſtat homini ſeipſum intelligere; quod eſt firmum & fragile. *Idem.*

Si volumus Deo placida exhibere ieiunia, ſimus in oratione continui, in iudiciis iuſti; in amicitia fideles, in iniuriis patientes, in contentionibus temperati, turpiloquia fugientes, aduerſus iniqua conſtantes, in conuiuiis continentes, in charitate ſimplices, inter ſubdolos cauti, condolentes triſtibus, contumacibus reſiſtentes, in ſuſpicionibus parci; inter maliloquos taciti, inter humiles coæquales. *Idem l. de Spiritu & anima.*

Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens, nihil enim prodeſt tibi biduo vel triduo tranſmiſſo, vacuum portare ventrem, ſi poſt pariter obſtruatur. *Hier. & hab. in Decretis de Conſec. diſt. 5. Non dico.*

Sint tibi ieiunia pura, continua, moderataque, id eſt, quotidie eſurire, & quotidie prandere. Apoſtolus inquit, Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vtere vino, propter infirmitates tuas: curat enim vulnera delinquentis, curatoſque ſanctificat ieiunium. *Idem.*

Sic debes ieiunare, vt non palpites, vt reſpirare vix poſſis, & comitum tuorum, vel porteris, vel traharis manibus, ſed vt fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in pſalmis, nec in vigiliis, ſolito quid minus facias. *Idem in epiſt. ad Demetriat. & hab. de conſ. diſt. Abſtinentia.*

Ieiunium non ſolum perfecta virtus, ſed cæterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio, & pudicitia atque prudentia, ſine qua nemo videbit Deum. *Idem ad Demetriadem.*

Non ſanat oculum quod calcaneo adhibetur ieiunio paſſionis corporis, oratione peſtes ſanandæ ſunt mentis. *Idem ſuper Marcum.*

Tantum tibi ieiuniorum impone modum, quantum ferre potes, ſint tibi pura, ſimplicia, caſta, moderata ieiunia, & non ſuperſtitioſa. Quid prodeſt oleo, non veſci, & moleſtias quaſdam & difficultates ciborum quærere? *Idem ad Nepotianum.*

Ardentes diaboli ſagittæ ieiuniorum & vigiliarum frigore reſtringendæ ſunt. *Idem ad Cancel.*

Sint moderata & ſancta in omni mentis humilitate ieiunia, quæ ita atteuuent corpus, non mentem eleuent, ne res humilitatis gignat ſuperbiam, & vitia de virtute naſcantur. *Idem in epiſtola.*

Quale eſt illud ieiunium, qualis refectio poſt ieiunium, cum præclaris epulis diſtendimur, & guttur noſtrum mediator efficitur lachrymarum? *Idem c. 2. cont. Iouinianum.*

Ieiunia & eleemoſyna orationem iuuant. *Aug. epiſt.* 121.

Non in abſtinentia tantummodo ciborum ieiunii bonum circumſcribas: Sed etiam ieiunium eſt malorum alienatio. *Idem*, Carnem non comedis: ſed comedis fratrem. Abſtines vino: ſed ab iniuriis tibi non temperas. Veſperam exſpectas ad ſumendum cibum: ſed inſumis diem cauſis forenſibus. Quid iuuat ieiunare corpore, anima vero innumeris malis repleri? *Baſil. apud Anton. Serm. de ieiunio.*

Ieiunium non ciborum, ſed peccatorum abſtinentiam efficit. *Chryſoſt. ibid.*

Illud ieiunium Deus approbat, vt hoc quod tibi ſubtrahit alteri largiaris: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur, *Greg. in homil.*

Bene ieiunat, qui alimenta corporis, quæ ſunt communia dona conditoris cum indigentibus percipit, & qui ea quæ ſibi ad tempus ſubtrahit, nequaquam ventri offerenda cuſtodit. *Idem, ibidem.*

Decet eos qui ieiunant, ex pia mente id facere, & non tanquam [illegible] duentes, ipſo habitu exclamare, quod ino inediæ labores fer[illegible] *lus apud Anton. Serm. 66.*

Ieiuniis ſic eſt adhibenda temperies, vt corpus noſtrum [illegible] turitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. *P[illegible] Prob.*

Non modo tarditas cibi ſumendi ieiunium eſt, ſed etiam [illegible] tas, neq; in hoc ſita eſt religionis exercitatio, vt duo ſint [illegible] ſed ne varia comedant. Eſt autem hæc exercitatio menſ[illegible] cibo contenta, & diſſolutum voracitatis morem ceu [illegible] tum abominans. *Athanaſ. apud Ant. Serm. 66.*

Ne dixeris, hodie non comedam: quoniam non pruden[illegible] cis. Noxam enim corpori & dolorem ſtomacho tuo contra[illegible] *[illegible]uagrii eod. ſerm.*

Si ob corporis imbecillitatem non potes ieiunus diem [illegible] re, nullus qui ſapit propter hoc redarguere te poterit. Do[illegible] nim habemus manſuetum, miſericordem, & nihil ſupra [illegible] ſtras à nobis exigentem. *Chryſoſt. hom. 10. in Gen.*

Nihil à quoquam arduum, nihil aſperum quæritur, [illegible] aliquid quod vires noſtras excedat, inducitur: ſiue in [illegible] tiæ caſtigatione, ſiue in Eleemoſynæ largitione. *Leo Epiſ.* [illegible] *de ieiunio.*

Eo vſq; nemo præuaricari nouerat, cum adhuc ora [illegible] quæ prima eſt præuaricatio. Indictum eſt ieiunium abſtinen[illegible] à Deo, præuaricatio legis à diabolo, culpa per cibum, [illegible] cibum, cognitio infirmitatis in cibo, virtus in ieiunio. [illegible] Serpens ſuaſit gulæ, Dominus ieiunare decreuit. Itaque gul[illegible] radiſo regnantem expulit, abſtinentia ad paradiſum reuoca[illegible] rantem. *Ambroſ. in ſerm. de ieiunio c. 4.*

Ieiunium mors culpæ, excidium delictorum, remedium [illegible] radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. Hoc gradu ad D[illegible] us peruenit, hoc gradu tanquam curru Helias aſcendit. [illegible] *Helia & ieiunio.*

Contraria diuinæ conditioni præcepta medicinæ ſunt [illegible] iunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione [illegible] tionis abducunt: ita qui ſe medicinis dederit, ſeipſum ſi[illegible] *Amb. Pſ. 20. & hab. de conſec. diſt. 5. Contraria.*

Quadrageſima ſex ſeptimanas habet: cui addit T[illegible] rus pontifex ſeptimam hebdomadam: & vocatum eſt [illegible] pus quinquageſima. *Idem lib. ſerm. & hab. diſtinct. 4. Qu[illegible] geſima.*

Fames amica virginitati eſt, inimica laſciuiæ. Sa[illegible] prodigit caſtitatem, nutrit illecebram. *Idem in ſerm.* [illegible] *ſima.*

Iſle quadrageſimam facit, qui ieiunando & vigilando [illegible] ad paſcha. Nam ſicut reliquo anno ieiunare præmium [illegible] quadrageſima non ieiunare peccatum eſt: Illa enim volunt[illegible] ieiunia, & iſta neceſſaria: illa de arbitrio veniunt, iſta de [illegible] la inuitamur, ad iſta compellimur, *Idem.*

Quid proteſt ieiunare viſceribus, & luxuriari venatio[illegible] ſtinere cibis, & errore peccatis? An putatis illum ieiun[illegible] qui primo diluculo, non ad eccleſiam vigilat, non beato[illegible] tyrum ſancta loca perquirit: ſed ſurgens congregat ſeruulo[illegible] nit retia, canes producit, ſaltus ſyluaſq; perluſtrat? ſeruos [illegible] ſecum protrahit, fortaſſe magis ao eccleſiam feſtinantes, [illegible] tatib. ſuis peccata accumulat aliena, neſciens reum, ſe[illegible] de ſuo delicto, quam de perditione ſeruorum. *Ambroſ.* [illegible] *quadrageſima, & l. ab hiſt. 86. Quid prodeſt.*

Denique ſacerdotes & diaconi, & reliqui omnes, qu[illegible] eccleſiaſtici gradus exornat: à Quinquageſima propo[illegible] piant ieiunandi; quo & aliquid ad penſum ſanctæ [illegible] adiiciant: & eorum qui in laicali ordine conſiſtunt, [illegible] ſicut loco, ita & religione præcellant. De ipſa vero die [illegible] hæſitamus, quidnam dicendum ſit? cum omnes laici & [illegible] illa die plus ſolito cæteris diebus accuratius cibos [illegible] tant: & niſi noua quadam auiditate vſque ad medias noct[illegible] gurgitent, non aliter ſe huius ſancti ſacri temporis obſeruant[illegible] ſuſcipere putant, quod vtique non rationi ſed voluptati, [illegible] dam mentis cœcitati adſcribendum eſt? vnde nec à tali [illegible] dine auerti poſſunt: & ideo cum venia ſuo ingenio re[illegible] ſunt, ne forte peiores exiſtant, ſi à tali conſuetudine pro[illegible] tur. Vt enim ait Salomon, Qui multum emungit, elicit ſangu[illegible] *Et poſt pauca.*

Par autem eſt, vt nos, qui his diebus à carnibus animal[illegible] ſtinemus, ab omnibus quoque quæ ſementinam trahunt o[illegible] carnis, ieiunemus: à lacte videlicet, caſeo, & ouis. *Greg.* [illegible] *glor. epiſc. & hab. diſt. 4. Denique.*

Quadrageſima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, [illegible] um in ea præter dies dominicos, qui de abſtinentia ſubtrah[illegible] niſi quem infirmitas impedierit, nullatenus ſoluatur, qui[illegible] decimæ ſunt anni. *Greg. in homil. & hab. de conſec. diſt. 5.* [illegible] *drageſima.*

Non Deo, ſed ſibi ieiunat, qui quæ ventri ad tempus ſ[illegible] non in opibus tribuit, ſed ventri poſtmodum offerenda [illegible] *Greg. in Paſtoral.*

Qui peccat & ieiunat, non ad gloriam Dei ieiunat, [illegible]

...at,ſed ſubſtantiæ ſuæ parcit. *Ioan. Chryſ. ſup. Matth.*

...ſola gula peccauit, ſola ieiunent, & ſufficit. Si vero peccauerunt ...membra cætera, cur non ieiunet & ipſa? Ieiunent igitur oculus, & ...oſis aſpectibus, & omni petulantia, vt bene humiliatus coer...r in pœnitentia, qui male liber vagabitur in culpa: Ieiunet au... nequiter pruriens à fabulis & rumoribus, & quæcunq; otioſa ...ad ſalutem minime pertinentia. Ieiunet lingua à detractione ...murmuratione, ab inutilib. vanis, atque ſcurrilibus verbis. In...dam quoque ob grauitatem ſilentii, & ab ipſis, quæ videri po...nt neceſſaria. Ieiunent manus ab operibus omnibus quæcun...non ſunt imperata, ſed & multo magis anima ipſa ieiunet à vi... à propria voluntate ſua. Etenim ſine ieiunio hoc cætera à Do...no reprobantur, ſicut ſcriptum eſt: Quia in diebus ieiuniorum ...orum voluntates veſtræ inueniuntur. *Bernardus ſermone de ...adrageſima. 3.*

## ❡ Similitvdines.

*...Chryſoſtomi*: Sicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſi...ite. Sic nec oratio ſine ieiunio, nec ieiunium ſine oratione. *In Matth.*

*...ſi quis* ægrotum quem ad ſanitatem reduxit, iubeat illa non ..., ex quibus moribus ille contigerat: Ita etiam poſt baptiſ...m ieiunium contra vitium edacitatis induxit Dominus. Nam ...m de paradiſo intemperantia ventris eiecit. *Hom. 10. in Matth.*

*Si crapulam* ebrietatemque timeri oportuit, non ieiunum timere. ...bet illa ſiquidem noſtras poſt terga manus, vitiorum tyrannidi ...m præ cuidam dominæ, ſeruos nos captiuoſque: reddit: Ieiu...m vero ſeruos, atque ligatos inueniens, vincula remittit, ac ty...ide liberat, priſtinamq; in libertatem reducit. *De pœnit.* ...

*Qui male* ſe cibis inſuunt, cum aſperas ſunt medicinas accepturi ...mia ſeſe eſca ſepeliunt, atq; ſic medicinam accipiunt, aſperi...quidem illam pertulerunt. vtilitate vero exciperunt, ægram ...ciatates dimicationem ad corrupti humoris malitiam, ...obrem medici eos incœnatos dormire mandant, quo virtus ...medicinæ quam primum atq; ilico morboſis occurrat hu...oribus: Sic & ieiunio contigit. Si temetipſum hodie multa ob...s ebrietate, craſtina vero eam acceperis, quæ ab illo eſt medi...m, hanc tibi profecto vanam inutilemq; effeceris: & laborem ...dem pertuleris, quod vero ab illo fuerit, nequaquam aſſequeris, ...i in recentem ebrietatis malitiam eius omnem conſumentem ...m. Si vero leue ſibi præparabis corpus, ſobrioq; & vigilanti ...m ſuſceperis ex delictis veteribus medicinam, multa poteris ...que, *Serm. 1. de pœnitentia.*

*Quemadmodum* pudicam quandam, ornatamq; & liberam du...maritalem vndique thorum exornantes, domumq, purgan...te à quacunq; pellice ſe abſtinent hancq; ſic in cubiculum ...cunt: ſan vos volo modo purgantes veſtram cogitationem, ...iq; cibis, atq; omni ingluuiei valefacientes, ſic matrem bo...m omnium pudicitiæ, atque totius virtutis magiſtrum, dico ...ibus ſuſcipere, quo & vos maiori reficiamini voluptate, ...m propriam atque præcipuam vobis conferat medicinam. *i...*

*...undum quidem* nautis eſt ver, iucundum quoque agricolis: ...que nautis, neq; agricolis ita iucundum eſt veris tempus, vt ...philoſophari volunt, iucunda ſunt, ieiuniorum dies, ſpiritale ...m ver, & fidiſſima tranquillitas animorum. Nam agricolis ...m iocundum eſt, quod delectat aſpicere tunc depictam flori...rram, & variis frondibus virgulta comantia: nautis vero ac...eſt ver, quod dorſum maris deductis nauibus, luto licebit ...re, nec vndarum pericula formidare. Nobis autem iucun...ieiuniorum ver, quod tunc non vndarum, ſed cogitatio... & concupiſcentiarum carnis fluctus ac turbines mitigauit, ...nobis florum, ſed ſpiritualium gratiarum parantur. *Serm ...*

*...t miles*, ſi geſtarit arma ſeſe grauantia, non eſt terrori hoſti...ſciunt armaturæ grauitatem, pedum velocitati, & bellandi ...: ſin leuia acceperit, & tractabilia, ſicut auis aliqua obuiã ...hoſtibus. Sic & qui carnem ſuam non ebrietate, neq; indul...a, neq; deliciis incraſſarit, ſed ieiuniis & precibus diuturnaque ...m ſuſtinentia leuiorum & tenuiorem effecerit: ſicut vo... aliqua ſuperne deuolans, ita valido impetu in phalanges dæ...m irruit, & occurrentes virtutes facile inuadit, ſibique ſub... *Homil. de Reſurrect.*

*...vulnerato* ſufficit ad ſalutem, tantummodo ſpicula de cor...re tollere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus: deliciis ante ...diffluebas, ieiunio & aquæ potu vtrumq; compenſa, &c. *...de diuerſis.*

*Quemadmodum* hyeme præterita, & æſtate apparente, natura ...m nauigium deducit. miles arma detergit, equumque ad bel...agricola acuit falcem: viator fiduciæ plenus longum iter ...ur, & ad certamina pugil expoliatur & nudatur: Sic & nos ...tanquam æſtate quadam ſpirituali apparente, & arma tanquam militæ abſtergamus, falcem acuamus tanquam agricolæ, & tanquam nautæ contra vndas, contra abſurdarum cupiditatum cogitationes opponamur, & tanquam viatores rectum iter apprehendamus, tanquam pugiles ad certamina ſpoliemur. Exue vitæ negotia, & athleta factus es. Indue arma ſpiritualia, & factus es miles. Sis agricola, excole animam tuam, & ſpinas excinde, ſemina verbũ pietatis, pulchras diſciplinæ plantas inſere, & cum multa diligentia repaſtina. Acue falcem tuam quam per crapulam hebetaſti, acue per ieiunium. Sis viator, aggredere iter in cœlum, ferens aſperam & anguſtam viam, attinge, & ambula. Vbi enim via anguſta, in agnũ impedimentum eſt carnis ex crapula obeſitas. Abſurdarum vndas concupiſcentiarum reprime, repelle improbarum hyemem cogitationum, ſalua ſcapham, multam oſtende peritiam, & factus es gubernator. Horum omnium nobis magiſter ieiunium eſt. Medicina eſt ieiunium. Sed medicina licet millies vtilis, per vtentis imperitiam inutilis ſæpe fit. Etenim noſſe oportet & tempus quo ipſam imponere opus ſit, & ipſius medicamenti qualitatem & corporis temperiem ſuſcipientem, regionis, naturam, anni tempus, & congruum victum: & multa alia: quorum ſi quodlibet prætermiſſum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si autem, vbi corpori mederi oportet, tanta nobis opus eſt diligentia: multo magis cum animam curemus, & cogitationibus medeamur, omnia ſcrutari, & cum omni ſedulitate conſiderare neceſſe eſt. *Hom. 3. in profection. Flaui. epiſc.*

*Sicut nulla* mercatoribus vtilitas ſi magnam maris longitudinem percurrerint, ſed ſi cum rerum copia & multo mercimonio nauigauerint: Ita nulla nobis ieiunii vtilitas, ſi infructuoſe ipſum nequicquam & temere prætereamus, ſi ieiunium ciborum ieunemus, præteritis quadraginta diebus præterit & ieiunium. Si vero peccatis abſtineamus, & hoc tranſacto ieiunio, rurſum illud remanet, & continuum erit. Sicut enim in nequitia viuens & ante gehennam vritur conſcientia ſtimulatus: ſic meritis abundans & ante regnum, magna fruetur lætitia, ſi bona ſpe paſcitur. Si alius dicat, Totam ieiunaui quadrageſimam: tu dic, inimicum habebam reconciliatus ſum: habebam detrahendi conſuetudinem, & deſtiti: iurandi tenebar vſu, & mos improbus mihi reſolutus eſt. *In profect. Flauiani epiſc. hom. 16.*

*Lætemur quando* etiam profectibus ieiunium egerimus vt ipſo tranſacto, fructus ipſius effulgeat, etenim hyeme lucrum tunc maxime demonſtratur, cum illa præterierit. Namq; venantes ſegetes, & ſolum ac fructu affluentes arbores, per ipſum aſpectum clamat vtilitatem ſibi ex hyeme factam. Hoc & in nobis pariter fiat, etenim pluuiis continuis & crebris in hyeme per ieiunii tempus potiti ſumus, continuam haurientes doctrinam: & ſemina ſuſcepimus ſpiritualia, & deliciarum ſpinas abſcidimus. *In profect. Flauiani epiſc. homil. 18.*

*D. Baſilii* Eſt lapis eius naturæ (quem hic Amianton Græci vocant (vt inquinari non poſſit, hic ab igne non vincitur, ſed impoſitus igni videtur igneſcere, & in prunam verti, rurſum exemptus igni, perinde quaſi fuiſſet aqua candidatus, apparet purior: Huiuſmodi erant illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio conſequuta, vt nulla poſſent vi inquinari. Siquidem vehementi fornacis flamma, quaſi natura fuiſſent aurei, ita apparuerunt innoxia, vt igni ſuperiores, quoniam potius auro potentiores declarati ſunt. Neque enim illos liqueſcit ignis, ſed integros illos ſeruat. *De ieiunio.*

*An non* vides ſolem eſſe lætiorem poſt noctem? ac vigiliam eſſe iucundiorem poſt ſomnum & ſanitatem deſiderabiliorem diuerſas expertis? Itidem & cibus gratior poſt ieiunium *De ieiunio.*

*Quemadmodum* luxus cogit illos onuſto incedere, nimirum ea quibus ſe ingurgitarint circumferentes: Sic ieiunium eos & leues reddit, & expeditos. *De ieiunio.*

*Quemadmodum* qui longinquam profectionem adorant, componunt, ſarcinas commeatum parant. Ita nonnulli vecordes hodie aduerſus quinque dierum ieiunium vino indulgent. *De ieiunio.*

*Quemadmodum* vermes qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer acribus & amaris excutiuntur: Ita peccatum in intimis receſſibus habitans, extinguit, enecatque, ſimulatque in animam ſuperuenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod inedia purget animæ viſcera. *ibid.*

*Gregorii Niſſeni Epiſcopi*: Quid confert ieiuniũ corporis niſi mẽs pura mundaq; ſit? Nihil enim proſit currum validum ac ſtrenuis quadrigis inſtructum eſſe, ſi auriga inſaniat. Nulla etit bene fabricatæ nauis vtilitas, ſi ebrius ſit ipſe gubernator. Ieiunium virtutis fundamentum. Quemadmodum autem nauium carinæ, & fundamenta domus licet ingentia ſubiicias, inutilia vanaque ſint, niſi reliquas item partes perite & ſcienter exædificaueris. Sic iſtius abſtinentiæ nullum erit emolumentum, niſi aliæ iuſtitiæ partes acceſſerint. Timor Dei erudiat linguam ea quæ decet loqui, tacere contraria: temporis occaſionem animaduertere, modum obſeruare, fari neceſſaria, apte reſpondere, modeſte dicere: ne verborum vi veluti grande colloquentes obruat. *In orat. De pauperib. amandis & benignitate complectendis fol. 32.*

*D.Hieronymi* : Quicquid facit ſeminarium voluptatum, venenum puta. Parcus cibus, & venter ſemper eſuriens, triduanis ieiuniis præfertur. Et multo melius eſt, quotidie parum quam raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram. Subitus & nimius imber in præceps, arua ſubuertit. *Ad Furiam.*

*D.Auguſtini*: Sicut equis frena ſunt imponenda: Ita corpora noſtra ieiuniis, vigiliis, & orationibus, ſunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ ſi frena laxauerint, per præcipitia ducuntur: Ità & anima noſtra cum ipſo corpore, ſi ei frenum non impoſueris, ad inferni præcipitia dilabitur. *De ſalutaribus documentis capit.* 35.

*D.Ambroſii*: Sicut cum in intimis puerorum viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt, niſi cum amarior cibus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriantur: Ita profundum animæ virtus ingreſſa ieiunii, culpam latentem inficit. *De Helia & ieiunio, ca.*11.

*D.Bernardi* : Nonne medici corporum medicinæ portionem diffiniunt eligere in ſumendis cibis quid prius, quid poſterius, & quemadmodum quidque ſumi oporteat? Nam & ſi bonos conſtat eſſe cibos quos Deus creauit, tu tamen ipſos tibi, ſi in ſumendo modum & ordinem non obſerues, reddis bonos non plane bonos. Ergò quod dico de cibis, hoc ſentire de ſententiis. *Serm.*37.

## ¶ Exempla Biblica.

Ieiunii veri publici *exempla* : Iſraelitæ, *Iudic.* 20.26, *Ioel*,2.12.1, *Macchab.*3,46,47.2, *Macch.*13.12. Niniuitæ, *Ion.* 3,57. Iſraelitæ, 1. *Sam.*7,6. Dauid cum ſuo exercitu, 2, *Samuel*,1.11.12, 1 *Paralip.*10,13. Ioſaphat cum ſuis, 2. *Paralip.* 2,3. Populus redux è captiuitate, Babylonica 1 *Eſd.*8.23. *Nehem.* 9,1. Iudæi, *Eſth.* 4,3 Iudæi ſub Ioſia 16. ſub Ioiacim, *Ierem.*36.9 Baruch 1.3 4.5. Bethuliani, *Iudith* 4.7. Eccleſia Antiochena, *Actor.*13.2.3. Eccleſia gentium, 14. 23. Ieiunii priuati *exempla*: Moſes, *Exod.*34.18 Dauid, 2, *Sam* 3.35 & 12.16. *Pſal.*35, 13 & 69.11 & 109, 24. Elias, 1. *Reg.* 19,8. Achab. 21,27. Nehemias, *Nehem.*1, *Verſic.*4, Iudith, *Iudith*, 8.6. Eſther. *Eſth.* 14,2. Tobias, *Tob.*2,4 Daniel, *Dan.*9,3. Chriſtus, *Matth.*4,1. *Luc.*4,1. Diſcipuli Ioannis, *Matth.*9,14. *Marc.*2.8. Anna Prophetiſſa, *Luc.*2.37. Paulus, *Act.*14. 23, 2. *Cor.*6.4,5.

Ieiunii hypocritici & plane deteſtandi *exempla*. Iezabel, 1 *Reg.*21, 9.12. Achab. 27. Ieiuniorum indictorum *exempla*: à Saule, 1, *Sam.*14, 24. Ioſaphat, 2. *Paral.* 20, 3 à Niniuitis & eorum Rege, *Ionæ* 3. 5,7. ab Eſdra, 1 *Eſd.*8.21. ab Eſther & Mardochæo, *Heſth* 4.16. Ieiunii miraculoſi *exempla* : Moſes, *Exodi* 24. *Ver.*18 & 34.28. *Deut.9. v.*9, 18. Elias, 1. *Reg.*19.8. Chriſtus, *Matth.*4,1. *Marc.*1. *V.*12,13.4.1.

Ieiunia nulla abſq; operibus miſericordiæ : *Zachar.* 7, 5. quod non ieiunent reprehenduntur diſcipuli Chriſti, *Matth.*9.14. Ieiunium priuatum quomodo inſtituendum, *Matth.*6.17. Ieiunium noſtrum non eſt exprobrandum Deo, *Eſaiæ* 58. 3. quale ieiunium requirat, *ibid. V.*6. Ieiunio humiliat ſe Dauid : *Pſal.*35,13. Ieiunio & oratione dæmonium eiicitur. *Matth.*17.21. Ieiunium orationi coniunctum. *Marc* 9.29, *Luc.*2,37. *Act.*13, 3 & 14,23. Ieiunium ſuperſtitioſum & ſinceræ Chriſtianiſmi profeſſioni oppoſitum damnatur: *Coloſſ.*2. *v.*20,21.22,23.

## ¶ Profana Exempla.

*Carolus Magnus* expeditione in Auares ſuſcepta, ad Aniſum fluuium triduanum ieiunium & litanias celebrauit cum exercitu, *Rhegino li.*2.

*Ludouici* pii Imp. ægrotantis cibus erat ſolummodo per quadraginta dies dominicum corpus. *Aymon.l.*5, *c.*29.

*Zenon Imperator*, in electione Epiſcopi Conſtantinopolitani, edixit quadraginta dierum ieiunium. *Niceph.li.*16, *c.*18.

Qui de ſacra Domini menſa communicabant olim, ante & poſt ſumptionẽ ſacræ cœnæ ieiuniis & abſtinentiis ſeſe exercebant, *teſte Chryſ.c.*11, *prioris ad Cor.*

Qui volebant ſacris Iſidis initiari, illis ieiunium decem dierum indicebatur, *teſte Apuleio* 11.

*Ampharatus* ſummus vates, iuſſit ſacerdotes, qui reſponſa clara accipere, & ſincere reddere vellent, integrum diem à cibo : à vino autem triduo abſtinere. *Volater* 13. *c.*4. *Anthrop.*

*Apud TroeZenios* qui ad Aridalicarum rem diuinam facerent: & deorum reſponſa expeterent, per integrum diem cibo: à vino autem per triduum abſtinebant. *Alex.ab Alex.li*, 6. *c*, 2.

## ¶ Hieroglyphica.

Sunt qui ieiunum hominem oſtendere volentes, *Cephalum* ex Mugilum genere translitoranum pingant: is enim non niſi mucore veſcitur ſuo quamobrem ipſe ſemper ieiunus: atq; hinc illa inteſtini ganeæ adeo expetita ſuauitas. κεςρεὺς à Græcis appellatur, à nonnullis *Plotes*.

*Vide, Abſtinentia.*

# Ignauia.

## ¶ Definitio et Etymolog[...]

IGnauia, inertia, formido, timiditas, fortitudinis [...] nimica, Gr. ῥαθυμία, ἀεγία, pigritia, negligentia, [...] *Hatshlah*, & *Hatsluth*, pigritia, *Prouerb.*19.15. [...] *hatſal*, Piger fuit: quod contrariam habet ſignificationem [...] *halats*, exultauit, exiliit: ignaui enim & pigri [...] tio torpent complicatis manibus & pedibus. *Herſel[...]* à quo fortaſſe Aſellus, ignauum & tardum animal.

Ignauia damnatur, *Prouerb.*6.6.9 & 13.4 & 15.19 [...] *Eccl.*10,18 Vide Deſidia, Inertia, Pigritia.

## ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid.1.Pont.6.

*Cernis vt ignauum corrumpant otia corpus,*
*Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ.*
*Et mihi, ſi quis erat dicendi carminis vſus,*
*Deficit, eſtque minor factus inerte ſitu.*

Sen.Med.

*Fortuna fortes metuit, ignauos premit.*

Ouid.Epiſt.6.

*Ad poſſeſſa Venis, præceptaq; gaudia ſerus,*
*Spes tua lenta fuit, quod petis alter habet.*

Boet.4.7.

*Ite nunc fortes, Vbi celſa magni*
*Ducit exempli Via, cur inertes*
*Terga nudatis? ſuperata tellus*
*Sidera donat.*

Plaut.Bacc.

*Sibi ne inuideatur, ipſi ignaui recte cauent.*

Antholog. Sacra Iacob. Billii.

Nullum tam leue præceptum eſſe, quod ignauo [...] amanti aſperum non ſit.

*Pectoribus duris dura eſt doctrina ſalutis,*
*Et Patris ætherei quidquid ab ore fluit.*
*Ignauis durus labor eſt, vigilare moleſtum*
*His, quibus eſt alto dulce ſopore frui.*
*Verba humiles animos reddentia dura ſuperbis,*
*Duraq; laſciui Verba pudica putant.*
*Deniq; quicquid id eſt, quod Chriſti lege iubetur,*
*Ætnaum inuitis eſſe Videtur onus.*

## ¶ Philosophicae et Histori[cae] Sententiae.

Rerum occaſiones tarditatem noſtram & ignauiam [...] ctant. *Ex orat.*1. *contra Philip.*

Si quod quiſq; vult quærens deſidebit, & vt ipſe [...] reuoluens, primum ſane nullos vnquam inueniat qui [...] *Ex orat.*1. *contra Philip.*

Cum non pauca Reipubl. ſint errata, neque exp[...] collecta, quibus hæc Reipubl. negotia male ſe habe[...] mnium Athenienſes, in præſentia innocentius, quam [...] nimis alienati à rebus & tantiſper operam datis, dum [...] detis, ſi quid noui nuntiatum fuerit. *Ex orat.*4. *cont. Ph[...]*

Turpe quidem eſt, proh ſupreme Iupiter! omne[...] dignum vobis & ciuitatis amplitudine, & rebus geſtis [...] ſtræ ignauiæ cauſa reliquos omnes Græcos in ſeruitu[...] re *Ex orat. de reb. Cherroneſiacis.*

Quod multa bello perdidimus, ignauiæ noſtræ iure [...] uenit. *Olynth.*1.

Eodem modo quo qui tempeſtatem expectant [...] contemplari tum ſinguli precantur, ne ad ſe perueniat [...] vero nemo conatur. *Ex orat.*3. *cont. Philip.*

Quo magis ſecuro erunt animo, eo citius peccab[...] *Procem.*

Quoniam vos neq; paruum, neq; magnum quicquam [...] quæ oportebat, feciſtis, res noſtræ male ſe habent: [...] quæ decebat feciſſetis, rebus ita affectis, ne ſpes qui[...] meliores fore : nunc autem ignauiam veſtram & negligentiam [...] Philippus, ciuitatem vero non vicit; neq; vos eſtis vic[...] ti quidem. *Ex orat.*5, *contra Philip.*

Quænam eſt cauſa, cur ille plures res quam nos ſup[...] ex animi ſententia geſſit : hic ipſe miliat, labores [...] adeſt, neq; occaſionem rei bene gerendæ prætermittens [...] anni partem omittens: nos vero (dicetur verum) nihil [...] perpetuo ſedemus cunctabundi, tum decernentes, tum [...] tes, ſi quid noui in foro dicatur. *Ex orat. ad Philip. Epiſt.*

Sæpe contingit, vt multarum magnarumque [...] breui tempore ſuboriatur, quam ſi quis ſua voluntate [...] condonarit & prodiderit, nequicquam facere pot[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[Sal]ubria recuperet. *Ex orat. de falſa legat.*

*Turpe eſt*, vel potius turpiſſimum, non ſolum vrbes & loca, quorum aliquando fuimus domini, proiicere videri, verum etiam com[mo]dos a fortuna ſocios & occaſionem. *Olyn.* 2.

*Fortuna* volubiles habet mutationes, & in vtramque partem, [ve]l ſecundas ad res, vel aduerſas: quæ vero per ignauiam hominum [eueni]unt, ea certas clades afferunt. *Ex.* 49. *Proœm.*

*Ignauia* non æque voluntaria ac res ſingulæ eſſe videatur: quod [ea] dolore vacat: hæ adeo homines de ſuo ſtatu ſenſu doloris di[mou]ent, vt & arma abiicere & alia permulta contra decorum ho[mine]s facere cogantur: ob eamque cauſam violentæ videntur. *Lib.* [3.] *Ethic. c.* 12. *Ariſt.*

Qui nimium timet, parumque confidit: ignauus dicitur. *Lib.* 2. [Ethi]c. 7.

Deſperauit ac diffidit ignauus omnis: quoniam omnia pertime[ſcit]: at fortis contra: eſt enim fidentis animi audere, *Lib.* 3. *Ethic.* [c.] 7.

Perferre vim neque tueri ſe poſſe, imbellis & præpauidi hominis [eſt.] *Lib.* 2. *Rhetor c.* 6.

Mortem ſibi ipſi conſciſcere fugientem vel inopiam, vel amorē, [vel] moleſtiam fortis animi magnique non eſt: ſed anguſti potius & [igna]ui. *Lib.* 3. *Ethic.* 7.

Milites tum ignaui demum timidique exiſtunt, cum periculum [im]pendet: inferioreſque ſunt & copiis, & apparatu. *Lib.* 2. *Ethic.* [c.] 8.

Qui fugit timetque pericula omnia, quique nullum perfert: is [timi]dus & ignauus euadit. *Lib.* 2. *Ethic. c.* 2.

Qui moleſta quæ ſunt ægre fert: is habendus ignauus. *Lib.* 2. *E[thic. c.]* 3.

Ignauiæ timiditatiſq; eſt ſufferre ac perpeti, & non ſe defendere. *Lib.* 2. *Rhet. ad Theodect. c.* 6.

Nec ſi quis vim liberis & vxori timeat, vel inuidiam, aut ſi quid [ali]ud eiuſdem generis, ignauus ac timidus putandus eſt. *Lib.* 3. *Ethic.* [c]ap. 6.

Eorum qui in metu modum tranſeunt qui timoris vacuitate ex[ced]unt, vacat nomine. *Lib.* 2, *Eth. c,* 7.

Ignaui ſunt qui in timore nimio educantur & ſeruilem & abie[ctu]m ſemper animum habent. *Franciſcus Patricius de reg. lib.* 4. *ca*[p.] 1.

Ignaui hominis eſt mentiri, & eius qui alios decipere vult vel o[mni]no potius ſequitur quam veritatem. *Idem ibidem lib.* 4, *ca*[p.] 4.

Ignauus eſt, qui timendo excedit, nam & quæ non oportet & ſi[cut] non oportet, timet, ſed in doloribus excedens magis eſt mani[feſt]us: quippe cum deſperabundus ſit ignauus, omnia enim timet. [Lib.] 3. *Ethic. c.* 12.

Ignauia eſt vitium animæ, per quod periculis, & maixme mor[tis pe]rterremur. *Idem de Virtut.*

[Ign]auis equus vmbra quoq; regitur: ignauus ne calcari quidem [conc]itari poteſt. *Curt. l.* 5.

[Non] eſt prudentum neque generoſorum hominum res alienas [cupi]dine quærere, & pati ſuas per ignauiam amitti. *Dion. Halic.* [lib.] vndecimo.

[Nem]o ignauia immortalis factus eſt: neq; quiſquam parens li[beros, v]t æterni forent, optauit: magis vti boni honeſtiq; vitam ex[igere]nt. *Saluſt. de bell. Iugurt.*

[Ign]aues animos odiſſe virtus ſolet. *Val. Max. l.* 2, *c.* 7.

[Ign]auorum arbitror eſſe hominum à Deo petere, vt det euenire [proſp]era, ipſis aduerſus ire timentibus ac in cauſa exiſtentibus vt [contr]a eueniat. *Procop. de bel. Vandalic. li.* 1.

[Ign]auiam etiam ſecundis in rebus extremo contemptu Romani [dig]nam iudicant. *Zonar. Annal. tom.* 2.

[Vi]ctoria de hoſte parta, de eo quod deinceps agendum eſt, equi[dem] ſic ſtatuo: ſi ſocordiæ ignauorumque hominum voluptati [noſ] dederimus) qui laborare arbitrantur ærumnoſiſſimum eſ[ſe, ſ]e vitam laboris expertem agere pro voluptate ducunt, ) cito nos [fore] nobiſipſis etiam nullius homines pretii futuros, & celeriter [noſtr]a bona hæc vniuerſa amiſſuros. Non enim ſatis eſt ſtrenuos fu[iſſe vi]ros, ad hoc vt ſtrenuitas eas perpetua ſit niſi quis in hoc adſi[due el]aborerit: ſed vt artes etiam reliquæ neglectæ minoris æſtiman[tur, e]t corpora ipſa recte adfecta, ſi ad deſidiam relaxentur, rurſum [m]ale habentur, ſic & temperantia, & continentia, & robur, quum [quis e]orum exercitationem remittit, ad prauitatem viciſſim con[uert]untur. Non igitur ceſſare debemus, neq; ad voluptates præſen[tes n]os proiicere. *Xenop. de inſtit. Cyri, lib.* 7.

[Equi]dem ſtatuo, inquiebat Cyrus, ignauos, ſiquidē gnauum & dicto [audi]entem habere exercitum velimus, exauctorandos eſſe. Nam [quo]niam vulgus mihi ſic comparatum eſſe videtur, vt ſequatur [quoc]umque quis duxerit. Ducere vero, mea quidem ſententia, viri [bon]i et præclari conantur ad res præclaras ac magnas: ad improbas, [im]probi. Atq; adeo frequēter accidit, vt inertes ſuā in ſententiā plu[res] pertrahant, quam induſtrii. Nam improbitas per voluptates il[lis] ſeſe offerentes incedendo, multis horum opera perſuadet, vti ſe[cum] ſentiant. Virtus autem in arduum ducens, non admodum [pote]ſt etiam hominibus illico temereq; ſibi adiungendis: maxime [ſi ſu]nt alii, qui e diuerſo ad decliuem mollemq; viam cohortentur,

icirco, ſi qui ex ignauia laborumq; detrectatione ſolum improb[i] ſunt, eos equidem arbitror quaſi fucos ſumptu modo ſocios defraudare. Qui vero communes ſibi cum aliis labores eſſe nolunt, & ad captandum commoda ſua ſtrenui ſunt atq; impudentes, hi etiam ad res improbas ſe duces præſtant: quippe qui demonſtrare ſæpenumero poſſint improbitati præcipua commodo cedere. Quapropter omnino ſunt homines eiuſmodi nobis exauctorandi.

Neq; ſane conſiderandum vobis eſt, qui deciuibus ordines ſuppleatis: ſed quemadmodum equos optimos quæritis, non veſtra in patria natos: ſic homines ex omnibus ſumite, quoſcunq; vobis & roboris & ornamenti plurimum allaturos exiſtimabitis. Mihi quidem hoc quoq; teſtimonio eſt, recte nobis id ceſſurum, quod nequit eſſe currus celer, in quo equi tardi ſunt. Neq; domus recte adminiſtratur, quæ famulis improbis vtitur. Immo etiam minus detrimenti accidit, ſi ſeruis egeat, quam ſi ab iniuſtis perturbetur. Hoc quidem certe ſcire vos volo, milites, malos exauctoratos non eam modo nobis vtilitatem allaturos, quod mali aberunt: ſed illorum etiam qui nobiſcum manebunt, quotquot ſane pleni iam improbitatis eſſe cœperunt, rurſum ab ea repurgabuntur: & boni malos ignominia notatos quum viderint, multo alacrius virtutem colent. *Xen. de Cyri pæd. li.* 2.

Ignauis omnia aduerſa ſubeunda veniunt. Atque hoc ipſum Dei quodammodo voluntate accidit. Is enim illis, qui ſibi labores ad optima quæque conſequenda volunt imperare, tribuit, alios qui imperent. *Eod l.*

Aliæ ciuitates in eos duntaxat animaduerterunt, qui proxime iniuriam intulerint: at Lycurgus eum non minus plectendum voluit, qui manifeſto neglexiſſet rationem qua præſtantiſſimus euaderet. Exiſtimabat enim, vt videtur, ab iis qui captiuos quoſdam rapuiſſent, aut quicquam furto vel alia illegitima ratione abſtuliſſent, in eos qui læderentur ſolum perpetrari iniuriam: ab ocioſis vero ignauiſque hominib. reſpublicas prodi. *Xenoph. de repub. & leg. Laced.*

Sæpe tædio laboris ad vtilitatem ſui compelluntur ignaui, at virtus nihil inexpertum omittit. *Curt, lib.* 5.

Timidi ac ignaui ad deſperationem formidine properant. *Tacit. hiſt. li.* 2.

Deus ignauorum & meticuloſorum ſacra votaque non accipit, neque fas eſt vel eum qui non iaculetur ſcopum tangere, vel eum qui fugiat victoria potiri, & omnino neque bene agere qui nihil agit, neque malus homo felix eſſe poteſt. *Plutarch. in Æmyl. Paulo.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes*, quibuſdam admirantibus, carmen illud Heſiodî

– οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

*Ne bos quidem pereat, etiam ſi vicinus ſit malus.*

atqui Meſſenii, inquit, ſimul cum bobus periere, vobis vicinis. Exprobrauit Athenienſibus ignauiam, qui Meſſeniis vicinis aduerſus Lacedæmoniorum vim non fuerint opitulati. *Eraſm. lib.* 8. *apophthegm.*

*Democritus* interrogatus, qua re induſtrii ab inertibus differrent? reſpondit, Qua impii à piis: ſpe nimirum bona Laboribus quippe incumbens, ſuæ induſtriæ ſperat præmium ampliſſimum, ignauus autem deſperans: nullam habet bonorum futurorum ſpē qua fulciatur. *Max, ſerm.* 31.

*Lyſander* Lacedæmoniis ſegniter Corinthiorum murum oppugnantibus, quum leporem foſſa vidiſſet exilientem. Eos, inquit, timetis hoſtes, quorum ignauia lepores in muris dormiunt? *Plut. in apoph.*

*Themiſtocles.* Hieronem cum equitatu venientem ad ludos Olympicos, vetuit certamen ſpectare. Interrogatus autem, cur hominem excluderet? Non æquum eſſe reſpondit, vt is qui maximi periculi ſe ſocium non præbuiſſet, ad communem conuentum ludicraque ſpectacula admitteretur. Notauit autem hominis in rebus præclare gerendis ignauiam & oſcitantiam. *Aelian. l. de Var. hiſt.*

*Scipio.* Cum in Alexandriam veniſſet, pedeſque vrbem accederet: Rex autem cum aliis propter ignauiam corporiſque mollitiem vix incederet; Scipio ad Panætium ait, Iam Alexandrini aliquid voluptatis & fructus ex noſtra peregrinatione perceperunt, propter nos enim regem ſuum ambulantem viderunt. *Bruſ. lib* 3.

*Idem.* Neuius quidam, cum iners ſocorſque eſſet feſtiue per agnominationem Scipio in illum iocatus eſt; Quid, inquit, hoc Neuio eſt ignauius? *Bruſ. l.* 3. *c.* 12,

*Q. Metellus* dicere ſolebat, neſcire ſe, an ſua victoria plus boni an mali Reipublicæ attuliſſet. Notauit autem Romanorum poſt partam victoriam ignauiam, quæ multis malis ianuam aperuit. *Bruſ. l.* 4.

*M. Catonis* perfrequens fuit ſententia, Nihil agendo, homines male agere perdiſcere. Quo dicto execratur omnem ignauiam, quæ multorum malorum ſæpenumero cauſa eſt. *Columel. libr.* 12.

*Sigiſmun-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sigiſmundus Imp.* cum ignauus ac ocioſus homo fœneratores eo nomine plurimum laudaſſet: quod dormientes etiam pararent ex rebus lucrum Attu, inquit Imperator, vigilando omnia conſumis. *AEn. Syu. l. comment. in res geſt. Alph. regis.*

### ¶ ADAGIA.

Neq; compluitur, neq; Sole aduritur. οὔτ' ὕεται, οὔτε ἡλιοῦται.

*De eo dici ſolitum, qui procul ab omni incommoditate ſemotus, vitam ageret.*

Neq; natare, neq; literas. μήτε νεῖν, μήτε γράμματα.

*Subaudiendum, nouit. In eos qui ſupra modum indocti ſunt nihilque prorſus bonarum artium in pueritia didicerunt.* Er kan weder gagſen/ noch ener legen.

Ne tria quidē Steſichori noſti. οὔτε τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκεις

*De vehementer indocto & imperito dici ſolitum.*

Inelegantior Libethriis. ἀμουσότερος Λειβηθρίων.

*In hominem admodum Idiotam, & ab omni Muſarum commercio prorſus alienum.*

Barbarus ex triuio. Βάρβαρος ἐκ τριόδου.

*In hominem dicebatur extremæ humilitatis ac prorſum nullius pretii.*

Hauſtim bibere Ἀμυστὶ πίνειν.

*Ἀμυστὶ πίνειν dicuntur, qui hauſtim auideq; bibunt, nec inter bibendum ſpiritum reciprocant, ſed plenum in aluum non ſecus atq; in dolium infundunt. Traduci poterit ad eos, qui ſermonem nullo delectu, nimis auide accipiunt. Aut, qui immodica lectione obruunt ingenium, quum magis expedit ſubinde cogitationem admiſcere lectioni.*

Nec ſibi nec aliis vtilis.

*Qui prorſus inutiles ſunt, & fruges conſumere nati, ſchemate prouerbiali: Nec ſibi: nec aliis vtiles dicuntur. Cic.*

Claudi more tenere pilam.

*Prouerbium in eos dici ſolitum, qui præclaris rebus geſtis in iuuenta poſteaquam conſenuerint, ad ſordidas curas ſemet abiiciunt.*

Anus, velut equus, profundam habebis foſſam. γραῦς, ὥσπερ ἵππος, τὸν χαραδραῖον τάφον ἕξεις.

*De iis, qui penitus abiiciuntur, tanquam prorſus inutiles. Plut.*

Ab aſino delapſus. ἀπ' ὄνου καταπεσών.

*In eos dicitur, qui inconſulte quippiam agunt, & imperite: aut in eos, qui à præſentibus commodis, quibus ob inſcitiam vti neſciunt, excidunt. Vtitur hoc adagio Plato lib. 3. de Legibus.*

Ἄμουσοι.

*Inelegantes & indoctos Græci vocant amuſos, hoc eſt, à Muſis alienos.*

Liberæ capræ ab aratro. ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων.

*Dictum olim ab iis, qui ſe ab onere quopiam, aut moleſtia liberatos gloriarentur.*

Ne Æſopum quidem triuiſti. οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας.

*De vehementer ſtupidis & imperitis.*

Nullam hodie lineam duxi. τήμερον οὐδὲ μίαν γραμμὴν ἤγαγον.

*In eos quadrat, quibus ceſſatum ab exercitio ſtudii, artiſq; ſuæ. Id refertur à Plinio lib. 35. c. 10.*

Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.

*Horatius Satyra 3. mira admonuit allegoria animum honeſte excolendum diſciplinis: alioqui futurum, vt inutili ſilua vitiorum occupetur.*

Ameles angulus. ἀμελὴς γωνία.

*Dicebatur is, qui ſupinus, & oſcitabundus deſideret, nihil bonarū rerum tentans. Zenodot.*

Ignauis ſemper feriæ ſunt. ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά. *Theocrit.*

*Qui vacant otio, feriari dicuntur: & otioſi, feriati: & otium, feriæ: quæ metaphora tanquam in prouerbium receptæ ſunt.* Faule Leute haben gern viel Feyertag/.

Mulieris podex. γυναικὸς πυγή.

*In ignauum ac deſidioſum dicebatur.*

Qui domi compluitur, huius neq; Deum miſeret. τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον Θεὸς οἰκτείρει.

*Vulgo Græcis iactatum. Senſus eſt: eum modis omnibus ſuo malo videri dignum, qui ſit vſq; adeo ignauus, vt nec domi ſuæ poſſit a pluuia tutus eſſe.*

Ne videt quidem oleum.

*Conueniet in eos, qui ſint artis alicuius prorſus rudes & imperiti. Theocritus.*

> Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπε;
>
> *Et quando ille oculis oleum conſpexerat vnquam?*

*Vide locum De ſcientia.*

### ¶ EXEMPLA PROFANA.

*Archilochum* poetam Lacedæmonii, quanquam genere Spartanus eſſet, vrbe expulerunt, quod carmen ſcripſerat, in quo oſtendi videbatur: Satius eſſe in prœlio arma, quam vitam amittere, nam eo doctrinæ genere arbitrati ſunt, homines ignauiæ atq; timiditatis plus habituros. *Fulgo l. 6, c. 3.*

*Nabathæis* ſeruatum legimus: vt negligens, remiſſus & otioſus, qui opes paternas ignauia minuiſſet, pœna multaretur. *Alex ab Alexan. l. 3. c. 13.*

*Sardoa* lex in otioſos conſtituta eſt, quæ pœnas ignauiæ & ſocordiæ infligebat: & vnumquemq; laborum, victus totiuſque vitæ rationem reddere cogebat. *AElian. li. 4.*

Apud *Agros* ſi quis in re quærenda negligens fore[...] aut ſi deſidioſum & ſegnem viderent: rationem red[...] reret, apud magiſtrum, qui loco cenſoris erat, [...] *Alex. lib. 3. c. 3.*

*Cleopatra* regina M. Antonium magnum illum [...] dubio adhuc Marte cum Auguſto ad Actium pug[...] emplo ad turpiſſimam fugam incitauit. Conſpecta [...] patræ, deſertis illis, qui pro ipſo certabant, quinque[...] dens, inſecutus eſt eam, *Plut. in Ant. Vita.*

*Ferdinandus IV.* Caſtellæ rex, Alphonſum filium [...] ſucceſſorem inſtituit: Iacobo primogenito abdicato [...] Sardos rebellantes in Sardiniam à patre miſſus exp[...] diniæ, ſimul & regnorum ſucceſſionem recuſaſſet. *Z[...] gibus Hiſpan.*

### ¶ HIEROGLYPHICA.

Apud multos *Aſini* ſignificatum eſt. *Ignauia*, qua[...] omnibus ſit nota, ſuperfluum eſt eam latius explica[...] 12. *pag.* 111, *A.*

*Expedita autem manus*, & in propatulum prola[...] ctoritatem atq; poteſtatem indicabat: contra vero [...] ignauum & otio deſidiaq; torpeſcentem ſignificare [...] *nus eius in ſinum conſertas effingebant*: qui porro [...] nebulonis eſt, cum præſertim Anaxagoras ideo ſapien[...] mnium amantium videri hominem dixerit, quia m[...] ctus foret. *Pier. Val. l. 35. pag. 330, D.*

### ¶ EMBLEMATA.

Andr. Alciati Emblema LXXXIII.

> *Ignaui ardeolam ſtellarum effingere ſerui*
>
> *Et ſtudia & mores, fabula priſca fuit:*
>
> *Quæ famulum Aſteriam volucris ſumpſiſſe [...]*
>
> *Eſt commenta: fides ſit penes hiſtoricos.*
>
> *Degener hic veluti qui ſauit in aere falco[...]*
>
> *Dictus ab antiquis vatibus ardelio.*

### ¶ FABVLA.

Aſinus & Ranæ.

Aſinus lingua portans lacumq; tranſiens, & in [...] collabitur: cumq; onere grauaretur, neq; reſurgere [...] & lamentari cœpit. Cuius querimoniam audientes [...] lius ranæ, Heus tu, inquiunt, quid faceres ſi tanto temp[...] quis iacuiſſes, quanto nos in ipſis verſamur, cū vix [...] omnia miſerabili queſtu compleas?

Hanc poſſit fabulam vir fortis & patiens laborum [...] uo & otioſo, qui in minimis defatigetur, & doleat.

# Ignis.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[...]

IGnis, Græce, πῦρ, φῶς, τὸ & πυρακτόομαι, igneſco [...] tem vnum de quatuor elementis, leuis, & furſum [...] reliquis, combuſtiuus & illuminatiuus, *ſecundum* [...] *li. 2. c. 7.* Diciturq; vt aliqui volunt, quod ex eo nihil g[...] *Nataq; de flamma corpora nulla vides.* Ab ignis igne[...] quod ex igne eſt, vt calor igneus, & ignitus, candens [...] tum, & igneo, & igneſco, & ignefio, eiuſdem ſignifica[...] lapis, ex quo excutitur ignis. Ignefacio, ignem accend[...] id eſt, Vulcanus, ignis Deus.

Ignis, hebr. *Eſch*, ſecundum nonnullos à verbo *A*[...] tur, quod res immedicabiliter & ſine remedio infirm[...] mat. Ignis ab *In* præpoſitione priuatiua, & *gigno* dicta[...] li ſentiunt, quod in eo nihil generetur: quod de igne [...] telligendum, non autem de igne naturali & omnia [...] ficante & intelligendum videtur. Eo ſenſu, ignem à g[...] ſcendo Varro dictum putat, quod ab igne omnia [...] animantibus vim indat mirificam.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Ignis pro ſpiritu Domini, *Luc.* 3. 16, 1. *Corinth.* 3, 1[...] perpetuus, *Leuit*, 6, 12. Ignis in ſabbatho accendendus [...] gnis inſatiabilis, *Prouerb.* 30. 10 cœlitus miraculo d[...] 38. 2, *Paral.* 7, 1. 2, *Regum* 14. exit è petra, *Iudic.* [...] *Eſai.* 66. 24, Ignis conſumens Deus, *Deut.* 4. 24. [...] columna deducens Iſraelem. *Exod.* 40. 38. *Num.* 9. [...] tionem Euangelii optat Chriſtus accendi, *Luc.* [...] tionum probamur, 1, *Cor.* 3, 13. Igne ſalietur victima [...] gnea lex, *Deut.* 33, 2. Igneo curru tollitur Elias, 2. *Reg.* [...] pentibus percuſſi Iſraelitæ, *Num.* 21, 6. Multæ aliæ igni[...] nes tum propriæ tum figuratæ in ſcripturis Sacris [...] magnas Bibliorum Concordantias.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Fertur eo motu qui ad ſuperiora pellit ignis natura ſua. *Lib.5.de Natura,c.6.T.59.Ariſt.*

Ignis calidus & ſiccus eſt. *Lib.2.de Ort.c.3.T.16.*

Ignis facile moueri poteſt, calefaciendique atque accendendi vim habet. *Lib.3.de Cœlo,c.8.T,69.*

Ignis calor proprius eſt, *Lib. de Senſu c.4.*

Cum aeris humor, & terræ frigus tollitur, ignis exiſtit, quod illi calor relinquatur, & huius ſiccitas. *Libr.2.de Ortu,capitul.4.T.*

Igni aqua paſtum præbet: aquam autem ignis alere non videtur. *Lib.2.de Animo,c.4.T.43.*

Ignis vnus ex corporibus aut elementis ali & augeſcere videtur. *Ibid.T.40.*

Ignis augeſcere in infinitum poteſt, quamdiu ſubeſt quod comburatur. *ibid.T.41.*

Terra putreſcit, & aqua, & aer, quandoquidem paſtus ignis hæc omnia. *Lib.4.Meteor.c.1.T.5.*

Ignis nullo eſt pondere præditus. *Lib.4.de Cœlo,c.4.T.32.*

Maior ignis maiore celeritate, quam minor ad ſuperiora euolat. *Lib.4.de Cœlo 2.T.16.*

Ignis generatur ſemper, atque inſtar fluminis fluit, ſed obtutum noſtrum effugit propter celeritatem. *Lib.de Adoleſc.c.3.*

Ignis pro omnibus generibus ex minimis partibus conſtat, vnde per aquam, terram, & aerem, & ea quæ ex his conſtituuntur, ſeſe, & nihil ipſum continere poteſt. *In Timæo.*

Ignis cum aere, vel aqua, aut terra aliqua comprehenditur, & in multis modis mouetur, & in ipſis dum feruntur reluctatur, & ſuperatus ictus fuerit, duo ignis corpora in vnam aeris ſpeciem confluunt. *Plat. in Timæo.*

Ignis radius duas habet vires, vna vrit, illuminat altera, ſic Dei calore purgat mentes & animas, ab inferioribusq; ſecernit, luce illuſtrat, caloris feruore in ſe omnium inflammat & incitat appetitum, lucet fulgore appetentibus veritatis exhibet claritatem. *Plat. Phil.l.1.c.26.*

Ignis & terra quia per ſolidam, id eſt trinam & abſolutam diſtantiam inter ſe diſcrepant, duobus ſaltem mediis elementis quibus copulantur indiguerunt. *ibid.c.26.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Combuſtorum, & igne deuoratorum *exempla*: Sodomitæ & Gomorrhæi, *Gen.19,24.25.* Nadab & Abihu, *Leuit.10.1.2.* Ducenti quinquaginta viri, *Num.16.33,34.35.* Thamnathæus & vxor eius, *Iud.15.6.* Saul & filii eius, 1.*Sam.31.12.* Quinquagenarii duo cum quinquaginta viris, 2.*Reg.1.10.11.12.* Filii & filiæ Iſraelitarum, 2.*Reg.* Filii Sepharuaim, *verſ.31.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

Empedocles ſe in ardentis Aetnæ ſpecum intempeſta nocte coniecit, cum repente non apparuiſſet, abiiſſe ad Deos crederetur. *Laertius in arte.*

Plinius ſecundus Veronenſis, Veſpaſiani Imperatoris tempore opus natura ſucceſſiuis temporibus conſcriberet, in montis incendio, dum eius cauſam indagare cupit periit. *Vol.lib.18.*

Fama eſt Cæſium Baſſum, poetam lyricum, in ſuis prædiis ardente Veſuuio, lateque vagantibus flammis, cum villa ſua conflagraſſe. *Theat.Zvving.fol.417.*

Saxo lib.7.hiſtoria Danica ait, Frothonem regem antro, quo conditus erat, flamma & fumo fuiſſe ſuffocatum.

Carni Galli, Alpium accolæ à Q. Martio rege obſeſſi: cum nullam libertatis ſpem ſupereſſe viderent, interfectis liberis, & coniugibus cum omni præda igni abſumendos obiecerunt. *Eutropius, Oroſius li.5.*

Capta à Caroli V. Claſſe Anno 1532. Naupacto, Turcæ quidem ciuitate Chriſtianorum territi, media incluſi turre, ſeipſos & totumque pene Caſtellum ſuccenſo tormentario puluere conflagrarunt. *Iouius lib.31.hiſtor.*

---

# Ignobilitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Ignobilitas, Generis obſcuritas Hebræi appelant. *Zulloth*, homines ignobiles, id eſt, Sordes, vtilitates, homines nihili, *Pſalm.12.9.* *Zalim*, culmos erectos & luxuriantes, ſed ſine fructu, *Eſai.18.* verbo *Zalal*, in luxu vixit: vnde *Zolel, Prouerb.23.21.* Comeſſator, Nam quid aliud ſunt quam ſordes, & plane ignobiles, qui crapula, ebrietate, & omnis generis intemperia delectantur: *Ordures.*

¶ BIBLICI LOCI.

Ignobiles, qui Deum contemnunt. 2, *Sam.2.30.*
Ignobilia mundi elegit Deus, 1 *Cor.1.28.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Epicharmi.

Πρᾶγμ' ἐστ' ἀτεχνῶς πνιγηρὸν, ὅταν τις ὢν κακὸς
Λέγῃ τις αὐτὸς δυσγενὴς ὢς τῷ τρόπῳ
Τίς γὰρ τοῦ πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ τυφλῷ κοινωνία;
*Tantum non ſuffocor, cum nobilitatem aliquis homo nihili & malus*
*Nominat, qui moribus ignobilis eſt*
*Quid enim commercii ſpeculo cum cæco?*

Euripidis.

Οὐκ ἂν γένοιτο τραῦμα, εἴ τις ἐν ζώσῃ
Θάμνοις, ἐλείοις· οὐδ' ἂν ἐκ μητρὸς κακῆς
Ἐσθλὰ γένοιντο παῖδες ὡς ἀλκῶν δορός.
*Vulnus infligi non poteſt, ſi quis feriat*
*Iuncis paluſtribus, nec ex matre mala*
*Filii naſcuntur qui fortiter haſtam tractent.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Bion*, percontanti Antigono Homercio verſu,

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Sentiens, ſe traductum de generis ac genetis ignobilitate, reſpondit ingenue Pater meus libertus erat cubito ſeſe emungens ſignificans, eum fuiſſe ſalſamentarium, addebat, illum Boryſthenitem fuiſſe genere, non facile, ſed in fronte geſtare ſcripturam domini amari, matrem fuiſſe è lupanari, cum cætera item nude commemoraſſet, adiecit verſum Homericum.

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. *Laer.l.4.c,7.*

*Antiſthenes* dicebat, generis obſcuritatem eſſe bonum par labori. Aduerſus illud Epicuri, λάθε βιώσας. Multi ſtudent ignoti eſſe, quo viuant in otio. At ignobilitas quoniam pateт quorumlibet contemptui, non minus adfert negotiorum, quam famæ claritas, *Diogen.Laer.lib.c.1.*

*Idem* Cuidam opprobranti quod eſſet hybrida, hoc eſt, non è duobus ingenuis natus, ſed ex patre Athenienſi, matre Phrygia: Nec è duobus, inquit, luctatoribus natus, & tamen luctator ſum. Sentiens non tam referre vnde natus ſis, quam ſis. Is vere liber eſt quem philoſophia liberum facit; & is vere Græcus eſt, qui Græcorum diſciplinis inſtitutus eſt. *Laer.l.6.c.6.*

*Socrates* male audiens à quodam Athenienſi, quod ex matre obſcura natus eſſet, reſpondit: An putas virum præclarum non ex obſcuris parentibus procreari poſſe? Innuit autem, non ex parentibus, ſed ex rebus geſtis veram nobilitatem iudicandam. *ibidem.*

*Anonymus*, Menedemus Eretrienſis, cum aliquando decretum tuliſſet ad populum, quidam ita tetigit illum, vt diceret, non eſſe ſapientis neque tabernaculum conſuere, neque decretum ſcribere. Subnotans, quod ex patre coriario natus eſſet ipſe quondam eiuſdem opificii. Nam olim tabernacula è pellibus caprarum conſuebantur. *Laer.l.1.*

*Soſtratus*, cuidam obiectanti, quod ex ignobilibus prognatus eſſet parentibus: Atqui, inquit, ob id ipſum debui magis laudari, & in admiratione eſſe, quod à me genus initium cœpit. *Anton.in Meliſſ.par.3.ſerm.79.*

---

# Ignominia.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

Ignominia, Græce, ἀτιμία, ας, ἡ & ἄτιμος, ου, ὁ, ἡ, ignominioſus dicitur. Eſt autem ignominia nota nominis, venitq; à nomen. Nam ſicut à nomen cognomines dicuntur, qui eiuſdem ſunt nominis, ſic ignomines, qui laude & gloria carent, quaſi inglorii & illaudati. Inde deducitur ignominia. *Cicero: Cenſes iudicium nihil ferre damnato, niſi ruborem.* Ab ignominia fit ignominioſus, hoc eſt, dedecoris & ignominiæ plenus, & ignominioſe aduerbium, hoc eſt, turpiter. Hebr. *Kalon, Pſ.83.antepen. v Prou.11.2.* à verbo *kalah*, quod in 3.coniug. *Hilkel*, ſign.fecit eſſe leuem, ſpreuit, ignominia affecit. *Deut.27.16.*

¶ SIMILTVDINES.

*Thriueri.* Vulnus quidem curare, ſed nunquam potes eius cicatricem omnino exterere: Multo eſt operoſius ignominiæ ſemel acceptæ omnem notam delere. *in apoph.61.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Scribit *Plutarchus*, Anchoram ferream ſolitum fuiſſe Pauſaniam ceruicibus eorum, quos crudelius caſtigaret, ſubnectere, ac totum diem ludibrio ſtare coegiſſe. *Theat Zvving fol.4315.*

Inſignioris notæ cenſetur, ſi quis *Camelo* inſidens, ac per vrbem circumductus, viſendum ſe omnibus præbet, quod contumeliæ genus Byzantii in Ariacem Armenium proditionis conuictum, permiſit quandoque Imper. Iuſtinianus. *Cælius lib.7.c.a.18.*

*Plato* de legibus iubet, τὸν καταλελοιπότα τὴν φρουρὰν, id eſt, qui excubias deſeruiſſet, in foro propalam deſcribi, infamiæ notæque cauſa, tanquam is, quod in ipſo erat, Rempubl. omnem prodiderit loco relicto. *Eraſ.in adagiis.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Viro forti ignominia triſtior eſt morte, quæ cum gloria & ſpe publica ſalutis ſine longo cruciatu aditur. *Thucyd. lib.* 2.

Turpitudinem quidem fugiendam eſſe ac cauendam verum eſt: omnem vero ignominiam vereri, modeſti quidem id & ſimplicis, puſilli tamen animi eſt. *Plutarch. in Comp. Timoleontis & Pauli AEmil.*

*Vide Nobilitas.*

---

# Ignorantia.

## DEFINITIO ET ETYMOL.

IGnorantia, Græce ἄγνοια, ας, ἡ: & ἀγνοέω ignoro dicitur. ignorantia quandoque ſignificat ſcientiæ priuationem, & tunc ignorantia eſt carentia ſcientiæ, quam quis natus eſt habere: quandoque eſt aliquid ſcientiæ contrarium, quæ dicitur ignorantia peruerſæ diſpoſitionis, puta cum quis habet habitum falſorum principiorum, & falſarum opinionum, ex quibus impeditur à ſcientia veritatis, *ſecundum B. Thom. in quæſt. de malo, q. art.* 3. Quomodo autem differant ignorantia, neſcientia, & error, vide ſupra in Errare.

Ignorantia à gnoro venit (vt quidam volunt) quod veteres pro ſcio vſurparunt, vel à Græco γνωρίζω, quod eſt notifico, vnde & γνωστός, notus, & γνῶσις, notitia dicitur.

Hebr. *Scheghaghah*, à *Schaghghah*, incogitanter egit, inconſiderate fecit, Et *Schiggaion*, à verbo *Schaghah*, errauit. ignoranter peccauit. Affine huic eſt nomen *Schiggahon*, Deut. 28. 28, i. inſania, dementia, vecordia. Nam qui ignorantia nimium delectantur, tandem fiunt vecordes & inſani.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Vſque quo imprudentes odibunt ſcientiam? *Prouerb.* 8.

Vbi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonum. 19.

Stultus in via ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. *Eccl.* 10.

Rex inſipiens, perdet populum ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium *Eccl.* 10.

Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. *Sap.* 7.

Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono. *Eccl.* 21.

Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit. *ibid.*

Verbum Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. *Ieremias* 8.

Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum agnouit quoquomodo oporteat eum ſcire 1. *Cor.* 8.

*Ignorantia turpiter admittitur.*

Vani autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, *Sap.* 13.

Ignorantiam enim Dei quidam habent. 1. *Cor.* 15.

Hoc igitur dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant. *Eph.* 4.

*Grauiter punitur.*

Leones interficiunt eos, qui ignorant ritum Dei terræ. 4. *Reg.* 17.

Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. *Iob.* 4.

Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. *Prouerb.* 8.

Qui euitat diſcere, incidet in mala. 17.

Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. *Eſa.* 5.

Non enim eſt populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non parcet ei 27.

Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. *Baruch* 3.

Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi; & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. *Oſeæ* 4.

Et populus non intelligens vapulabit. *ibid.*

Si quis ignorat, ignorabitur 1. *Cor.* 14.

### ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Melius eſt neſcire, quam errare: melior eſt fidelis ignorantia, quam temeraria ſcientia. *Auguſt.*

Peſſimæ matris ignorantiæ, peſſimæ itidem duæ filiæ ſunt, ſcilicet falſitas & dubietas, illa miſerior, iſta miſerabilior: illa pernicioſior, iſta moleſtior. *ibid.*

Ordinis ignorantia conturbat negotiorum naturam, formamque meritorum. Statutis facere contraria, non eſt intelligere, ſed ignorare. *Amb. in Pſ.* 118.

Tollerabilius eſt Deo quempiam cum ignorantia in humilitate iacere, quam cum elatione alta ſapere. *Greg in mo. l. 17. mor.*

Quum ignorantiam noſtram cognoſcimus, leuius aliena onera toleramus: nunquam Deus mentem deſerit, qui in peccatis ſe veraciter cognoſcit, *Lib. 1. mor.*

Non eſt parum ſcire: quod neſcias, fruſtra ſibi de ... ignorantia blandiuntur, qui, vt liberius peccent, ... vel infirmantur. *Bern. ſup. 11. gra. hum.*

Multa ſcienda neſciuntur, aut ſciendi incuria, ... dia, aut inquirendi verecundia: & quidem hu... non habet excuſationem. *In epiſt.*

Vtraque cognitio, Dei ſcilicet & tui, tibi eſt neceſſa... tem, quia ſicut ex notitia tui venit in te timor Dei, ... tia itidem amor: ſic econtra, de ignorantia tui ſuperbia, ... gnorantia, venit deſperatio. *Super Cant.*

Ignorantia Dei plerunq; deſperationem parturit. *ibid.*

Ignorantia ſui initium omnis peccati: ignorantia D... matio omnis peccati. *ibid.*

Hebetudo mentis eſt acutæ rationis obtuſio, ... rantiæ craſſis ſenſibus inducta *Hugo.*

Non tibi deputabitur ad culpam, quod inuitus igno... *de Natura & gratia.*

Non omnis ignorans immunis eſt à pœna. Ille e... poteſt excuſari à pœna, qui, quod diſceret, non inuenit... hoc ignoſci non poterit, qui, à quo diſcerent habe... non dederunt. *Idem li. q. hab. 37. can. Vlt.*

Quamuis errare, quanta poſſumus cura cauendum ... lum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, ... ignorantia poſſit errari: non eſt tamen conſequens, ... erret quiſquis aliquid neſcit, ſed ſi quis exiſtimet ſe ſ... ſcit: pro vero quippe approbat falſum, quod erroris eſt... Veruntamen in qua re quiſquis erret, intereſt plurimum... vna eademque re & neſcienti ſciens, & erranti non er... tione præponitur. In aduerſis autem rebus, id eſt, cum ... & ille alia, & iſte vtiliora, & ille minus vtilia, vel etiam ... non in eis quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? ſunt ... quæ neſcire melius eſt quam ſcire. *Idem, & hab. diſt. ... errare.*

Quemadmodum non recte dici poteſt, ſi neſcit ... cat: ſunt enim peccata ignorantium, quamuis minor... tium. *Idem de adulterinis coniugiis, & hab. 32. q. ... dum.*

Peccata ſcientium, peccatis ignorantium præpon... *& hab. 6. q. 1. Quæro ergo.*

Ignoſci poteſt ſimpliciter erranti, ſicut de ſeipſo ... Qui primo fuit blaſphemus & perſecutor, & iniurioſ... ricordiam merui, quia ignorans feci. Poſt inſpirationem ... uelationem veritatis factam, qui in eo errauerat, ... dens & ſciens: iam non in venia ignorantiæ peccat, ... enim atque obſtinatione quadam nititur, cum ratione ... *Cyprianus, & hab. diſt. 8. Conſuetudo. §. Ignoſci.*

### ¶ POETICAE SENTENTIAE

Ouid. Epiſt. 19.

*Præterita veniam dabit ignorantia culpæ.*

Boet. 3. 8.

*Eheu, quam miſeros tramite deuio*
*Adducit ignorantia?*
*Non aurum in viridi quæritis arbore,*
*Nec vite gemmas carpitis.*
*Non altis laqueos montibus abditis,*
*Vt piſce ditetis dapes.*
*Nec vobis capreas ſi libeat ſequi,*
*Tyrrhena captatis vada.*
*Ipſos quin etiam fluctibus abditos*
*Norunt receſſus æquoris,*
*Quæ gemmis niueis vnda feracior,*
*Vel quæ rubentis purpura,*
*Nec non quæ tenero piſce, vel aſperis*
*Præſtent echinis litora.*
*Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum,*
*Neſcire cæci ſuſtinent:*
*Et quod ſtelliferum tranſabiit polum,*
*Tellure demerſi petunt.*

Hor. 1. Serm. 6.

*Sed, quod magis ad nos*
*Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus vtrumne*
*Diuitiis homines, an ſint virtute beati:*
*Quidue ad amicitias, vſus, rectumne trahat nos:*
*Et quæ ſit natura boni, ſummumque quid eius.*

Sen. Oct.

*Inertis eſt neſcire quid liceat ſibi.*

Sen. Oedip.

*Iners malorum remedium ignorantia eſt.*

### ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Tolerabilior eſt pœna, viuere non poſſe, quam ſcire ... *uerb.*

Non eſt leuius omnino neſcire, quod liceat, quam ... quid, quod ſcias non licere, *ibid.*

Optimus ac grauiſſimus quiſq; confitetur ſe multa ... multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda. *Cic. 3. Tuſc.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tantum apud homines ignorantia & ſegnities à prudentia atq; induſtria differt, non ſolum in priuata vita, verum eiam in publicis rebus, vt in his ſecundæ res detrimentum, in illis aduerſæ emendationem quandam errorum adferre videantur. *Polib. lib. 5.*

¶ Similitvdines.

*Vt morbus* non celandus eſt, ſed in publicum afferendus, quo ſanari poſſit, vt dixit Heraclitus, ſic inſcitia non eſt tegenda. *Plut.*

*Sicuti vinum* alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos pro corporum habitu: ita eadem ſtultitia & ignorantia veri quoſdam incitat ad ſtudium pecuniæ, quoſdam ad voluptates. *Ariſt.*

¶ Adagia.

Prorſus ignotus.

*In hominem, quem nobis mirum in modum ignotum videri volumus, per iocum torquebitur illud ex Odiſſ. α & ξ.*

Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

*Dic quis, & vnde venis? tibi vbi patria atque parentes?*

*Cognatum eſt illi: Albus an ater ſis neſcio, poterit & ad rem apte dici, veluti ſi dicamus aliquem omnis philoſophiæ imperitum, in virum philoſophicum incidiſſe.*

Nullius coloris.

*Alibi commemorauimus de modis omnibus ignoto ſolere dici. Albus an ater ſis, neſcio. Huic ſimilimum eſt, quod ait Harpax apud Plautum: Quem Pſeudolum? quas tu prædicas mihi fallacias? Quem ego hominem nullius coloris noui.*

*Vehementius eſt quam ſi dixiſſet: Albus an ater.*

Inter cum ignariſſimis.

*Non ſine prouerbii ſpecie Simo ſenex apud Plautum in Pſeudolo rogatus à Ballione: iam neſcis, quæ ſit hæc res, reſpondet, iuxta cum ignariſſimis. Sentiens ſe nihil omnino ſcire, nihiloq; plus, quam ignari.*

In alio mundo, ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ.

*De iis qui longe lateq; diſſident à moribus aliorum, aut quibus ignoti videntur, aut qui longe diſſiti ſunt à patria.* Er iſt auß einer andern Welt / Er iſt der alten Welt.

In nouo foro litigare.

*Perinde quod eſt: In re noua, cuiq; nondum aſſueuerimus, verſari.*

In ipſius arena.

*Idem: In tua ipſius arte. Sumptum à gladiatoribus ſolitis in arena digladiari. Neque vero parui referebat horum, nota an ignota dimicarent arena.*

Albus an ater ſis, neſcio. *Tullius.*

*Solet dici de homine vehementer ignoto, Horatius in extrema epiſtola: Vultu mutabilis albus & ater, pro eo quod eſt bonus & malus.*

Non nouit natos.

*Simillima huic figura eſt. Natum non noui, pro eo quod eſt, prorſus & omnibus ignoro. Cicero.*

Ne pictum quidem vidit.

*De vehementer ignoto dicimus. Idem Cicero.*

Nomine tantum notus.

*De homine nobis mirum in modum ignoto.*

Late viuens, λάθε βιώσας.

*Admonet adagium in humili fortuna vitam eſſe feliciorem iis, qui obſcure viuunt, à publicis negotiis ita ſemoti, vt cum vita deſierint, nemo illos vixiſſe ſentiret.*

Accepta candela, candelabrum quærere.

*Dicitur quum res improuide geritur.*

Ignorantia, pro quouis peccato, *Hebr.* 9.7. piis fugienda, 1. *Cor.* 14. 34. *Eph.* 4.18. 2. *Theſſ.* 1.8. *Hebr.* 5.14. & 8.11. & 13.9. Ignorantia ... *Eph.* 4.18. Ignorantia quomodo compeſcenda, 1. *Pet.* 4.15. Ignorantia, captiuitatis Iſraelitarum, cauſa, *Eſai.* 5.13. Ignorantia, irremiſſibilis, *Luc.* 23.34. *Act.* 3.17. 1. *Tim.* 1.13. & quæ irremiſſibilis, *Luc.* ... *Roman.* 1.20. Ignorantia in fratribus infirmis toleranda, ... 35. Vide *Leuitic.* c. 4.

Ignorantiæ vocabulo deſignatur cæcitas Iudæorum, 1. *Pet.* 1.14. ... contentio, *Ioan.* 9.39. Ignorantia voluntaria, 2. *Petr.* 3.5. Ignorantia contentioſorum ſpernenda, 1. *Cor.* 14.38.

¶ Exempla Biblica.

Ignorantiæ *exempla*: in Abimelech, *Gen.* 20.4.5. Patre & matre Simſonis, *Iudic.* 14. *v.* 4. Ionatha. 1. *Sam.* 14. *v.* 27. Saule, 26. *v.* 21. duobus Viris ſequentibus Abſalonem in ſeditione, 2. *Sam.* 15. *verſ.* 11. Phariſæis, *Matth.* 12. *v.* 6.7. & 15. *v.* 14. *Luc.* 6 *v.* 39. Diſcipulis, *Luc.* 9. ... & 18. *v.* 34. *Ioan.* 16. *v.* 17. & 20. *v.* 9. Iudæis, *Ioan.* 1.27. *Rom.* 10. ... Nicodemo, *Ioan.* 3. *v.* 9.10. Saducæis, *Matth.* 22. *v.* 29. Ciuibus & Principibus Ieroſolymitanis, *Act.* 3. *v.* 17. & 13. *v.* 25. Athenienſibus, ... *v.* 23. Gentibus, *Rom.* 1. *v.* 21. Principibus huius ſeculi, 1. *Cor.* 2. ... Mundi ſapientibus, 15. *v.* 34. Apoſtatis, 1. *Tim.* 1. *v.* 7. Paulo, *v.* 13. ... Doctoribus, 2. *Tim.* 3. *v.* 7.

¶ Hieroglyphica.

Illud addendum ex Heſychio *ſquamas* ignorantiæ hieroglyphicum eſſe, quæ quidem opera beneficioq; ſcientiæ excuti amoueriq; poſſunt. Confirmat hoc *D. Pauli hiſt. Actor. Apoſt. c.* 9.

¶ Emblemata.

Submouendam ignorantiam.

Emblema. CLXXXVII.

*Quod monſtrum id? Sphinx eſt. Cur candida virginis ora,*
*Et volucrum pennas, crura leonis habet?*
*Hanc faciem aſſumpſit rerum ignorantia: tanti*
*Scilicet eſt triplex cauſa & origo mali.*

*Vide ſcientia.*

# Illiberalis, Illiberalitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Illiberalis, parcus, tenax, ſordidus, auarus. Græc. ἀνελεύθερος, Hebr. *Kilai*, qui aliquid totum appetit, ſolus poſſidere, & vorare optat: à verbo *Killah* i. conſummauit ex toto.

Illiberalitas; Parſimonia, tenacitas, ſordities, ἀνελευθερία, Hebr. *Nebalah* & *Nabluth*, à nomine *Nabal*, quod idem eſt ac nebulo, vilis, abiectus, parcus, illiberalis, fatuus, &c.

De Illiberali extat egregium dictum, apud Eſaiam, qui picturam nebulonum iſtorum ad viuum expreſſam nobis proponit his verbis, *c.* 32.

*v.* 5. Sordidus non dicetur amplius liberalis, neque parcus magnificus.

6. Quia ſordidus ſordida loquitur, & cor eius vanitatem concinnat, vt ſimulate agat & vt loquatur contra Dominum fraudulenter, animam eſurientem exhauriendo, & potum ſitienti ſubtrahendo.

7. Equidem parci arma peſſima ſunt: ſcelerata init conſilia, vt circumueniat ſimplices verbis mendacibus, tum etiam quum pauperibus ius dicit.

8. Liberalis autem liberalia conſultat, perque liberalia facta clarus ſurgit.

¶ Exempla.

Laban ſocer Iacobi patriarchæ, *Gen.* 30. & *l.* 31. *cap.*

Nabal Abigailæ maritus, 1. *Sam.* 25.

Vide Auaritia, & Auaritiæ Exempla.

¶ Sententiae Philosophicae.

Illiberalitas vitium eſt animi, quo imbuti turpe lucrum ſectantur. Illiberales, expendunt quidem, minutatim autem & male, atque plus iacturæ facientes, nullo ſcilicet habito temporis delectu. *Ariſt. de virtutibus.*

Eſt autem illiberalitatis proprium pluris facere pecunias, nec id probrum putare quod quæſtuoſum ſit: vita eſt item mercenaria, ſeruilis, ſordida, à munificentia & liberalitate aliena. Conſequuntur autem illiberalitatem ſordes, ægritudo animi, puſillanimitas, pudor agreſtis, indecentia, ignobilitas, hominum odium. *Idem ibid.*

Illiberalitas eſt nimius quidam præ ſtudio parcendi ſumtibus gloriæ contemtus. Illiberalis autem is eſt, qui ſi è tragico certamine victoriam reportarit, tæniam libero patri ligneam conſecret, in qua nomen ipſius ſit inſcriptum qui etiam cum neceſſario. Reip. tempore pecuniæ à ciuibus extra ordinem conferuntur, in concione ſurgens ſilentio vtatur, aut è medio ſe proripiat, filiam ſuam nuptum colloc... mactatæ victimæ carnes omnes, iis exceptis quæ ad ſacrificulo... pertinent, vendit: & ad miniſtrandum in nuptiis mercede conductos adhibet, qui ſuo quiſq; cibo veſcantur. Triremi præfectus quam inſtruxit, gubernatoris gulis tabulata ſternet, ſuis interea vti parcens. E foro, poſtquam obſonatus eſt, rediens, carnes ipſe geſtat, atque olera etiam in ſinu. Veſtem quando à ſordibus purgandam locauit, domi tantiſper ſe continet. Quod ſi quis amicorum eius fortuna vſus aduerſa eranum à ſuis familiaribus exigat, idque ipſe ſciat, deflectens ex itinere domum tendit. Vxori ancillas emit ille quidem nullas: ſed quæ in publicum prodeuntem comitentur, conducit. Mane, vbi ſurrexit, domum ipſe mundare, lectoſq; purgare ſolet: & ſedens obſoletum ac tritum quod geſtat pallium inuertere. *Theoph. in Characteribus Ethic.*

¶ Apophthegmata.

Pythes, vir locupletiſſimus, ſed illiberalis admodum, quum Xerxis tempore ſubditos ſuos in auri fodinis miſere necaret, à propoſito ſordido & illiberali ingenioſe reuocatus eſt, & meliori menti reſtitutus, vxoris ſuæ opera, quæ quum ei in prandio nihil præter aurum affabre factum, qui cibos repræſentaret, apponi curauiſſet: marito idoneas dapes ad victum poſcenti reſpondit, Tu meſſem & vindemiam tuis abſtuliſti, vt auri talenta cumulares: aurum comede: vel in poſterum prouide tuis. Quod ille poſtea præſtitit, *Plut. de virt. mulier.*

Ariſtippus Platoni luxum exprobranti, reſpondit ita, vt Platonem illiberalem & ſordide parcum oſtenderet. Quum enim Plato obolum diceret homini temperanti ſufficere ad victum quotidianum comparandum, Tibi (inquit) obolus ſatis eſt, & mihi tanti ſunt quinquaginta drachmæ. *Laert.*

Antigonus Cynico talentum petenti recuſauit, doni pretium vili & pauperi non conuenire prætexens. Cynicus autem, Da ergo

obolum: nec conuenit regi, ſubiecit Antigonus, obolum numerare. Vtrumq; dictum illiberaliter, & Cynicus obolum accipere, & rex talentum largiri debuit, *Plut. in apoph.*

Maximilianus I. Imperator, cum vitrea vaſa exquiſito artificio conflata & deaurata, ſed illiberalis pretii, & Cæſare non ſatis digna, dono accepiſſet, vt illiberalitatem iſtam iocoſe carperet, vaſa omnia ſupra menſam quandam repoſita, vno momento, menſa dextre euerſa, confringi curauit. *Conradus Bruno, lib. 5. cap. 21. de Legationibus.*

Auguſti Cæſaris illiberalitatem poeta Græcus feſtiue vultus eſt. Quum ſæpe verſus Græcos elegantes Auguſto fruſtra obtuliſſet, tandem etiam verſus à Cæſare conſcriptos accepiſſet, accedens ad eius lecticam dimiſſa in pauperem crumenam manu, denarios pauculus protulit. Cæſarique oblatos ſubiecit: Non iuxta fortunam tuam Auguſte: Si plus haberem, plus darem. Auguſtus illiberalitatis veterno excuſſo poetam liberali & vere Cæſareo dono locupletauit. *Suetonius in Auguſto.*

# Illuſio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ILluſio, irriſio, deriſio, ſubſannatio, ſanno, Græc. ἐμπαιγμός Hebr. *Keles*, à verbo *Killes*, ſubſannauit, ſpreuit, vilipendit ſubſannando. Cognationem habet cum *Kalal*, leuis fuit, vilis fuit. Irriſores enim & illuſores ſunt homines nihili, viles, leues. Hinc Græc. χλευάζω, ſubſanno, χλευασμός, irriſio, illuſio, ſubſannatio.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Illudi eſt res grauis & valde moleſta. *Pſal.* 22. *v.* 7. 8. & 25. *v.* 2. & 35. *v.* 19. & 38. *v.* 17. & 46. *v.* 16. & 41. 2. & 79. *v.* 4. 5. Illuditur Chriſtus, *Matth.* 2. 3. *v.* 29.

Illuſores Deo abominabiles, *Prou.* 2. *v.* 32. ſeuere arguuntur, *Eſa.* 57. *v.* 4. fruſtra erudiuntur, *Prou.* 9. 7. nunquam ſapiunt, 14. *v.* 6. Illuſores verbi Dei, *Act.* 2. *v.* 13. 2. *Pet.* 3. *v.* 3. *Iud. v.* 18.

Illuſores illudendi, *Prou.* 3. *v.* 34. perdendi, *Eſa.* 28. *v.* 14. *Ezech.* 25. *verſ.* 3. 4.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Illuſionis *exempla*: Noe, *Gen.* 9. 22. Iſaac, 21. 9. Iſraelitæ, *Exod.* 1. 12. 13. 14. Balaam, *Num.* 22. *v.* 28. 29. Gedeon, *Iudic.* 8. *v.* 6. Abimelech. 9. *v.* 54. Saul, 1. *Sam.* 10. *v.* 27. & 31. *v.* 4. 1. *Paral.* 10. *v.* 3. Dauid, 1. *Sam.* 25. *v.* 10. 2. *Sam.* 5. *v.* 6. & 6. *v.* 20. & 16. *v.* 7. 1. *Paral.* 15. *v.* 28. Amici Iudæ, 1. *Macch.* 9. *v.* 26. Duo fratres, 2. *Macch.* 7. *v.* 7. 10. Illuſionis toleratu difficilis, *exempla*: Achab, 1. *Reg.* 21. *v.* 7. Eliſæus, 2. *Reg.* 2. *v.* 23. 24. Sanaballat, 2. *Paral.* 30. *v.* 10. *Nehem.* 4. *v.* 1. Tobias ſenior, *Tob.* 2. *v.* 22. Iob, *Iob.* 2. *v.* 9. Ieremias, *Ierem.* 20. *v.* 7. Sedechias, 38. *v.* 19. Chriſtus, *Matt.* 16. *v.* 68. & 27. *v.* 29. *Marc.* 15. *v.* 29. 30. 31. 35. Apoſtoli, *Act. verſ.* 13. Paulus, 17. *verſ.* 32.

*Vide Deriſio & Irriſio. Item Contemptus.*

# Imbecillitas.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

IMBECILLVM eſſe maxime conſtat, quod contra naturam eſt. *Ariſt. problem. ſec.* 10. *n.* 30.

Imbecillitas eſt virium priuatio, principiiq; detractio quædam motus vel mutationis in alio, vel quatenus aliud eſt: vel omnino, vel ab eo quod naturam aptam ad illud habendum, habeat, vel etiam tum, cum iam illud naturæ vi habere poſſit, *lib.* δ. 4. *Metaph. c.* 12. *T.* 17.

Vniuſcuiuſq; rei remiſſio ex imbecillitate naſcitur: imbecillitas autem naturæ aduerſatur, *l.* 2. *de Cæco, c.* 6. *T.* 37.

Imbecillitas, debilitas, infirmitas, defatigatio, tam ad animum quam ad corpus refertur: Græc. ἀδυναμία, ἀσθένεια, impotentia, infirmitas. *Hebr. Chalu Schah*, à verbo *Chalſch*, Laſſus fuit, 2. *Deuat*, Languor, à verbo *Dauah*, Languidus fuit, quemadmodum ſunt mulieres paulo poſt partum, nempe imbecilles, bacillis & fulcris opus habentes, quibus ſuſtentari & lento gradu incedere poſſint. Ab eodem verbo *Davah* deriuatur *Madhueh*, imbecillitas, languor, *Deut.* 28. 60.

De imbecillitate.
DIAL. II. *Franc. Petrarch.*
DOL.

Natura me genuit imbecillem. R. Vt in putri vagina enſis ferreus, ſic in fragili corpore fortis ſæpe animus latet. D. Imbecillis natus ſum. R. Non erit idoneus vectandis oneribus, aut auro fodiendo, ſed honeſtis ſtudiis, ſed iuſtis imperiis. Sic in naui robuſtior quiſque remum agit, at prudentior clauum regit. Vita quaſi nauis rerum fluctibus & mundi pelago iactata, ſuos remos habet, ſuumque gubernaculum: à vilioribus repulſus officiis ad nobiliora conuertere. D. Imbecillem genuit natura. R. Quid ſi robuſtiſſimum genuiſſet? an perpetuum robur erat? an non robuſtior ſenectus & robuſtrior ægritudo? Vt ſileam caſus innumeros, qui repente totum hominem debilitant, atq; eneruant. Animi robur optabile eſt, quod nec dies minuit, nec fortuna. D. Corpore imbecillis ſum. R. Animum foue, atq; exerce ſuis artibus, quas meliores eſſe diutur-
nioreſq; non ambigis. Laborem corporis linque ...
fabris. D. Nullæ mihi ab origine fuere vires. R. ...
habuiſſe, quam perdidiſſe tolerabilius eſt. Nempe ...
manſiſſent. Nam & Milonis ſenuerunt vires, & Hercul...
Non ſic Socratis, non Solonis, non Neſtoris, non C...
bus vtere. Nil poteſt delectare magnum animum, ...
D. Corpuſculum imbecille eſt. R. Si organum ...
ſufficiens fuerit, ſatis & virium. Corpus namq; ...
uitium feciſſe naturam, nemo tam corporis ſeruus ...
id, ſi proprio munere fungitur. Quid accuſas, ſed ...
quiris? Nam qui ingenio fragiles, corpore præ...
proxime accedunt, & ſæpe (quod miſerum eſt) alius ...
vero quod miſerrimum, atque vbi humanæ miſeriæ ...
animum ipſi ſuum ſeruire corpori ſuo cogunt ...
D. Corpus inualidum eſt mihi. R. Vera & generoſa ...
animo eſt. Corpus eſt quaſi quædam domus animi, ...
quam fragilis, nihil ad hoſpitem paucorum præcipue ...
do ne corruat tunc migrandi neceſſitas in aliud, ...
domicilium hinc excluſos transfert. Plus dicerem, ...
poſſes, nec vulgari ſtrepitu prorſus obſurduiſſes. ...
non animi domum eſſe, ſed carcerem, nec amicum ...
ſticum hoſtem, cuius tibi fragilitas ſit optanda, quo ...
rius ſis ac victor. D. Nullæ ſunt mihi vires. R. Nullæ ...
vales, non ſunt. Quod ſi non vales, alia eſt querela. ...
nullas vis dicere, ſed paruas vires. Non eſt robuſtus ...
us tuus, neq; is vt ille alius, neq; ille vt bos & elephas ...
virium modus eſt, cuiq; quod ſat eſſet indulgentior ...
buit parens optima & ſuorum fœtuum amantior, ...
Non poteſtis de effectu queri, de imparitate quer...
genus & quærulum, qua ſublata mundi decor inter...
Sic quod optimum eſt in rebus, id fertis ægerrime.

Eſt hoc in hominibus acerbiſſimum: quod is qui ...
nihil in ſua poteſtate habeat. *Herodot. l.* 9.

Nihil peccare in magnis rebus humana condi...
peccauerit, cum errore ſuo in poſterum doctrinæ ...
& cordati eſt officium, *Plut. in Fabio Max.*

Humana imbecillitas in eo maxime deploranda eſt, ...
biliſſimis & inſigniter ad virtutem aptis ingeniis ...
næuo exiſtere non poteſt, *Idem in Cleomene.*

Vetus illud rectiſſime dictum eſt, facilius eſſe ...
quam ſeipſum contra res aduerſas obfirmare, *Dion* ...

Nullæ ſunt hominum aduerſus Deos vires, *Iuſtin.* ...

Nihil rerum mortalium tam inſtabile & fluxum eſt ...
potentiæ non ſua vi nixæ, *Annal. l.* 13.

Deſperatis rebus conſilium ab omnibus datur, ...
ſumunt, *Idem, hiſt. l.* 3.

Humillimi quiq;, maxime vbi alta acceſſerunt ...
bitione ſunt immodicici, *Sex. Aurel. Vict. in Diocletian.*

Sine crimine certe & deteriorum affectuum ...
pers nemo reperietur. Id enim diuinæ felicitatis ...
nec vnquam in hominis naturam cadet, *Zonar. in* ...

In humana natura nihil eſt quod omnino ſit ...
omni abſurditate alienum, *Conſt. Manaſſes Annal.*

Illud profecto veriſſimum eſt, Non ſemper ...
videre perfecte aut iudicare: ſigna enim imbecill...
frequenter apparere neceſſe eſt, *Fr. Guicciardin. hiſt.* ...

*Vide, Ægritudo, Morbus.*

# Imitatio.

LOCI BIBLICI.

IMitemur Deum vt filii chariſſimi, *Eph.* 5. *v.* 1. ...
lum, ſed bonum, 3. *Ioan. v.* 11. Imitarni Paulum ...
teat, 2. *Theſſ.* 3. *v.* 7, imitatur Chriſti Paulus, 1. *Cor.* ...

Imitatio, Exemplum, μίμησις. Imitor, ...
mihi imitandum propono. *Male* verbum, ſignificans ...
aduerb. temporis, poſtea & poſt. Ex his duabus ...
componunt verbum *Male achar*, i. ſequutus eſt, ...
imitatus eſt.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Pylades*, Hylam, negligenter ſaltantem Oedipodem ...
caſtigauit, σὺ βλέπεις, id eſt, tu vides: quum ille Oed...
cum exprimere debuerit, *Eraſ. lib.* 6. *apoph.*

*Apelles*, Alexander quum apud Epheſum conſpe...
ſui corporis ad viuum magna arte expreſſam ...
interim forte equus inductus picto in eadem tabula ...
ret, deceptus imitatione: Apelles, Equus (inquit) ...
melius expreſſus eſt quam tu, *Eraſ. l.* 8. *apoph.*

*Cicero*, Pompeio vitio dabat quod ciuitate ...
clem potius quam periclem fuiſſet imitatus: ...

...patres eſſent, his eſſent. Themiſtocles enim fugit ad Perſas, ...cles manſit Athenis, *Plut. in Rom. apoph.*

*Hadrianus ſophiſta*, in conuiuio ſophiſtarum, ad quos adhibi... erat, tanquam egregii cuiuſpiam arcani conſors futurus, quum ...o fuiſſet ortus de characteribus dictionis, & in quo quiſque ...excelleret, & quid in quoque potiſſimum imitandum eſſet: At ...go inquit, deſcribam characteres, haud quaquam recenſens inci... ...culas, intellectulos, membra aut rhythmos: ſed me ipſum mihi ...tandum proponens omniumque inuenta ex tempore profe...ens, flexu quodam orationis ac linguæ permittam hæc omnia. Quid de hoc Hadriani dicto iudicandum ſit, viderint Critici, illud ...tis, Horatium, non temere exclamaſſe, O imitatores ſeruum pe... Et hodie videmus quoſdam, qui ſe totos addixerunt exprimen... Ciceroni, frigidos & elumbes euadere. Quod ſi quos delectat ...d orationis genus leue & γλαφυρὸν: equidem nec obſto cuiquā, ...c inuideo. At ipſe malim Epicteti rudem & indolatam phraſin, ...d naturalem, quam Iſocratis omni floſculorum genere pictura... ...m. Huius Hadriani dictionem Herodes ſophiſta ſolebat appellare ...μεγάλου ἀνδριάντος παράγματα, id eſt, coloſſi magni fragmenta ſimul ...ue notans orationem nondum ſatis compoſitam, ſimul lau...s & vocis & animi magnitudinem. *Verba ſunt Eraſm. Rodero... lib. 8. apoph. ex Philoſtrati ſophiſtis.*

¶ Similitudines.

*D. Auguſtin.* Cum ex infantibus loquentes non fiant, niſi locuti...s diſcendo loquentium: cur eloquentes fieri non poſſunt, nulla ...loquendi arte tradita, ſed elocutiones eloquentium legendo & ...endo, & quantum aſſequi conceditur, imitando? *Lib. 8 c. 3. De ...trina Chriſtiana.*

*Plutarch.* Qui omnia ſtudent exprimere, multa praua imitantur ...prudentes: Quemadmodum Ariſtoteles balbutiem, & Platonis ...uos humeros familiares exprimebant, *in Moral.*

*Seneca*: Qui imitatur auctores, dabit operam vt ſimilis illis ſit, ...madmodum filius ſimilis eſt patri, non quemadmodum imago ..., *Apud Eraſm. Roterod.*

*Roterodam.* Vt oſcitant permulti, quod oſcitantem conſpiciant. ...ituriunt, quod meientem viderint: ita quidam nullo certo iu... ...ad ſuſcipienda negotia, permouentur, ſed quiduis in aliis ...tur acreſerunt, *in Similibus.*

*Thrasi...* Veluti ſemen non vbiq; locorum æque alacre eſt, aut ...que fructum profert, ſed pro natura cæli, terræ atque aeris ſe... ...talia pueri frequentius imitantur parentum, magiſtrorum ...dulum mores, quam ipſas præceptiones, naturam aut leges, *...apoph.*

*Quemadmodum* citius ea quæ amara ſunt, mutant dulcia, quam ...dulcia amara: Ita frequentius boni imitantur malos, quam ...i bonos, *in apoph.* 210.

*Facile eſt* protractis lineis colorem appingere, ſed arduum ipſa ...ra effigiare: Ita multis promptum eſt decorum verborum ...m, ſed operoſum eſt, ac paucis datum, membra orationis in...re effingere, ac d gerere *in apoph.*

¶ Exempla Biblica.

...Imitationis præpoſteræ *exempla*: Iudas, 1. *Reg.* 14. 22. 23. Abias, 15. ...25. 26. Baaſa, 33 34. Zambri, 16. *v.* 18. 19. Achab, V. 30. Ioram, ...8. V. 16. 17. 18. Ochozias, V. 27. Iehu, 1 . 31. Ioachaz, 13. *v.* 10. 11. ...15. 9. Amon, 21. 20. 21. Achaz, 2. *Paral.* 28. *Verſ.* 1. 2. Infideles, ...15. & 78. 57. Iudæi, *Matth.* 32. *v.* 33. 34. *Luc.* 3. 7. *Act.* 7. 51. & ... Iudæi 11. Imitationis bonæ *exempla*: Ioſaphat, 1. *Reg.* 22. 43. ...2. *Reg.* 18. 5. 6. Ioſias, 22. 12. David, *Pſalm.* 119. 14. 15. 29. 30. ...34. Niniuitæ, *Iona* 3. *v.* 10. Theſſalonicens, 1. *Theſſ.* 1. *v.* 6. & 2. ...14.

¶ Profana Exempla.

*P. Scipio Africanus* Cyrum Xenophontis: C. Iul. Cæſar. Alexan... Magnum: Selimus Turcarum Princeps Cæſarem imitatur. *...at. Zuuing. fol.* 3804.

*Alexander Magnus* ſcorti Thaidis infamiam in Perſepoli arce ...da imitatur, *Theat. Zuuing fol.* 3804.

*Hipparchum Piſiſtrati F.* doctiſſimum Principem Athenienſes ...ſunt in doctis hominibus obſeruandis atq; colendis. *Ælian.*

*Syracuſani* plerique Dionyſium tyrannum, Platonis diſcipulum ..., incredibili ſtudio imitati ſunt: ita vt tyrannidis ſedem ...occuparet, præ iis qui Geomatriæ operam dabant. *Plutarch. ...Dione.*

*Antiochum* Syriæ regem luxurioſiſſimum milites imitati ſunt: ...clauis crepidas ſubnectentes, argenteaque vaſa ad vſum cu...comparantes, & tabernacula textilibus ſigillis adornantes, *...Mer. lib. 9. c. 1.*

*Antiſthenes* Athenienſis à Socrate præceptore tolerantiam edo... Cynicam ſectam condidit. *Laert. lib. 5.*

...Plato Socratem vſque adeo ſuis ſcriptis imitatus eſt: vt iunior ...paſſim, etiam ab Ariſtotele, appellatus fuerit. *Theatr. ...fol.* 3804.

Plærique magis actiones aliorum, quamlibet prauas, imitantur, quam infortunia eorum cauent, *Dion lib.* 53.

# Immanitas.

¶ Definitio et Etymolog.

IMmanitas, atrocitas, immiſericordia, ſæuitia, crudelitas, ira cru-
delis, audax aſperitas, ferocitas beluina, ita vt immanes, non
homines, ſed beluæ efferæ appareant. Hebr. *Aczar*, & *Aczerij*
*uth*: *Deut.* 31. 33. *Prou.* 27. 4. à verbo *Cazar*, Immanis fuit, atrox fuit,
auſus eſt atrociter, Cognationem habet cum *Gazar*, diſſecuit: im-
manes enim & crudeles nihil aliud quam cædes & hominum lanie-
nas ſomniant. Hinc ξυρέω, & κειρίζω, Immanitas autem Græc. di-
cta eſt ἀπήνεια, ἀγριότης, ruſticitas effera, quæ nullo modo cicurari
poteſt, & humanitati plane contraria.

Qui diſcordias ſerunt ira ſtimulante inter crudelitatis & immanitatis magiſtros cenſentur: qui vero libidine ſola aliorum rixas & contentiones ſpectandi ducuntur, moroſi & inhumani dicuntur.

Naturæ iniuria fit, & humanitatis ius ab eo violator, qui iracundiæ vltra victoriam indulget, *Nicetas Acom. in Balduino Flandro.*

Solet humanum ingenium in magna fortuna & inſpecta victoria humanitatis obliuiſci, niſi incerta fortunæ momenta ſingulari prudentia moderetur. In pugna quidem & acie quidquid excuſationem habet, cum ratio oppreſſa iacet, & manus (velut ebriæ) mente non reguntur. Verum periculis iam propulſatis, & animorum æſtu ſedato, ac tranquillitate menti reſtituta, ſæuire, & ab officio decedere, improbi animi eſt argumentum. *Niceph. Gregoras, hiſt. lib.* 6.

Immani, Immanis, pro aſpero, nocente, fere ſumitur. Virgil. Georg. 4. Immanem ante pedes hydrum moritura puella Seruantem ripas alta non vidit in herba. Et Æneid. 1. Pygmalion cognominatur immanis. Immania Saxa, i. aſpera, horrenda. Immane nonnunquam quid ingens, magnum, fœdum denotat. Pretii immanitas apud Plinium, *lib.* 35. *c.* 11

*Vide Tit. Crudelitas, Inhumanitas, Moroſitas.*

# Immobilitas.

¶ Definitio et Etymolog.

IMMOBILIS, Græce ἀκίνητος. ȣ, ὁ, ἡ, dicitur. Immobile dupliciter dicitur, ſcilicet immutabilitate rei, vt Deus, & neceſſitate veritatis, vt propoſitiones neceſſariæ. *B. Thom. in quæſt. de Veritate, quæſt. 16. artic. 1.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Quod ita motum affert, vt id non ſit quo mouet, ac omni motu eſt liberum, *l. 8. de Nat, c. 5. Tex. 37. Ariſt.*

Id quod primo loco mouet in omnibus quæ motu cientur, ab omni motu eſt liberum, *l. 8. de Nat. Tex. 44. idem.*

Immobile eſt, & quod omnino moueri non poteſt, & quod longo tempore vix mouetur, & quod ſerio incipit: & quod per ſe quidem naturæque vi moueri poteſt, ſed non mouetur quando, quo, & quomodo eius natura fert, quod quidem vnum eorum quæ immobilia ſunt dico quieſcere, *lib, x. 10. Metaph. c. 10. & lib. 5. de Nat. c. 2. Tex. 20,*

Fortunæ affectiones, & locus, ad quæ mouentur aut mutantur, quæ mutantur, immobilia ſunt omnia, *l. 10. Metaph. c. 10.*

Immobile non omne quieſcit, ſed quod motu priuatum eſt, aptum autem natura moueri, *Idem phyſ. 4. c. 6. Tex.* 118.

Immobilia mouentia per accidens continue mouere nequeunt, ergo primum mouens erit immobile, & non mouebitur per accidens, *idem phyſ. 8. ſup. 2 c. 5. Tex. 52.*

Immobile mouens ſemper vno mouet motu, quia nihil ipſum mutatur ad id quod mouetur, *idem, ibid. Tex. 53.*

Immobilis ac ſempiterni conſideratio nec ad Phyſicam, nec ad Mathematicam pertinet. Non ad Phyſicam, quia non conuenit conſiderantem mobilia & inſeparabilia immota & ſeparata contemplari. Non ad Mathematicam, quia licet hæc de immobilibus diſſerat, non tamen de inſperabilibus, ſed quæ in ſubiecto ſunt atque materia, *Alex. Aphrod in. 5. meta. c. 4.*

Aures homini tantum, immobiles, *Plin. l. 11. c. 37.*

Scopulis immobilior. *Adag.* Ouid.

*Soloq; immobilis hæret. Intentos voluens oculo,* Virgil. Æneid. 7.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Impatientia.

LOCI BIBLICI.

IMPATIENTIA arguitur, *Exod.*14.*v.*11&15.24.&16.*v.*2.7.&17.2.*Num.*11.*v.*1.10.&14.*v.*1.26.&1.*v.*5.*Iob.*3.*v.*1.*Prou.*12.16.*Eccl.*2.16.damnatur, *Prou.*14.29.& 19.19. frænanda eſt, *Rom.*12.10.1.*Cor.*10.19.*Phil.*4.5.1.*Theſſ.*5.14.2.2.1.*Tim.*2.8.2.*Tim.*4.2.*Heb.*10.*v.*17.& 12.11.*Iac.*1,*v.*4.&5.*v.*8.1.*Pet.*1.*v.*5.&3.14.&5.6.2.*Pet.*2.9.&3.*v.*9.10.

Natalis impatientiæ in ipſo diabolo deprehendo, iam tunc cum dominum Deum vniuerſa opera quæ feciſſet, imagini ſuæ, i. homini ſubieciſſe, impatienter tulit. Nec enim doluiſſet ſi ſuſtinuiſſet: nec inuidiſſet homini ſi non doluiſſet. Adeo decepit eum, quia inuiderat. Inuiderat autem, quia voluerat. Doluerat, quia patienter vtiq; non tulerat, &c. *Tertulian l. de patientia.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Impatientia turbat animum, præterita bona delet, præſentia inficit, futura impedit. *Ficin. epiſt. l.*1.

Impatientia ſola facit, vt aduerſa, quæ ad externa & corpus tantum pertinere poſſunt in animum quoq; pertranſeant, *ibid. l.*5.

Impatientia, ἀτλησία, eſt tanta animi timiditas & teneritudo, vt nihil omnino duri, & acerbi ſenſus pati poſſit, ac ne ea quidem quæ vulgo cæteri homines patiuntur ac ferunt.

Eſt ita natura comparatum, vt homines moleſte, ſupra quam dici poſſit, ferant, ſi videanr rerum euenta virtuti non reſpondere, *Pauſan. l.*4.

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*: Quemadmodum ſi quis apoſtematis morbo circumuentus, ferro recidatur è medico, non habens quomodo recidenti aduerſetur, circumſtantia tangit, atque aſtantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem manum extendere non valens: Sic & Iob blaſphemiæ magnitudinem timens, facit in animis iniuriam, atq; fiduciam animi paſſione adauget, non contra Deum audens, ſed ſe diemq; accuſans. Maledicit autem non creaturam, ſed ſuiipſius diem: Pereat, inquiens, dies in qua natus ſum, &c. *Serm.*4.*in Iobum.*

*Senecæ*: Vadis huc & illud, vt excutias inſidens pondus, quod ipſa iactatione incommodius fit. Sicut in naui onera immota minus vrgent, inæqualiter conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt, *Lib.*2.*Epiſt.*28.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Impatientiæ & murmuris *exempla*: Sara, *Gen.*16.*verſ.*5. Iſraelitæ, *Exod.*5.*v.*21.&14.*v.*11.&16.*v.*3.&17.*v.*2.3.&32.*v.*1.*Num.*11.*v.*1.&13 *v.*31.&14.*v.*1.2.&16.*v.*41.&20.*v.*3.*Ioſ.*9.*v.*18.1.*Cor.*10.*v.*10. Iudæ, *v.*16. Achitophel, 2.*Sam.*17.*v.*23. Seba, 20.*v.*1.2. Aman, *Eſt.*3.*v.*8. Eliu, *Iob.*32.*v.*2. Nabuchodonoſor, *Dan.*3.*v.*13. Exercitus, 1.*Macch.*11.*v.*39 Herodes, *Matth.*1.*v.*3. Operarii, 20.*v.*11. Principes Sacerdotum & Scribæ, 21.*v.*15. Phariſæi & ſcribæ, *Luc.*5.*v.*30.&15.*v.*2.&19.*v.*7.*Ioan.*6.*v.*41.&7.*v*32.&9.*v.*28. Prodigi frater, *Luc.*15.*v.*28. Græci, *Actor.*6.*verſ.*1.

*Vide Murmuratio & Patientia.*

# Imperator, Imperium.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

IMPERIVM, Græce ἡγεμονία, ας ἡ, & ἐπιτάσσω, impero dicitur. Eſt autem imperium actus rationis ordinantis, cum quadam motione ad aliquid agendum, *B. Thom. prima Secundæ q.*17.*art.*5. *Dicitur autem ab impero, as.*

Imperium varia ſignificat, I. Auctoritas cum præcepto & Dei iuſſu coniuncta, 1.*Cor.*7 6.*Tit.*2 15. II. Dominatus, 1.*Reg.*12.4.*Eſai.*9,6, III, Dominium, poſſeſſio, *Gen* 36,43, IV. fortitudo, robur, 1, *Sam.*2,1*R*, *Pſalm.*86,16, *Eſa.*45,14,1, Petr.5,1, *Apoc.*1,6, V. Dignitas, *Gen.*49 3, VI, Mandatum *Gen.*41.14. 1. Tim,1.1. VII. Regnum ſeu regio, in qua quis regnat, 2. *Chro.*28.5, *Dan.* 6.26, VIII. Regni duratio & tempus, *Eſther.*1,3, *IX.* Regni limites, 1, *Chro.*18.3.

*I*mperator, Dux exercitus, ad quem rei militaris ſumma refertur: ab imperando dictus, propterea quod exercitui, quæ facto opus ſunt, imperet. Græc. πολέμαρχος, αὐτοκράτωρ, στρατηγός. Hebr. *Melec*, Rex, qui regioni alicui præeſt, item qui vnius vrbis ſeu ditionis imperium & dominium obtinet, è verbo *Malac*, regnauit, imperauit. Et *Moſchel*, Dominium, imperium à verbo *Maſchal*, imperauit, dominatus eſt, graues ſententias protulit, nihil dixit, quod non eſſet obſeruatu digniſſimum. Vocatur etiam *I*mperator, *Naghidh*, i. dux, princeps, eximius, primarius, qui coram populo adſtat, cæteriſque omnibus indicat quod ſit faciendum, Græc. ἡγέμενος ἄρχον.

*I*mperare eſt iubere, dictum ab in particula intentiua, & paro, quaſi ſtatim paro, vel prorſus paro.

*I*mperium nunc iuſſum ſignificat *Virg. Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras, Imperio premit.* Aliquando do[...] *Imperium Oceano famam qui terminet aſtris.* No[...] ſtatem. Vnde Vlpianus Imperium ſcribit [...] aut mixtum. Merum imperium eſt habere gladii po[...] maduertendum in facinoroſos homines, quod [...] pellatur. Mixtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quo[...] danda bonorum poſſeſſione conſiſtit.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Hom. Iliad. 2.

*Multos imperitare malum eſt, rex vnicus eſto.*

Plau. in Mil.

*Facile eſt imperium in bonis.*

Terent. in Adelph.

*Nimium ipſus durus eſt præter æquum & bonum*
*Et errat longe. mea quidem ſententia,*
*Qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius*
*Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur*
*Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum,*
*Malo coactus qui ſuum officium facit,*
*Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet.*
*Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit.*
*Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit.*
*Studet par referre, præſens, abſenſque idem erit.*

Sen. in Thy.

*Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus;*
*Nec appetendum.*

Idem in Tro.

*Violenta nemo imperia continuit diu.*

Claud. l. 1. in Eutro.

*Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum,*
*Cuncta ferit, dum cuncta timet, deſæuit in[...]*
*Vt ſe poſſe putent nec belua tetrior vlla eſt,*
*Quam ſerui rabies in libera colla furentis.*
*Agnoſcit gemitus & pœnæ parcere neſcit,*
*Quam ſubiit dominique memor quem verbera[...]*

¶ PHILOSOPHICAE ET HISTORICAE SENTENTIAE.

Imperatores appellandi ſunt, quorum virtute & [...] tate, maximis periculis ſeruitutis atque interitus libe[...] 14. *Philip.*

In ſummo Imperatore quatuor hæ virtutes ineſſe [...] tia rei militaris, Virtus, Authoritas, Felicitas *pro lege Ma[...]*

Hæ ſunt virtutes imperatoriæ, labor in negotiis, [...] riculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, [...] prouidendo *pro. leg. Man.*

Non ſolum bellandi virtus in ſummo atque perfe[...] re quærenda eſt, ſed multæ ſunt artes eximiæ, [...] comiteſq; virtutis. Primum quanta innocentia, [...] mnibus in rebus temperantia, fide, felicitate, ingen[...] tate, Imperatores eſſe debent? *pro lege Manil.*

Refrænet primum libidines, iracundiam teneat, [...] ptates, coerceat auaritiam, cæteras animi labes [...] cipiat aliis imperare, cum dedecori & turpitudini [...] *Parad.*7.

Non poteſt exercitum is continere Imperator, qui [...] continet frugi hominem dici non multum laudis [...] fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, & magnanimum, [...] ficum, liberalem, & manſuetum, hæ ſunt regiæ [...] *Man. pro Rege Deiot.*

Quotidianis rebus præeſſe, & ex tempore ſubitis [...] vti: & quamque occaſionem noſſe, ac iudicare, qu[...] liari colloquio conciliare poſſibile ſit, quas po[...] licet, imperatorum ſiue præfectorum eſt offic[...] *Demoſth.*

Quapropter illud etiam recte dicitur, neminem [...] gerere, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit, *Ariſt.* [...]

Iam illud oportet vnumquemque mortalium [...] ſeruierit, eum haudquaquam dominum fore laude [...] *de lege* 6.

Qui vult hominem imperare, is etiam beluam [...] præſertim tale quid ſit cupiditas, & iracundia, & [...] ptimus quiſq; à recta via detorqueatur, *l.*3 *de Repub.* [...]

Quo minor poteſtas eorum qui imperant, eo d[...] liuſve omne ſtat imperium, *l.*5. *de Repub. cap.*11.

Viuunt in magna opum honorumque abundan[...] imperant, quarum omnes rerum cupiditate d[...] *capite* 10.

Moleſte & acerbe nemo fert imperium, quem [...] titur, neque ſe ſuperiorem putat: præſertim cum [...] rem ſit adepturus, cum id ætatis fuerit. *libro ſeptimo,* [...] *capite* 14.

Imperium aliud ad Principis, aliud ad eorum qui [...] moda refertur: quorum illud ſeruile imperium appe[...] berorum hominum, *ibidem.*

Abſurdum eſt non eſſe tributum à natura, ali[...] lii vt pareant, Quod cum ita ſit: danda eſt opera, [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…es imperes, ſed iis tantummodo, qui nati ſunt ad ferendum imperium, *lib.7.de Repub.c.2.*

Imperare & parere non ſolum neceſſe eſt, ſed etiam vtile. *lib.1. de Repub.c.3.*

Semper vt quiſq; eorum qui præſunt, & qui parent præſtantiſſima virtute eſt: ita imperium eſt præſtantiſſimum, *ibid.*

Non eſt ciuitas ob eam cauſam dicenda beata, nec legis ſcriptor …andus laudibus, quod exercitatione docuerit eos finitimis imperare, *lib.7.de Repub.c.14.*

Eſt & propenſus ad imperandum animus & inuictus, *libro 7. de Repub.c.7.*

Aſſueſcat imperator cum imperio calculum ponere; ſic exeat, ſic …eat, tanquam rationem redditurus: edicat quid abſumpſerit. Ita …at non abſumat quod pudeat dicere, præterea futuri principes, …lint, nolint, ſciant, *Plin.panegyr.ad Traianum.*

Natura mortalium auida imperii eſt, *Salluſt. Iugurt.*

Vetus ac pridem mortalibus inſita potentiæ cupido *Tac.l.2.hiſt.*

Ea cunctis affectibus flagrantior, *Idem, Annal.l.15.*

Cunctas nationes & vrbes populus, aut primores, aut ſinguli re…nt. *Idem, Annal.l.12.*

Delecta ex his & conſtituta Reipub. forma facilius laudari quam …enire aut ſi euenit, haud diuturna eſſe poteſt, *ibid.*

Non ignauia magna imperia continentur, ſed virorum armo…que faciendum certamen, *Tacit. Annal.l.15.*

Firmiſſimum id imperium quo obedientes gaudent, *Liuius, 1. Dec.lib.8.*

In terris nomen imperii primum fuit. *Saluſt. Catilin.*

Qui benignitate ac clementia imperium temperauere, his can…ta omnia & læta fuerunt: etiam hoſtes æquiores, quam aliis ci…es, *Idem, orat. ad Cæſarem.*

Principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges …, *Iuſtin.l.1.*

Vnum imperii corpus vnius animo regendum videtur. *Tacit. Annal.l.1.*

Imperium, ſi in paruo contemnitur, in omni parte violatur. *…l.2.epiſt.12.*

In bono imperatore inter cæteras artes hæc requiritur, vt ſeuere …ponere ſciat, & molliter contumacibus credere. *Dionyſ. Halic. libro quinto.*

Prudentium eſt imperatorum non ſolum res ſuas corroborare, …etiam res hoſtium debilitare, præcipue vero ſine vllo prælio & …e bella conficere: ſin minus, ſaltem cum minimo militaris multitudinis detrimento, *Idem, lib.eod.*

Non decet Imperatorem propere quicquam agere. *Dion. in M. Anton. Phil.*

Malum eſt Imperatorem habere ſub quo memini licet quicquam facere: ſed multo peius eſt quum omnia licent omnibus, *… in Nerua.*

Miſera eſt conditio Imperatorum, quibus de affectata tyrannide …ſis non poteſt credi, *Vul.Gallic in A.Caſſio.*

In Imperatore auaritia eſt acerbiſſimum malum, *Id ibid.*

Nihil quicquam eſt quod Imperatorem melius commendet gen… quam clementia, *ibid.*

Imperatorem eſſe fortunæ eſt. *Ælian. Lamprid. in Heliogab.*

Sunt imperio digni quos ad regendi neceſſitatem vis fatalis ad…, *ibid.*

Miſer eſt imperator, inquit, iunior Gordianus, apud quem vera …tur: qui quum ipſe publice ambulare non poſſit, neceſſe eſt …, & vel audita, vel à plurimis roborata confirmet. *Iul. Capit. in Gord.*

Imperator dum æquus omnibus alienæ cuſtos ſalutis, nihil non … ſpectare tutelam rationes populorum cognoſcit, & remedia … quæ ſtatus negotiorum admittit arripere debet alacriter, ſe… numinis voluntate delata. *Ammi. Marcell. l.14.*

… imperium, omni nimia, velut prærupti ſcopuli, ſunt de…, *Amm.Marcell.lib.30.*

Delicta corrigere, Imperatorem admodum decet, vt charos … & amicos ſoletur, eius & dignitatis eſt, & prudentiæ: quæ … non ſolum nunc ipſi à moleſtiis quondam illatis & grauibus … vindicentur, ſed ſtatim vt liceat imperatoris beneuolentia … nil dignius afferri poteſt mortalibus. *Procop. de bello … lib.3.*

… adminiſtris non poteſt fieri in bellicis rebus imperator, *… ibid.*

Sine dubio Deus terrenus eſt imperator, contra quem quicun… manum auſus fuerit, ipſe ſui ſanguinis reus erit. *P. Dia… Grat. &c.*

Qui ſeuerius in imperatores inquiſierit, equidem non arbitror … Romanorum principatu antiquitus poſitum inuenturum … in quo nihil ad conſummatam laudem deſideretur. Ex quo fit … cunque gubernatio ex morum & actionum eius ma… iudicetur, *Zonar. in Alex. Comn.l.3.*

… priuato ſatis eſt moderatio, æquitas, placabilitas, & in … cultu & victu modus, Imperatori vero præter hæc eſt iuſti… colenda & ratio ciuium habenda, & vetera inſtituta ſunt tuen… *Idem, ibid.*

Nihil eſt quin ab Imperatoribus emendari queat: nec vllum peccatum eſt, quod vires eorum ſuperet, *Nicet. Alex. Angel.l.3.*

Vide *Dux*, & *Princeps*, vbi plura de Imperatoris, ſeu Ducis exercitus, officio.

Egregii imperatores quamuis exiguas habeant copias, tamen celeriter eas augent, *Dionyſ. Halic. libro 6.*

Imperatorum impetus & potentia non quieſcere ſolet, niſi diuina humanaq; pro ſuo lubito mutarint, *Nicet. Iſac. Angel.lib.2.*

Obſequio mitigantur imperia. Vbi vera reuerentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, ibi opus eſt vt vim repellamus. *Curtius, lib.8.*

Magna imperia ignauia non continentur, Id in ſumma fortuna æquius, quod validius. Sua retinere, priuatæ domus: de alienis certare, regia laus, *Tacitus, Annal.l.15.*

Magna imperia niſi armis vltro illatis laceſſantur, niſi primo quoque tempore aut euertantur, aut ita afficiantur, vt tollere vltra caput ſubleuariq; non poſſint, exitium iis adferunt qui exitium ſpe illis diſtinauerant, *P. Æmil.l.6.*

Vbi pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atq; ſuperbia inuaſere, fortuna ſimul cum moribus immutatur. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Semper ita iudicant homines præſens imperium eſſe graue, *Thucyd. lib.1.*

Periculoſom eſt prægraue imperium, & difficile eſt continere quod capere non poſſis, *Curtius.l.4.*

In nouo & precario imperio, adhuc iugum eius rigida ceruice ſubeuntibus barbaris, tempore opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuuntur & efferatos mollior conſuetudo permulcet, *lib.6.*

Spernitur ducis imperium, vbi turbatis acrius metus quam dux imperare cœpit, & totidem ſunt imperatores quot agmina errant, *libro 8.*

Iis qui in alios imperium ſunt habituri, hæc duo adeſſe oportet, in bello vires & in conſilio prudentia, *Dionyſ. Halic. l.3.*

Nulla alia re æque ac hominum frequentia opus eſſe illi ciuitati quæ ad imperium aſpirat, & quæ res magnas affectat, *idem, libro 4.*

Longe optimum ac firmiſſimum id eſt imperium quod beneficiis non ſuppliciis ſubditos in officio continere ſolet. Illorum enim beneuolentia, horum vero timor eſt omnis. Quicquid autem eſt formidabile, id neceſſitate naturali omnibus eſt maxime exoſum, *idem, lib.6.*

Imperii vis omnis in conſenſu obedientium eſt, *Liuius, Decad. 1. libro 2.*

Id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudent, Sed maturato opus eſt quicquid ſtatuere placet, *Liuius, Dec.1.l.8.*

Quo plus poteſtis, eo moderatius vti imperio debetis, *Decad.4. libro 4.*

Quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium amittit, quæ labore delectatur, occupat, *Valer. Max.l.4.capite 3.*

Non multorum ſuppliciis, ſed fida & diligenti cuſtodia imperium eſt tenendum, *Xiphilin. Cæſ. Auguſt.*

Summum imperium inuidiam habet, nec tutum vnquam ab inſidiis eſt, *ibidem.*

Imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt, *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Impatiens conſortis eſt imperium, infidelitatiſque & maleuolentiæ plenum, *Plut. in Demetrio.*

Nullum eſt imperium tutum, niſi beneuolentia munitum, *Æmi. Probus in Dione.*

Ea conditio eſt imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni ratio reddatur, *Tacitus, Annal. libro 1.*

Nemo vnquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit, *idem, hiſt. libro 1.*

Arduum & ſubiectum fortunæ, regendi cuncta onus, *Eod.lib.*

Imperium cupientibus, nihil medium inter ſumma aut præcipitia. *Tucyd. hiſt. libro 2.*

Bonum (i. mite & clemens) imperium nulla vis lædit. *Vulc. Gallic in Auid. Caſſio.*

Seuerus moriens dicebat, firmum imperium Antoninis meis relinquo, ſi boni ſunt: imbecillum, ſi mali, *Æl. Spartian. in Seuero.*

Imperium eſt in virtute, non in decore, *Lamprid. in Al. Seuero.*

Quis melius quam grauis imperat? quis melius quam literatus imperat? ſcit quemadmodum imperare debeat qui alios principes pertulit, & qui de aliis principibus iudicauit, *Fl. Vopiſ. in Tacito.*

Nihil eſt difficilius quam bene imperare: nam quiſq; pro voto de principe loquitur, *Pomp. Læt. in Dioclet.*

Saturninus ſuis dicebat, Neſcitis, amici, quid mali ſit imperare. Gladii & tela noſtris ceruicibus impendent, imminent haſtæ vndique, vndique ſpecula ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur, non cibus pro voluptate, non iter pro authoritate, non bella pro iudicio, non arma pro ſtudio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex eſt quiſpiam? inhabilis videtur: ſin minus, ineſt furor. Nam quod Imperatorem me cupitis, in neceſſitatem mortis me trahitis: Sed habeo ſolatium mortis, ſolus perire non potero, *Fl. Vopiſcus in Saturnino.*

Diocletianus princeps, iam priuatus dicebat, nihil difficilius eſſe quam bene imperare. Colligunt ſe quatuor vel quinque atque vnum concilium ad decipiendum imperatorem capiunt, quod probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non nouit: cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportet, amouet à Republica quos debeat retinere. Quid multa? bonus, cautus, optimus venditur Imperator. *Fl. Vopiſcus in Aureliano.*

Magna moles moleſtiaque imperio ineſt. *Aurel. Victor. libr. de Cæſaribus.*

Imperii adeo cupidi mortales ſunt, vt id vel vltima ſenectus auide petat, *idem, ibid.*

Poteſtates fato dantur, fruſtraq; tentatur facinus potiundi ſpe, vel amittendi metu, *idem, ibid.*

Iuſti finis imperii eſt obedientium commodum & ſalus. *Amm. Marcell. lib.25.*

Nihil aliud eſt imperium vt ſapientes definiunt, niſi cura ſalutis alienæ, *lib.29.*

Finis iuſti imperii vtilitas obedientium æſtimatur & ſalus, *lib.3.*

Spretum imperium deficiente quotidie robore continuo fluit atq; deficit, *Procop. de bello Perſ. lib.*1.

Nullo modo fieri poteſt, quin homo, & is longo tempore rerum potitus, faſtidio ſit iis qui pareſit, & capitalia eorum odia ſuſcipiat. Nihil enim Deus in vita immutabile & ſtabile fecit. Vnde fit, vt omnia terrea mutationibus gaudere ac delectari videamus. Si quis vero fortunam in ſua vota cogere, & certa quadam ratione vitæ vti voluerit: is eo rem deducere conatur, quo natura non ſinit. Quicquid autem cum natura pugnat, & iuſtos limites excedit, nihil hilaritatis & voluptatis habet. Eodem pertinent ſapientes veterum ſententiæ, præcipientes, Ne quid nimis: & Modum eſſe pulcherrimam virtutum pronuntiantes. *Niceph. Gregor. Hiſt. lib.9.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Pericles.* Quotieſcunque belli dux creatus eſſet, chlamydem induens, apud ſe dicere conſueuit: Attende, Pericles, quod geſtaturus es imperium in liberos, in Græcos, & in Athenienſes. His dictis ſe vir cordatiſſimus hortabatur, vt moderate gereret principatum. Magni ingenii eſt, imperare liberis: at Græci plus quam liberi tum erant: poſtremo inter Græcos liberrimi Athenienſes. *Plut. in apoph.*

*Plato* Remp. ſaluam eſſe putabat, in qua aut philoſophi imperarent, aut principes ſapientiæ ſtudio incumberent, *l. de Repub.*

*Timotheus*, quærenti, quid inter imperatoriam artem & oratoriam diſcriminis eſſet: Idem reſpondit, quod inter bellum & pacem, *Stob.* 52.

*Pliſtarchus Leonidæ filius* cuidam roganti, quam ob cauſam reges Lacedæmoniorum non à priſcis regibus cognomen ſortirentur? Quoniam, inquit, illi ducere quam regnare maluerunt. Poſteriores illi nequaquam. Primus omnium regum Lacedæmoniorum Agis dictus eſt, & hoc nomen in aliquot poſteriores demanauit. Agidis autem nomen dictum eſt à ducendo, quoniam clementer imperabat: & regum eſt perſuadere potius, quam imperare. Pliſtarchus autem ſonat, plurimis imperantem. *Plutarch.*

*Apollonius* rogatus à Babyloniæ rege, quomodo tuto regnare poſſet? Si multos, inquit, honoraueris, paucis vero credideris. *Bruſ. lib.3.*

*Alcamenes Telecri filius*, cuidam percontanti, quo pacto quis optime regnum ſeruare poſſet? Si lucrum, inquit, non magnifecerit. Longe lateque diſſentiens à vulgo principum, qui non alia magis ratione principatum conſtabilire ſtudent, quam attenuandis ciuium ſuiſque augendis opibus: quum iuſtitia & æquitas maxime reddant diuturnum imperium. *Plut. in Lacon.*

*Agis* à quodam interrogatus, quod diſciplinæ genus potiſſimũ exercitaretur apud Spartanos? Scire, imperare, & ferre imperium, *ibidem.*

*Idem*, Apud Mantinæam quibuſdam diſſudentibus, ne cum aduerſariis quod numero plures eſſent, confligeret Agis ſenior: Cum multis, inquit, pugnet oportet, qui multis vult imperare. *ibidem.*

*Ageſilaus* interrogatus, quas res Imperatorem habere oporteat? dixit: Aduerſus hoſtes audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, in opportunitate vero rationem & conſilium. *Stob. ſerm.*53.

*Cyrus* dicebat, neminem debere ſuſcipere principatum, niſi eſſet melior his in quos ſuſciperet imperium: Senſit vir prudentiſſimus, hoc eſt principis munus, vt aliis proſpiciat, & publicis commodis conſulat. Id autem fieri nequaquam poteſt, niſi ab eo qui ſapientia, vigilantia, animique integritate cæteris antecellit. *Plutarch. in apoph.*

*Ide* dicere ſolebat, principem non debere inferiorem eſſe intelligendo quæ opus ſunt cæteris. *Xenophon in lib. ſeptimo, Pædia Cyri.*

*Cato*, Quum Eumenes rex Romam veniſſet, & à ſenatu honorifice exceptus, clariſſimorum ciuium frequen… tus: Cato non diſſimulabat, tantum Romanor… dium ſibi ſuſpectum eſſe, ipſe vitans regis con… quibuſdam admirantibus, ac dicentibus Eumene… probum, ac amico in populum Romanum animo: … inquit: attamen illa belua natura ferox canis eſt. … reges, vtcunque pro tempore ſimulent, natura tyra… Democratiæ infenſos. Romæ autem regis nome… mum, *Eraſm. l.5. apoph.*

*Antiochus* quum à L. Scipione vltra Taurum m… tis imperii finibus, Aſiam prouinciam, vicinaſque … ſiſſet, gratias egit populo Romano, quod magna p… per eos liberatus eſſet. Intellexit vir prudens, vnu… mum, quamuis vigililantem, non poſſe tot neg… *Eraſ. l.5. apoph.*

*Antigonus* videns filium ſuum violentius & imm… rere erga ſubditos: An non, inquit, nouiſti fili, noſ… ſe nobilem ſeruitutem? Atque hæc Antigoni verba, … alloquutus eſt, maximam manſuetudinem & human… ferunt: qui id non approbat, is vere mihi videtur ne… que ciuem noſſe, ſed tyrannicam vitam potius agere. … *var. hiſt. ex Plut.*

*Scipio Africanus*, quibuſdam calumniantibus, quod … nuus bellator eſſet: Imperatorem, inquit, me mater, … rem genuit. Significans in Imperatore plus habere mo… tiam ac prudentiam in conſiliis, quam vires in prælii…

*M. Cato* Seniorem Imperatorem laude dignum, & … extollendum putauit, qui ſibi ipſi imperare poſſet. …

*Cicero*, in ſummo imperatore belliq; duce qua… ineſſe dicebat, Scientiam rei militaris, virtutem, au… felicitatem. *Cic. in orat. pro Pompeio.*

*Alexander Seuerus.* Ouinius Camillus, antiqu… tor, homo delicatiſſimus, rebellionem moliebatur, … affectans. Id quum Alexandro renunciatum eſſet, … batum, ad palatium vocato gratias egit, quod Re… quæ bonis viris recuſantibus imponi ſolet, ſponte … ad ſenatum proceſſit, ac tanti ſceleris conſc… conſortem imperii appellauit, in palatium recep… imperialibus, & melioribus, quam vtebatur ipſe, … fectionis comitem adhibuit. Cumque Imperator … faceret, inuitauit & Ouinium deliciis aſſuetum ad la… poſt quinque millia paſſuum cunctantem equo … Quumque poſt duas manſiones equo etiam fatig… pento impoſuit. Hoc quoque reſpuentem ac imp… borium recuſantem, deniq; & mori paratum dimi… quibus Cæſar præcipue diligebatur, commendatum, … tuto abire iuſſit. Sic illi commonſtrauit quid eſſet … um, *Lampridius.*

*Saturninus*, hortantibus militibus, vt imperium … Neſcitis ô milites, quantum mali ſit imperare: … bus immineant, haſtæ vndique, ſpicula, ipſi cuſto… ipſi comites formidantur non ciuibus pro volunta… auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro … *lib.3.c.11.*

*Auguſtus Cæſar*, poſtquam Iulio auunculo cru… tu interfecto ſucceſſiſſet in adminiſtratione Impe… quam placeret Accia matri Philippoque vitrico, … uidioſæ fortunæ Cæſaris, reſpondit: Nefas eſſe, … Cæſari dignus eſſet viſus, ſemetipſum videri ind… temnens humana conſilia, & cum periculo potiu… tuto humilia ſequi propoſuit, *Velleius Paterculus* … *Conſulibus.*

*Mecænas.* Auguſti temporibus quum eſſet con… perio iterum abrogando, in ea deliberatione … cœnas; quid ſibi videretur? reſpondebat: Regnum … time recuperatum in primis conducere rerum m… dicto conſulebat, iuſtius eſſe vt imperium depon… Rempublicam reſtitueret in ſtatum priſtinum. … *Auguſto.*

*Auguſtus Cæſ.* admonebat Romanos, vt Remp… rentiis, qui vſu & experientia rerum plurimum po… ſinerent vllo tempore pendere ex cuiuſquam volunta… in regni cupiditatem veniret, aut mortuo eo Reipub… tur, *idem.*

*Idem* conſulebat præterea, vt contenti rebus pr… re & dilatare Imperium nollent: quod futurum eſſet, … tur difficilius, immineretq; periculum, ne ea quæ … amitterentur, *idem.*

*Fronto.* Cum ſub Nerua Cocceio, Romæ impr… omnibus leuiſſimas ob cauſas accuſarentur, atque … tumultus exortus eſſet, Frontonem conſulem d… lum quidem eſſe Imperatorem habere, ſub quo … quam facere: ſed multo peius eſſe, cum omnia … *Xiphilinus in vita Neruæ, & Fulgoſ. lib.* …

*Domitianus*, paucis notum eſſe dicere ſolebat, qu… ærumnoſa ſit imperantium conditio, qui à tyrann…

PO
PO

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rum demum liberantur, cum diem iam extremum claudunt. ... in Domitiano.

*Diocletianus* adhuc priuatus dicere ſolebat, nihil eſſe difficilius ... bene imperare: Id Flauius Vopiſcus in Aureliano tradit ſe ... à patre ſuo, & dedit cauſam: Colligunt, inquit, ſe quatuor quinque, ſimul conſilium ad decipiendum Imperatorem ca... dicunt, quid probandum ſit. Imperator qui domi clauſus eſt, ... non nouit cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur: fa... ..., quos fieri non oportet: amouet à Republica, quos de... retinere. Ita bonus, cautus, optimus venditur Imperator. At ... ad Imperatoris titulum ſatis eſſe putat naſci, aut eligi: naſci ..., eligi emptis ſuffragiis, ac ſolennibus ceremoniis confir... *Vopiſcus.*

*Pertinax*, cum poſſeſſionibus Imperatoriis nomen ſuum inſcri... ...buiſſet, dicere ſolebat, illas nequaquam imperantium pro... ſed communes Romanorum, & publicas eſſe. *Hierodianus*.

*Traianus* iuſtitiæ & æquitatis amantiſſimus, talem Imqeratorē ... & ciuibus ſe eſſe dicebat, qualem ſibi ipſe Imperatorem ... optaſſet. *Ioan. Langus in Nicephori annotationibus.*

... aliquando in conuiuio propoſuit amicis, vt decem nomi... , quibus crederent rerum ſummam recte delegari poſſe. ... illi ſilerent: Decem, inquit, à vobis poſco, ego vnicum habeo ...num. Solum illum Imperio dignum iudicans. *Dion. Caſ...*

... Licinio Suræ (quem quidam vt Cæſaris inſidiatorem indi... gladium nudum porrexit, atque: Accipe dixit, gladium, ... pro me, ſi bene, atq; cum ratione imperauero, diſtringes: ſin ... eo ad interitum vtere. *Dion. Nicæus atque Xiphilinus in Tra... Plin. in Panegyrico, & Niceph. lib. 3. cap. 23.*

*Valentinianus* ſolicitatus à militibus, vt ſibi imperii ſocium de... Veſtrum quidem (inquit) fuit, vt priuatum me ad imperia... conferretis dignitatem: res autem adminiſtrare, non iam veſtri, ... principis ipſius arbitrii eſſe, vos ipſi quoq; dixeritis. Itaq; vos de... imperata facere, & quietos eſſe: me autem, quid facto opus ... decet. *Niceph. Caliſt. 11. cap. primo. Eccl. hiſt.*

*Antoninus Pius* reprehenſus, quod nonnullos accuſatos abſolue... reſpondit, Principatum non à pœnis aut ſuppliciis ſed a man... potius auſpicandum eſſe. *Dion. Nicæus, & Xiphilinus in ... vita.*

*M. Antoninus Verus* dicere ſolitus erat, Neq; pecuniæ vim tyran... explere poſſe: aut ſtipantia ſatellitum agmina tueri ... niſi ipſi quos regit, animum imperanti beneuolentiam ... accommodent. Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui ... ex crudelitate, ſed amorem ex bonitate ciuium ſuorū ... inſtillant. Neq; enim quos ſæuire neceſſitas coegit, ſed quos ... imperare ſua quæque voluntas adegit, ii ſunt in agendo patien... a ſuſpicione omni aſſentationeque vacui: nunquamque im... detrectant, niſi violenter coutumelioſeque ſint habiti. *Hero... li. 1.*

*Fauſtus Quintillus.* Iulianus cum ſenatum Romanorum roga... virgines Veſtales & cæteri ſacerdotes cum ſenatu obuiam ex... Seueri prodirent, prætentis infulis Fauſtus Quintillus con... augur contradixit aſſerens, non debere imperare eum, qui ar... aduerſario non poſſet reſiſtere. *Spartianus in Iuliano, & Cuſpi... in Conſulibus.*

*Iouianus*, cum poſt Iulianum apoſtatam, qui aliquod Chriſtia... millia interfecerat, ad Imperium raperetur, clamabat, Nolle ... fidelibus imperare, cum ipſe eſſet Chriſtianus. Cui reſponſum ... militibus omnibus, ſeſe quoque Chriſti fidei eſſe obnoxios. ... in Coſſ.

*Peſcennius Niger*, rogatus, quid ſentiret de Scipionibus? Reſpon... ſibi videri felices magis quam fortes: quod vterque domi ... parum ſancte tranſegerat. Sentiens, imperatorem per ... vitam in Reipublicæ negotiis verſari debere, nec à domeſti... ad Imperium accerſiti. *Spartianus.*

*Otho* ſæpenumero dicere ſolebat ad ſuos: Neſcitis amici, quid ſit, ... gubernare Imperium: mihi credite iam experto, qui ... malo, quam imperare. *Suet.*

*Sigiſmundus* rogatus, Quem virum regno dignum aptumque ... Eum, inquit, quem neque ſecundæ res extollerent, ne... aduerſæ deprimerent. *Æneas Sylu. li. 4. comment. de reb. geſt. Al... regis.*

... Regnandi artis imperium eſſe dicebat, qui ſimulare ne... nouit autem multa regibus ſimulanda multa diſſimulanda ... quo ſuos in debito officio retineant, extra omne vitæ periculū. *Æneas Syluius lib. 1. commentariorum de reb. geſtis Alphonſi.*

*Æneas Syluius* Principes priuatis hominibus multo meliores fo... ſolebat, ſi reges electione, & non ſucceſſione fierent. Im... vir clariſſimus ſucceſſionem regum, quam vſus haud vbi... ſecutus, recepit. Regem enim naſci nihil magni eſt. Ad ... dignum ſe præſtitiſſe, maximum eſt. *AEneas. Sylu. li. 4. com... res geſtas Alphonſi.*

*Alphonſus* ſæpenumero peroptare ſolebat, vt popularium ſuorū ... rex extitiſſet, quo demum illi, vtpote experti, cognoſce... principum occupationes & curas. Hoc vnico forſan modo fie... delinerent moleſti & importuni eſſe. Notabat autem, quā difficile eſſet imperare, cum tam diuerſa ſint hominum ingenia, diuerſi mores, quibus principes ſe accommodare neceſſe habent. *Pan. l. 3. de reb. geſt. Alphonſ.*

*Idem*, Magnum quidem eſſe dicebat, aduerſus hoſtem ducem eſſe: ſed illud maximum, ad omnem virtutem ciuibus ducem eſſe. *Panorm. li. 4. de Alphonſ. reb. geſtis.*

*Eundem affirmare* ſolitum accepimus, ſi nullum omnino aliud regnum, nullam prouinciam præter Calabriam aut haberet, aut habiturus eſſet, illam protinus ſe relicturum priuatumque & ciuem viuere potius velle quam illorum, qui nihil hominis habent præter figuram, ineptias tolerare, quamuis dominum aut regem. Hoc autem dicto oſtendere voluit, quam graue ſit imperare iis, qui omni humano ingenio exuti, nil norunt aliud, quam luxuriantes, ferarū more, in omni vitiorum ſorde ſe inuolere. *Pan. l. 1. de rebus geſt. Alphonſ.*

## ¶ Similitudines.

*Philonis Iudæi:* Quemadmodum capris, bobus, ouibus, præeſſe ſunt caprarii, bubulci, paſtoreſque, greges autem non poſſunt præeſſe opilionibus: Sic & vulgus pecori haud abſimile, opus habet curatore principe, qui ordo eſt bonorum virorum, præfectorum ſuis gregibus. *Lib. quod omnis probus ſit liber.*

*Plutarchi*: Vt ex igni & terra veluti neceſſariis, compoſitus eſt mundus, iuxta Platonem terra ſoliditatem conferente, igni calorem ac formam: Ita magna imperia non parantur, niſi miſceatur cum fortuna virtus, altera alteri ſit auxilio. *In Moralibus.*

*Vt non queas* cognoſcere, vas integrum ſit nec ne, niſi liquorem infuderis: Sic nec hominem, niſi imperium commiſeris. *In Moralibus.*

*Qui venantur* beſtias, induunt exuuium cerui: qui aucupantur aues, plumatis vtuntur tunicis; cauentq; ne tauris appareant in veſte purpurea, rubra: aut alba elephantis quod hoc colore irritentur: Sic qui velit feram nationem cicurare, domareque morib. ac veſtitu ſemet illi ad tempus accommodet, neceſſum eſt. *In Moral.*

*Vt mundus* non erat mundus, minutioribus corporibus adhuc ſparſim volantibus & elabentibus: ſolidioribus vero inter ſe depugnantibus: ſed tempeſtatis, erroris, tumultus plena erant omnia: donec terra ex his accepta magnitudine, ſeipſam figeret, aliiſq; ſtabilem præberet ſedem: Sic magna imperia, plena tumultus, donec aucta potentia, etiam finitimis regibus ſtabilitatem præſtat, vt terra cęteris circumferentibus ſeſe. *In Moral.*

*Ciceronis*: Non quemadmodum in palæſtra, qui tædas ardentes accipit, celerior eſt in curſu continuo, quam ille qui tradit: Ita melior imperator nouus qui accipit exercitum, quam ille qui decedit: propterea quod defatigatus curſor integro facem, hic imperator imperito exercitum tradit. *Lib. 4. ad Heren.*

*Lactantii*: Si ſunt multi dum habent ſinguli poteſtatis aliquid, ac numinis, ſumma ipſa decreſcit: nec poterunt ſinguli habere totum, quod eſt commune cum pluribus: vnicuique tantum deerit, quantum cæteri poſſidebunt. Non poſſunt igitur in hoc mundo multi eſſe erectores: nec in vna domo multi domini: nec in vna naui multi gubernatores: nec in armento aut grege duces multi: nec in vno regimine multi reges. Sed nec in cœlo quidem multi ſoles eſſe poterunt: ſicut nec animæ plures in vno corpore: adeo in vnitate natura vniuerſa conſentit. *De ira Dei ca. 11.*

*Eraſmi Roterodami*: Agrippæ qui vocantur, quoniam præpoſtere naſcuntur, hoc eſt, pedibus primum emergentibus, malis auſpiciis in vitam ingredi creduntur, magnoq; humani generis malo: vt Marcus Agrippa, & Nero: Ita qui per nefas ac ſimoniam irrumpūt in Imperium aut Epiſcopatum (vt vocant) magnam peſtem adducunt ſibi ſuiſq;. *In Similib.*

*Vt non debet* ſumere citharam, qui canendi ſit imperitus: Ita non debet imperium ſumere, qui non ſit prudentia præditus. *ibidem.*

*Vt magnes* ad ſe trahit omne ferrum, ſed AEthiopicus magnetē quoq; alium ad ſe rapit. Ita rex populum quo lubet, cogit; At ingens aliquis rex etiam regibus cæteris vim fecit. *in Simil.*

## ¶ Hieroglyphica.

AEgyptii ſacerdotes, ſi vellent Imperatorem aut potentiſſimum quempiam Regem per inſtitutas ab eis imagines indicare; *Anguem in ſpiram collectum* faciebant, palatii cuiuſdam ſpecie in voluminū medio ſtatuta. Siquidem domus regia in imperii totius centro ſita eſſe debet: vt omnium æque commodis conſulatur.

Quidam hominem regni potitum hieroglyphice ita deſcribunt: vt eum *manu ſerpentem comprimere indicent*, cuiuſmodi ſimulacrum eſt in numo Aurelii Cæſ. Auguſt. Pii filii. *Pier Valer. libr. 15. pag. 177.*

*Aquilam* Imperatoriæ quoq; maieſtatis hieroglyphicum eſſe, pluribus oſtendit. *idem lib.19.pag.177.*

*Vide, Princeps, Rex, Regnum.*

# Imperitia.

¶ Poeticae Sententiae.

Terent. in Adel.

*Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius,*
*Qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.*

Heraclitus.

*Imperitiam celare melius eſt, quam in medium proferre.*

Fauſtus.

*Icturus nullum centeno verbere legem*
*Non legum eſt doctor, vane, quid ergo? dolor.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Imperitia ignorantia eſt quæ neſcit id quod ſcire putat. *Plat. in ſophiſta* Imperitia eſt falli rebus. *in Euthydem* Imperitiæ ſignũ maius eſt diſſentire à ſapientibus. *De mendacio.*

Imperitia eſt habere falſam opinionem & de rebus quantiuis pretii falſum eſſe. *In Protag.*

Imperitia nil aliud eſt quam cum homo ſciat iucundum bonum eſſe & ſciens alia meliora non eſſe, illa facit, cum meliora facere poſſit, neque inferiorem ſeipſo eſſe, & ſi ſuperiorem ſeipſo nil aliud quam ſapientia. *ibid.*

Imperitiam ſuam vnuſquiſque ſapientiam putat: vnde cum nihil, vt ita dicam, ſciamus, omnia nos ſcire putamus: quum autem aliis facere non permittamus quæ ipſi neſcimus, ipſi facientes peccare cogimur: quapropter nimium ſui amorem quemuis hominẽ fugere oportet. *idem.*

Solent homines imperiti erga hos quorum opera indigent manſuetudine vti, vel ſi longo ſint interuallo inferiores: aliis vero aditu ſe difficiles præbere, quorum miniſterio non opus habent, *Procop. de bello Goth. li.1.*

¶ Apophthegmata.

*Socrates*, intuitus adoleſcentulum diuitem ac imperitum: En, inquit, aureum mancipium: *Stob. ſerm.4.*

*Idem.* Vt Proteus formam, ita imperitus (inquit) animum vbiq; mutat & variat, *Eod. ſerm.*

*Idem* dicebat imperitos in rebus errare, quemadmodum peregrini in viis. *Eod. ſerm.*

¶ Adagia.

Dulce bellum inexpertis. γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.

*Vegetius de re militari lib.3.c.12. Nec confidas, inquit, ſatis, ſi tyro prælium concupiſcat: inexperto enim dulcis eſt pugna. Docet adagium, multa eſſe, quæ quantum diſcriminis ac malorum habebant, non intelligas, niſi facto periculo.*

Pedum viſa eſt via. τῶν ποδῶν ἰδρῶτι ἡ ὁδός.

*De negotio, cuius aliquando periculum feceris.*

Operarii.

*Marc. Tullius li.1. de Oratore primo, non abſq; prouerbii ſpecie operarios appellat, qui citra philoſophiæ cognitionem cauſas agunt. Transferri poterit ad concionatores, qui quod parum exercitati ſunt in ſacris literis, è collectaneis diſcant quod apud populum multo clamore, multaque corporis iactatione detonent. Aut qui in templis ingenti boatu canunt intellecta: non concionatores, ſed operarii, non cantores, ſed operarii.*

¶ Fabula.

Mus.

Mus natus & educatus intra ciſtam refertam nucibus, forte delatus in pauimentum, dum in ſuam domunculam redire properat & circum illam aſſultat, attingit hunc odor ſuauiſſimus ciborum, qui eſſent in propinquo de reliquis agitati conuiuii repoſiti, quib. guſtatis: Hæc, inquit, vt video, iucundior vita futura eſt illa, quam intra ciſtam vixi.

Fabula imperitos notat, qui nunquam ſuum oppidulum egreſſi, illius vitam & mores optimos, & laudatiſſimos eſſe ſtatuunt.

*Vide, Ars, Scientia.*

# Impetus.

¶ Philosophicae Sententiae.

Impetus alius in corpus fit, eorum qui præſunt: alius in imperium. *lib.5. de Republ. c.16.*

Alii impetus contemptione fiunt, quemadmodum fecit in Sardanapalum quidam, cum eum inter mulieres manentem animaduertiſſet, ſi modo fabulis credendum eſt. *ibid.*

Contemptio eos potiſſimum ad impetus faciendos impellit, qui natura audaces, laude & gloria rerum bellicarum valent apud eos, qui ſoli imperant. Fortitudo enim vi freta, audacia[...] traq; ſperantes ſe facile ſuperiores fore, imperium [...] *publica, c.10.*

Cum cauſæ duæ ſint, quæ homines ad impetus [...] rannos impellant, odium & condemptio: alterum [...] rannis ineſſe debet, odium: ex contemptu autem [...] euerſiones. *Ibid.*

Acres impetus cunctatione langueſcunt, aut [...] tantur. *Tacit. Annal. l.12.*

Grauiſſima bella, quę initio vehementes repentinos [...] habent, prudenti aduerſariorum cunctatione [...] ſpacio elangueſcunt. *P. Iouius hiſt. l.17.*

¶ Exempla Biblica.

Impetus Heroici *exempla*: In Samſone, *Iudic.*[...] *muel.11.v.6.7.&c.* Ionata & armigero eius, [...] 50. Amaſia, 1. *Paral.*12.18. Zacharia, 2. *Paral.*24.20.

¶ Emblema.

Inanis impetus.

Emblema CLXIV. And. Alciati.

*Lunarem noctu vt ſpeculum, canis inſpicit orbem,*
*Seq; videns, alium credit ineſſe canem,*
*Et latrat: ſed fruſtra agitur vox irrita ventis,*
*Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.*

# Impietas, Impii.

Definitio et Etymol[...]

Impietas, Scelus, iniuſtitia aduerſus Deum, parentes [...] micos. Græc. ἀθεότης, ἀσέβεια, ἀνοσιεργία. Hebr. [...] tas, improbitas, *Pſ.*48.20.1.*Sam.*24.14.*Eze.*3.19.[...] 11.5.& 13.6. & *Reſchahhath*, 2.*Chron.*24.7. à verbo [...] us, fuit improbus fuit. Cognationem habet cum [...] motus eſt. Nam impii ſubito commouentur & ſunt [...] atque illorum animi ſemper trepidant, iuxta illud *Eſa.*[...] pax impiis. Et cum *Haſchar*, diues fuit. Impii enim [...] opes quibus confidunt.

Impietas vero alia eſt in Deum, nempe Atheiſmus [...] impuritas: Alia in patriam & parentes, quæ ingratitudo [...] deſertio, irreuerentia dicitur: alia in amicos, cuius [...] na varia ſunt, ad ingratitudinem & in iuſtitiam [...] ſpecie vitia, quæ ſanctiones poſterioris tabulæ decalogi [...] referenda.

¶ Biblici Loci.

Impietas abneganda eſt, *Tit.*2.12, omnes homines [...] tura ſunt impii & filii iræ, *Epheſ.*2.3.13. tunc impium [...] tur Deus, cum homines Chriſti ſui cognitione regenerat [...] & Chriſtus pro impiis mortuus, 5.6.

Impii in manu Dei ſunt, 2.*Reg.*19.v.28. Impii [...] *Prouerb.*29, v.8. Impii Satanæ inſtrumenta, 2.*Cor.*[...] *Theſ.*2.18. quo pane veſcantur, *Prouerb.*4.v.17. [...] *Matth.*23.v.41.

Impii conferuntur adulterino argento, *Ierem.*6.[...] *Pſal.*22.v.13.17.*Eſa.*56.v.10.*Matth.*7.v.6. Ceræ fluenti [...] Flammæ montes comburenti, *Pſal.*83.v.15. fœno, [...] v.20.& 68.2.*Eſa.*14.v.31.& 65.5. fœno, 2.*Reg.*19.26.[...] 8.*Eſa.*37.27. Leonibus & leænis, *Iob* 4.v.10.11.[...] 58.7.2.*Tim.*4.17, Lupis, 4.*Eſdr.*5.18.*Ier.*5.6.*Ezech.*22.27.[...] & 10.19. Mari feruenti, *Eſa.*57.v.20. myricæ ſterili [...] is, *Matth.*3.12.*Luc.*3.17.*Pſ.*1.4. Porcis. *Matth.*7.6. [...] 1.v.4, & 18.v.43.& 35.v.5.*Eſa.*47.v.14.*Ierem.*13.24.[...] 1.v.10. Rotæ, *Pſal.*83.v.14. *Spinis*, 2.*Sam.*23.6. Stipulæ [...] malæ, *Hebr.*6.v.8. Tauris, *Pſal.*22.v.13.*Eſa.*34.7.[...] *Matt.*13.*ver.*38.

Impii Deo abominabiles, *Exod.*23.v.7.*Pſal.*1.[...] & 34.17.& 94.20.& 119.118.*Prou.*17.15. à ſalute alieni, [...] 119.155.*Eſa.*3.10. admonendi & ſerio arguendi, *Prouerb.*[...] v.4.*Ierem.*20.v.4.*Ezech.*3.17.& 33.*verſ.*9.&c. *Oſea.*[...] Exitio deſtinati, *Iob* 21.v.30.2.*Sam.*23.6.*Prouer.*[...] *Zach.*11.6.*Ro.*9.v.22. à Satana excœcati, 2.*Cor.*4.4.[...] & 1.39.v.21.22.*Prou.*29.27. appellantur filii Diaboli, *Ioan.*[...] *an.*8,44, 1.*Ioan.*38, filii diffidentiæ & contumaces, *Ephe.*[...] *Col.*3.6. in ſpeciem felices & beati, *Pſal.*73.3. Hoſtes Dei [...] 47.10, & 83, & 89,52. Chriſto ignoti, *Matth.*7.23.& 25.[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Impatientia.

LOCI BIBLICI.

IMPATIENTIA arguitur, *Exod.*14.*v.*11 & 15.24. & 16.*v.*2.7. & 17. 2. *Num.*11.*v.*1.10. & 14.*v.*1.26. & 1.*v.*5. *Iob.*3.*v.*1. *Prou.*12.16. *Eccl.*2. 16. damnatur, *Prou.*14.29. & 19.19. frænanda eſt, *Rom.*12.10.1. *Cor.* 10.19. *Phil.*4.5.1. *Theſſ.*5.14.2.2.1. *Tim.*2.8.2. *Tim.*4.2. *Heb.*10.*v.*17. & 12.11. *Iac.*1, *v.*4. & 5.*v.*8.1. *Pet.*1.*v.*5. & 3.14. & 5.6.2. *Pet.*2.9. & 3.*v.*9.10.

Natalis impatientiæ in ipſo diabolo deprehendo, iam tunc cum dominum Deum vniuerſa opera quæ feciſſet, imagini ſuæ, i. homini ſubieciſſe, impatienter tulit. Nec enim doluiſſet ſi ſuſtinuiſſet: nec inuidiſſet homini ſi non doluiſſet. Adeo decepit eum, quia inuiderat. Inuiderat autem, quia voluerat. Doluerat, quia patienter vtiq; non tulerat, &c. *Tertulian l. de patientia.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Impatientia turbat animum, præterita bona delet, præſentia inficit, futura impedit. *Ficin. epiſt. l.*1.

Impatientia ſola facit, vt aduerſa, quæ ad externa & corpus tantum pertinere poſſunt in animum quoq; pertranſeant, *ibid. l.*5.

Impatientia, ἀτλησία, eſt tanta animi timiditas & teneritudo, vt nihil omnino duri, & acerbi ſenſus pati poſſit, ac ne ea quidem quæ vulgo cæteri homines patiuntur ac ferunt.

Eſt ita natura comparatum, vt homines moleſte, ſupra quam dici poſſit, ferant, ſi videanr rerum euenta virtuti non reſpondere, *Pauſan. l.*4.

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*: Quemadmodum ſi quis apoſtematis morbo circumuentus, ferro recidatur è medico, non habens quomodo recidenti aduerſetur, circumſtantia tangit, atque aſtantes mordet, illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem manum extendere non valens: Sic & Iob blaſphemiæ magnitudinem timens, facit in animis iniuriam, atq; fiduciam animi paſſione adauget, non contra Deum audens, ſed ſe diemq; accuſans. Maledicit autem non creaturam, ſed ſuiipſius diem: Pereat, inquiens, dies in qua natus ſum, &c. *Serm.* 4. *in Iobum.*

*Senecæ*: Vadis huc & illud, vt excutias inſidens pondus, quod ipſa iactatione incommodius fit. Sicut in naui onera immota minus vrgent, inæqualiter conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt, *Lib.*2. *Epiſt.*28.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Impatientiæ & murmuris *exempla*: Sara, *Gen.*16. *verſ.*5. Iſraelitæ, *Exod.*5.*v.*21. & 14.*v.*11. & 16.*v.*3. & 17.*v.*2.3. & 32.*v.*1. *Num.*11.*v.*1. & 13 *v.*31. & 14.*v.*1.2. & 16.*v.*41. & 20.*v.*3. *Ioſ.*9.*v.*18.1. *Cor.*10.*v.*10. Iudæ, *v.* 16. Achitophel, 2. *Sam.*17.*v.*23. Seba, 20.*v.*1.2. Aman, *Eſt.*3.*v.*8. Eliu, *Iob.*32.*v.*2. Nabuchodonoſor, *Dan.*3.*v.*13. Exercitus, 1. *Macch.*11.*v.*39 Herodes, *Matth.*1.*v.*3. Operarii, 20.*v.*11. Principes Sacerdotum & Scribæ, 21.*v.*15. Phariſæi & ſcribæ, *Luc.*5.*v.*30. & 15.*v.*2. & 19.*v.*7. *Ioan.* 6.*v.*41. & 7.*v* 32. & 9.*v.*28. Prodigi frater, *Luc.*15.*v.*28. Græci, *Actor.* 6. *verſ.*1.

*Vide Murmuratio & Patientia.*

# Imperator, Imperium.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

IMPERIVM, Græce ἡγεμονία, ας ἡ, & ἐπιτάσσω, impero dicitur. Eſt autem imperium actus rationis ordinantis, cum quadam motione ad aliquid agendum, *B. Thom. prima Secundæ q.*17. *art.* 5. *Dicitur autem ab impero, as.*

Imperium varia ſignificat, I. Auctoritas cum præcepto & Dei iuſſu coniuncta, 1. *Cor.*7 6. *Tit.*2 15. II. Dominatus, 1. *Reg.*12.4. *Eſai.* 9,6, III, Dominium, poſſeſſio, *Gen* 36,43, IV. fortitudo, robur, 1, *Sam.* 2,1 *R*, *Pſalm.*86,16, *Eſa.*45,14,1, Petr.5,1, *Apoc.*1,6, V. Dignitas, *Gen.*49 3, VI, Mandatum *Gen.*41.14. 1. Tim, 1.1. VII. Regnum ſeu regio, in qua quis regnat, 2. *Chro.*28.5, *Dan.* 6.26, VIII. Regni duratio & tempus, *Eſther.*1,3, *IX.* Regni limites, 1, *Chro.*18.3.

*I*mperator, Dux exercitus, ad quem rei militaris ſumma refertur: ab imperando dictus, propterea quod exercitui, quæ facto opus ſunt, imperet. Græc. πολέμαρχος, αὐτοκράτωρ, στρατηγός. Hebr. *Melec*, Rex, qui regioni alicui præeſt, item qui vnius vrbis ſeu ditionis imperium & dominium obtinet, è verbo *Malac*, regnauit, imperauit. Et *Moſchel*, Dominium, imperium à verbo *Maſchal*, imperauit, dominatus eſt, graues ſententias protulit, nihil dixit, quod non eſſet obſeruatu digniſſimum. Vocatur etiam *I*mperator, *Naghidh*, i. dux, princeps, eximius, primarius, qui coram populo adſtat, cæteriſque omnibus indicat quod ſit faciendum, Græc. ἡγούμενος ἄρχον.

*I*mperare eſt iubere, dictum ab in particula intentiua, & paro, quaſi ſtatim paro, vel prorſus paro.

*I*mperium nunc iuſſum ſignificat *Virg. Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras, Imperio premit.* Aliquando do[…] *Imperium Oceano fama qui terminet aſtris.* No[…] ſtatem. Vnde Vlpianus Imperium ſcribit […] aut mixtum. Merum imperium eſt habere gladii po[…] maduertendum in facinoroſos homines, quod […] pellatur. Mixtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quo[…] danda bonorum poſſeſſione conſiſtit.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Hom. Iliad. 2.

*Multos imperitare malum eſt, rex vnicus eſto.*

Plau. in Mil.

*Facile eſt imperium in bonis.*

Terent. in Adelph.

*Nimium ipſus durus eſt præter æquum & bonum*
*Et errat longe. mea quidem ſententia,*
*Qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius*
*Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur.*
*Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum,*
*Malo coactus qui ſuum officium facit,*
*Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet.*
*Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit.*
*Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit.*
*Studet par referre, præſens, abſenſque idem erit.*

Sen. in Thy.

*Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus;*
*Nec appetendum.*

Idem in Tro.

*Violenta nemo imperia continuit diu.*

Claud. l. 1. in Eutro.

*Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum,*
*Cuncta ferit, dum cuncta timet, deſæuit in […]*
*Vt ſe poſſe putent nec belua tetrior vlla eſt,*
*Quam ſerui rabies in libera colla furentis.*
*Agnoſcit gemitus & pœnæ parcere neſcit,*
*Quam ſubiit dominique memor quem verbera […]*

¶ PHILOSOPHICAE ET HISTORICAE SENTENTIAE.

Imperatores appellandi ſunt, quorum virtute & […] tate, maximis periculis ſeruitutis atque interitus […] 14. *Philip.*

In ſummo Imperatore quatuor hæ virtutes ineſſe […] tia rei militaris, Virtus, Authoritas, Felicitas *pro lege Ma[…]*

Hæ ſunt virtutes imperatoriæ, labor in negotiis, […] riculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, […] prouidendo *pro. leg. Man.*

Non ſolum bellandi virtus in ſummo atque perfe[…] re quærenda eſt, ſed multæ ſunt artes eximiæ, […] comiteſq; virtutis. Primum quanta innocentia, […] mnibus in rebus temperantia, fide, felicitate, ingen[…] tate, Imperatores eſſe debent? *pro lege Manil.*

Refrænet primum libidines, iracundiam teneat, […] ptates, coerceat auaritiam, cæteras animi labes […] cipiat aliis imperare, cum dedecori & turpitudini […] *Parad.*7.

Non poteſt exercitum is continere Imperator, qui […] continet frugi hominem dici non multum laudis […] fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, & magnanimum […] ficum, liberalem, & manſuetum, hæ ſunt regiæ […] *Man. pro Rege Deiot.*

Quotidianis rebus præeſſe, & ex tempore ſubitis […] vti: & quamque occaſionem noſſe, ac iudicare, qu[…] liari colloquio conciliare poſſibile ſit, quas porro […] licet, imperatorum ſiue præfectorum eſt officium […] *Demoſth.*

Quapropter illud etiam recte dicitur, neminem […] gerere, qui non ipſe prius ſub imperio fuerit, *Ariſt.* […]

Iam illud oportet vnumquemque mortalium […] ſeruierit, cum haudquaquam dominum fore laude […] *de lege* 6.

Qui vult hominem imperare, is etiam beluam […] præſertim tale quid ſit cupiditas, & iracundia, & m[…] ptimus quiſq; à recta via detorqueatur, *l.*3. *de Republ.* […]

Quo minor poteſtas eorum qui imperant, eo d[…] liuſve omne ſtat imperium, *l.*5. *de Repub. cap.* […]

Viuunt in magna opum honorumque abundantia […] imperant, quarum omnes rerum cupiditate d[…] *capite* 10.

Moleſte & acerbe nemo fert imperium, quo […] titur, neque ſe ſuperiorem putat: præſertim cum […] rem ſit adepturus, cum id ætatis fuerit. *libro ſeptimo* […] *capite* 14.

Imperium aliud ad Principis, aliud ad eorum qu[…] moda refertur: quorum illud ſeruile imperium ap[…] berorum hominum, *ibidem.*

Abſurdum eſt non eſſe tributum à natura, ali[…] lii vt pareant. Quod cum ita ſit: danda eſt opera, […]

…bes imperes, ſed iis tantummodo, qui nati ſunt ad ferendum imperium. *lib.7.de Repub.c.2.*

Imperare & parere non ſolum neceſſe eſt, ſed etiam vtile. *lib.1. de Repub.c.3.*

Semper vt quiſq; eorum qui præſunt, & qui parent præſtantiſſima virtute eſt: ita imperium eſt præſtantiſſimum, *ibid.*

Non eſt ciuitas ob eam cauſam dicenda beata, nec legis ſcriptor ornandus laudibus, quod exercitatione docuerit eos finitimis imperare, *lib.7.de Repub.c.14.*

Eſt & propenſus ad imperandum animus & inuictus, *libro 7. de Repub.c.7.*

Aſſueſcat imperator cum imperio calculum ponere; ſic exeat, ſic redeat, tanquam rationem redditurus: edicat quid abſumpſerit. Ita fiet, vt non abſumat quod pudeat dicere, præterea futuri principes, velint, nolint, ſciant, *Plin panegyr. ad Traianum.*

Natura mortalium auida imperii eſt, *Salluſt. Iugurt.*

Vetus ac pridem mortalibus inſita potentiæ cupido *Tac.l.2.hiſt.*

Ea cunctis affectibus flagrantior, *Idem, Annal.l.15.*

Cunctas nationes & vrbes populus, aut primores, aut ſinguli regunt, *Idem, Annal.l.12.*

Delecta ex his & conſtituta Reipub. forma facilius laudari quam euenire aut ſi euenit, haud diuturna eſſe poteſt, *ibid.*

Non ignauia magna imperia continentur, ſed virorum armorumque faciendum certamen, *Tacit. Annal.l.15.*

Firmiſſimum id imperium quo obedientes gaudent, *Liuius*, 1. dec. lib.8.

In terris nomen imperii primum fuit, *Saluſt. Catilin.*

Qui benignitate ac clementia imperium temperauere, his candida omnia & læta fuerunt: etiam hoſtes æquiores, quam aliis ciues, *Idem, orat. ad Cæſarem.*

Principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat. *Iuſtin.l.1.*

Vnum imperii corpus vnius animo regendum videtur. *Tacit. Annal.l.1.*

Imperium, ſi in paruo contemnitur, in omni parte violatur. *Caſſiod.l.2.epiſt.12.*

In bono imperatore inter cæteras artes hæc requiritur, vt ſeuere imperare ſciat, & molliter contumacibus credere. *Dionyſ. Halic. libro quinto,*

Prudentium eſt imperatorum non ſolum res ſuas corroborare, ſed etiam res hoſtium debilitare, præcipue vero ſine vllo prælio & ſine vlla bella conficere: ſin minus, ſaltem cum minimo militaris multitudinis detrimento, *Idem, lib.eod.*

Non decet Imperatorem propere quicquam agere. *Dion. in M. Anton. Phil.*

Malum eſt Imperatorem habere ſub quo nemini licet quicquam facere: ſed multo peius eſt quum omnia licent omnibus, *Dion in Nerua.*

Miſera eſt conditio Imperatorum, quibus de affectata tyrannide niſi occiſis non poteſt credi, *Vul. Gallic in A. Caſſio.*

In Imperatore auaritia eſt acerbiſſimum malum, *Id ibid.*

Nihil quicquam eſt quod Imperatorem melius commendet gentibus quam clementia, *ibid.*

Imperatorem eſſe fortunæ eſt. *Ælian. Lamprid. in Heliogab.*

Sunt imperio digni quos ad regendi neceſſitatem vis fatalis adduxerit, *ibid.*

Miſer eſt imperator, inquit, iunior Gordianus, apud quem vera reticentur: qui quum ipſe publice ambulare non poſſit, neceſſe eſt vt audita & velaudita, vel à plurimis roborata confirmet. *Iul. Capitol. in Gord.*

Imperator dum æquus omnibus alienæ cuſtos ſalutis, nihil non ſpectare tutelam rationes populorum cognoſcit, & remedia quæ ſtatus negotiorum admittit arripere debet alacriter, ſecundum numinis voluntate delata. *Ammi. Marcell. l.14.*

Regum imperium, omni nimia, velut prærupti ſcopuli, ſunt deuitanda, *Amm. Marcell. lib.30.*

Delicta corrigere, Imperatorem admodum decet, vt charos ſuos & amicos ſoletur, eius & dignitatis eſt, & prudentiæ: quæ non ſolum nunc ipſi à moleſtiis quondam illatis & grauibus vindicentur, ſed ſtatim vt liceat imperatoris beneuolentia ... nil dignius afferri poteſt mortalibus. *Procop. de bello ... lib.3.*

Sine adminiſtris non poteſt fieri in bellicis rebus imperator, *Idem ibid.*

Sine dubio Deus terrenus eſt imperator, contra quem quicunque ... manum auſus fuerit, ipſe ſui ſanguinis reus erit. *P. Diac. ... in Grat. &c.*

Qui ſeuerius in imperatores inquiſierit, equidem non arbitror ... in Romanorum principatu antiquitus poſitum inuenturum ... in quo nihil ad conſummatam laudem deſideretur. Ex quo fit ... cuiuſcunque gubernatio ex morum & actionum eius ma... parte iudicetur, *Zonar. in Alex. Comn. l.3.*

... homini priuato ſatis eſt moderatio, æquitas, placabilitas, & in cultu & victu modus, Imperatori vero præter hæc eſt iuſtitia colenda & ratio ciuium habenda, & vetera inſtituta ſunt tuen-... *Idem, ibid.*

Nihil eſt quin ab Imperatoribus emendari queat: nec vllum peccatum eſt, quod vires eorum ſuperet, *Nicet. Alex. Angel. l.3.*

Vide *Dux*, & *Princeps*, vbi plura de Imperatoris, ſeu Ducis exercitus, officio.

Egregii imperatores quamuis exiguas habeant copias, tamen celeriter eas augent, *Dionyſ. Halic. libro 6.*

Imperatorum impetus & potentia non quieſcere ſolet, niſi diuina humanaq; pro ſuo lubito mutarint, *Nicet. Iſac. Angel. lib.2.*

Obſequio mitigantur imperia. Vbi vera reuerentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, ibi opus eſt vt vim repellamus. *Curtius, lib.8.*

Magna imperia ignauia non continentur, Id in ſumma fortuna æquius, quod validius. Sua retinere, priuatæ domus: de alienis certare, regia laus, *Tacitus, Annal. l.15.*

Magna imperia niſi armis vltro illatis laceſſantur, niſi primo quoque tempore aut euertantur, aut ita afficiantur, vt tollere vltra caput ſubleuariq; non poſſint, exitium iis adferunt qui exitium ſpe illis diſtinauerant, *P. Æmil. l.6.*

Vbi pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atq; ſuperbia inuaſere, fortuna ſimul cum moribus immutatur. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Semper ita iudicant homines præſens imperium eſſe graue, *Thucyd. lib. 1.*

Periculoſom eſt prægraue imperium, & difficile eſt continere quod capere non poſſis, *Curtius. l. 4.*

In nouo & precario imperio, adhuc iugum eius rigida ceruice ſubeuntibus barbaris, tempore opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuuntur & efferatos mollior conſuetudo permulcet, *lib.6.*

Spernitur ducis imperium, vbi turbatis acrius metus quam dux imperare cœpit, & totidem ſunt imperatores quot agmina errant, *libro 8.*

Iis qui in alios imperium ſunt habituri, hæc duo adeſſe oportet, in bello vires & in conſilio prudentia, *Dionyſ. Halic. l.3.*

Nulla alia re æque ac hominum frequentia opus eſſe illi ciuitati quæ ad imperium aſpirat, & quæ res magnas affectat, *idem, libro 4.*

Longe optimum ac firmiſſimum id eſt imperium quod beneficiis non ſuppliciis ſubditos in officio continere ſolet. Illorum enim beneuolentia, horum vero timor eſt omnis. Quicquid autem eſt formidabile, id neceſſitate naturali omnibus eſt maxime exoſum, *idem, lib.6.*

Imperii vis omnis in conſenſu obedientium eſt, *Liuius, Decad. 1. libro 2.*

Id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus eſt quicquid ſtatuere placet, *Liuius, Dec.1.l.8.*

Quo plus poteſtis, eo moderatius vti imperio debetis, *Decad. 4. libro 4.*

Quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium amittit, quæ labore delectatur, occupat, *Valer. Max. l.4. capite 3.*

Non multorum ſuppliciis, ſed fida & diligenti cuſtodia imperium eſt tenendum, *Xiphilin. Cæſ. Auguſt.*

Summum imperium inuidiam habet, nec tutum vnquam ab inſidiis eſt, *ibidem.*

Imperium facile iis artibus retinetur, quibus initio partum eſt, *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Impatiens conſortis eſt imperium, infidelitatiſque & maleuolentiæ plenum, *Plut. in Demetrio.*

Nullum eſt imperium tutum, niſi beneuolentia munitum, *Æmi. Probus in Dione.*

Ea conditio eſt imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni ratio reddatur, *Tacitus, Annal. libro 1.*

Nemo vnquam imperium flagitio quæſitum bonis artibus exercuit, *idem, hoſt. libro 1.*

Arduum & ſubiectum fortunæ, regendi cuncta onus, *Eod. lib.*

Imperium cupientibus, nihil medium inter ſumma aut præcipitia. *Tucyd. hiſt. libro 2.*

Bonum (i. mite & clemens) imperium nulla vis lædit. *Vulc. Gallic in Auid Caſſio.*

Seuerus moriens dicebat, firmum imperium Antoninis meis relinquo, ſi boni ſunt: imbecillum, ſi mali, *Æl. Spartian. in Seuero.*

Imperium eſt in virtute, non in decore, *Lamprid. in Al. Seuero.*

Quis melius quam grauis imperat? quis melius quam literatus imperat? ſcit quemadmodum imperare debeat qui alios principes pertulit, & qui de aliis principibus iudicauit, *Fl. Vopiſ. in Tacito.*

Nihil eſt difficilius quam bene imperare: nam quiſq; pro voto de principe loquitur, *Pomp. Læt. in Dioclet.*

Saturninus ſuis dicebat, Neſcitis, amici, quid mali ſit imperare. Gladii & tela noſtris ceruicibus impendent, imminent haſtæ vndique, vndique ſpecula ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur, non cibus pro voluptate, non iter pro authoritate, non bella pro iudicio, non arma pro ſtudio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex eſt quiſpiam? inhabilis videtur: ſin minus, ineſt furor. Nam quod Imperatorem me cupitis, in neceſſitatem mortis me trahitis: Sed habeo ſolatium mortis, ſolus perire non potero, *Fl. Vopiſcus in Saturnino.*

Diocletianus princeps, iam priuatus dicebat, nihil difficilius eſſe quam bene imperare. Colligunt ſe quatuor vel quinque atque vnum concilium ad decipiendum imperatorem capiunt, quod probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non nouit: cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportet, amouet à Republica quos debeat retinere. Quid multa? bonus, cautus, optimus venditur Imperator. *Fl. Vopiſcus in Aureliano.*

Magna moles moleſtiaque imperio ineſt. *Aurel. Victor. libr. de Cæſaribus.*

Imperii adeo cupidi mortales ſunt, vt id vel vltima ſenectus auide petat, *idem, ibid.*

Poteſtates fato dantur, fruſtraq; tentatur facinus potiundi ſpe, vel amittendi metu, *idem, ibid.*

Iuſti finis imperii eſt obedientium commodum & ſalus. *Amm. Marcell. lib. 25.*

Nihil aliud eſt imperium vt ſapientes definiunt, niſi cura ſalutis alienæ, *lib. 29.*

Finis iuſti imperii vtilitas obedientium æſtimatur & ſalus, *lib. 3.*

Spretum imperium deficiente quotidie robore continuo fluit atq; deficit, *Procop. de bello Perſ. lib. 1.*

Nullo modo fieri poteſt, quin homo, & is longo tempore rerum potitus, faſtidio ſit iis qui pareſit, & capitalia eorum odia ſuſcipiat. Nihil enim Deus in vita immutabile & ſtabile fecit. Vnde fit, vt omnia terrea mutationibus gaudere ac delectari videamus. Si quis vero fortunam in ſua vora cogere, & certa quadam ratione vitæ vti voluerit: is eo rem deducere conatur, quo natura non ſinit. Quicquid autem cum natura pugnat, & iuſtos limites excedit, nihil hilaritatis & voluptatis habet. Eodem pertinent ſapientes veterum ſententiæ, præcipientes, Ne quid nimis: & Modum eſſe pulcherrimam virtutum pronuntiantes. *Niceph. Gregor. Hiſt. lib. 9.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Pericles.* Quotieſcunque belli dux creatus eſſet, chlamydem induens, apud ſe dicere conſueuit: Attende, Pericles, quod geſtaturus es imperium in liberos, in Græcos, & in Athenienſes, His dictis ſe vir cordatiſſimus hortabatur, vt moderate gereret principatum. Magni ingenii eſt, imperare liberis: at Græci plus quam liberi tum erant: poſtremo inter Græcos liberrimi Athenienſes. *Plut. in apoph.*

*Plato* Remp. ſaluam eſſe putabat, in qua aut philoſophi imperarent, aut principes ſapientiæ ſtudio incumberent, *l. de Repub.*

*Timotheus,* quærenti, quid inter imperatoriam artem & oratoriam diſcriminis eſſet: Idem reſpondit, quod inter bellum & pacem, *Stob.* 52.

*Pliſtarchus Leonidæ filius* cuidam roganti, quam ob cauſam reges Lacedæmoniorum non à priſcis regibus cognomen ſortirentur? Quoniam, inquit, illi ducere quam regnare maluerunt. Poſteriores illi nequaquam. Primus omnium regum Lacedæmoniorum Agis dictus eſt, & hoc nomen in aliquot poſteriores demanauit. Agidis autem nomen dictum eſt à ducendo, quoniam clementer imperabat: & regum eſt perſuadere potius, quam imperare. Pliſtarchus autem ſonat, plurimis imperantem. *Plutarch.*

*Apollonius* rogatus à Babyloniæ rege, quomodo tuto regnare poſſet? Si multos, inquit, honoraueris, paucis vero credideris. *Bruſ. lib. 3.*

*Alcamenes Telecri filius,* cuidam percontanti, quo pacto quis optime regnum ſeruare poſſet? Si lucrum, inquit, non magnifecerit. Longe lateque diſſentiens à vulgo principum, qui non alia magis ratione principatum conſtabilire ſtudent, quam attenuandis ciuium ſuiſque augendis opibus: quum iuſtitia & æquitas maxime reddant diuturnum imperium. *Plut. in Lacon.*

*Agis* à quodam interrogatus, quod diſciplinæ genus potiſſimũ exercitaretur apud Spartanos? Scire, imperare, & ferre imperium, *ibidem.*

*Idem,* Apud Mantinæam quibuſdam diſſudentibus, ne cum aduerſariis quod numero plures eſſent, confligeret Agis ſenior: Cum multis, inquit, pugnet oportet, qui multis vult imperare. *ibidem.*

*Ageſilaus* interrogatus, quas res Imperatorem habere oporteat? dixit: Aduerſus hoſtes audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, in opportunitate vero rationem & conſilium. *Stob. ſerm. 53.*

*Cyrus* dicebat, neminem debere ſuſcipere principatum, niſi eſſet melior his in quos ſuſciperet imperium: Senſit vir prudentiſſimus, hoc eſt principis munus, vt aliis proſpiciat, & publicis commodis conſulat. Id autem fieri nequaquam poteſt, niſi ab eo qui ſapientia, vigilantia, animique integritate cæteris antecellit. *Plutarch. in apoph.*

*Idem* dicere ſolebat, principem non debere inferiorem eſſe intelligendo quæ opus ſunt cæteris. *Xenophon in lib. ſeptimo, Pædia Cyri.*

*Cato,* Quum Eumenes rex Romam veniſſet, & à ſenatu honorifice exceptus, clariſſimorum ciuium fre
tus: Cato non diſſimulabat, tantum Romanorum
dium ſibi ſuſpectum eſſe, ipſe vitans regis con
quibuſdam admirantibus, ac dicentibus Eumene
probum, ac amico in populum Romanum animo:
inquit: attamen illa belua natura ferox canis eſt. S
reges, vtcunque pro tempore ſimulent, natura ty
Democratiæ infenſos. Romæ autem regis nome
mum, *Eraſm. l. 5. apoph.*

*Antiochus* quum à L. Scipione vltra Taurum m
tis imperii finibus, Aſiam prouinciam, vicinaſque
ſiſſet, gratias egit populo Romano, quod magna p
per eos liberatus eſſet. Intellexit vir prudens, vn
mum, quamuis vigililantem, non poſſe tot neg
*Eraſ. l. 5. apoph.*

*Antigonus* videns filium ſuum violentius & imm
rere erga ſubditos: An non, inquit, nouiſti fili, noſ
ſe nobilem ſeruitutem? Atque hæc Antigoni verba,
alloquutus eſt, maximam manſuetudinem & huma
ferunt: qui id non approbat, is vere mihi videtur ne
que ciuem noſſe, ſed tyrannicam vitam potius agere.
*var. hiſt. ex Plut.*

*Scipio Africanus,* quibuſdam calumniantibus, quod
nuus bellator eſſet: Imperatorem, inquit, me mater,
rem genuit. Significans in Imperatore plus habere mo
tiam ac prudentiam in conſiliis, quam vires in prælio,

*M. Cato* Seniorem Imperatorem laude dignum,
extollendum putauit, qui ſibi ipſi imperare poſſet,

*Cicero,* in ſummo imperatore belliq; duce qu
ineſſe dicebat, Scientiam rei militaris, virtutem,
felicitatem. *Cic. in orat. pro Pompeio.*

*Alexander Seuerus.* Ouinius Camillus, antiqu
tor, homo delicatiſſimus, rebellionem moliebatur,
affectans. Id quum Alexandro renunciatum eſſet,
batum, ad palatium vocato gratias egit, quod Re
quæ bonis viris recuſantibus imponi ſolet, ſponte
ad ſenatum proceſſit, ac tanti ſceleris conſ
conſortem imperii appellauit, in palatium rec
imperialibus, & melioribus, quam vtebatur ipſe,
fectionis comitem adhibuit. Cumque Imperator
faceret, inuitauit & Ouinium deliciis aſſuetum ad l
poſt quinque millia paſſuum cunctantem equo
Quumque poſt duas manſiones equo etiam fatig
pento impoſuit. Hoc quoque reſpuentem ac imp
borſim recuſantem, deniq; & mori paratum dimiſit,
quibus Cæſar præcipue diligebatur, commendatum,
tuto abire iuſſit. Sic illi commonſtrauit quid eſſet
um, *Lampridius.*

*Saturninus,* hortantibus militibus, vt imperium
Neſcitis ô milites, quantum mali ſit imperare: g
bus immineant, haſtæ vndique, ſpicula, ipſi cu
ipſi comites formidantur non ciuibus pro volunta
auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro
*lib. 3. c. 11.*

*Auguſtus Cæſar,* poſtquam Iulio auunculo cr
tu interfecto ſucceſſiſſet in adminiſtratione Imp
quam placeret Accia matri Philippoque vitrico,
uidioſæ fortunæ Cæſaris, reſpondit: Nefas eſſe,
Cæſari dignus eſſet viſus, ſemetipſum videri ind
temnens humana conſilia, & cum periculo potiu
tuto humilia ſequi propoſuit, *Velleius Paterculus*
*Conſulibus.*

*Mecœnas.* Auguſti temporibus quum eſſet co
perio iterum abrogando, in ea deliberatione
cœnas; quid ſibi videretur? reſpondebat: Regnum
time recuperatum in primis conducere rerum m
dicto conſulebat, iuſtius eſſe vt imperium depon
Rempublicam reſtitueret in ſtatum priſtinum.
*Auguſto.*

*Auguſtus Cæſ.* admonebat Romanos, vt Remp
rentiis, qui vſu & experientia rerum plurimum po
finerent vllo tempore pendere ex cuiuſquam vo
in regni cupiditatem veniret, aut mortuo eo Reſp
tur, *idem.*

*Idem* conſulebat præterea, vt contenti rebus pr
re & dilatare Imperium nollent: quod futurum eſſet,
tur difficilius, immineretq; periculum, ne ea quæ
amitterentur, *idem.*

*Fronto.* Cum ſub Nerua Cocceio, Romæ impr
omnibus leuiſſimas ob cauſas accuſarentur, a
tumultus exortus eſſet, Frontonem conſulem d
lum quidem eſſe Imperatorem habere, ſub quo
quam facere: ſed multo peius eſſe, cum omn
*Xiphilinus in vita Neruæ, & Fulgoſ. lib. 2. c.*

*Domitianus,* paucis notum eſſe dicere ſolebat,
ærumnoſa ſit imperantium conditio, qui à tyra

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…rum demum liberantur, cum diem iam extremum claudunt. …in Domitiano.

…Diocletianus adhuc priuatus dicere ſolebat, nihil eſſe difficilius …m bene imperare: Id Flauius Vopiſcus in Aureliano tradit ſe …diſſe à patre ſuo, & dedit cauſam: Colligunt, inquit, ſe quatu…r quinque, ſimul conſilium ad decipiendum Imperatorem ca…, dicunt, quid probandum ſit. Imperator qui domi clauſus eſt, …non nouit cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur: fa…dices, quos fieri non oportet: amouet à Reipublica, quos de…r retinere. Ita bonus, cautus, optimus venditur Imperator. At …s ad Imperatoris titulum ſatis eſſe putat naſci, aut eligi: naſci …q; eligi emptis ſuffragiis, ac ſolennibus ceremoniis confir…. *…n Vopiſcus.*

*…ertinax*, cum poſſeſſionibus Imperatoriis nomen ſuum inſcri…hibuiſſet, dicere ſolebat, illas nequaquam imperantium pro…, ſed communes Romanorum, & publicas eſſe. *Hierodianus.*

*…raianus* iuſtitiæ & æquitatis amantiſſimus, talem Imqeratorẽ …s & ciuibus ſe eſſe dicebat, qualem ſibi ipſe Imperatorem …tus optaſſet. *Ioan. Langus in Nicephori annotationibus.*

…m aliquando in conuiuio propoſuit amicis, vt decem nomi…, quibus crederent rerum ſummam recte delegari poſſe. …illi ſilerent: Decem, inquit, à vobis poſco, ego vnicum habeo …anum. Solum illum Imperio dignum iudicans. *Dion. Caſ-*

*…em* Licinio Suræ (quem quidam vt Cæſaris inſidiatorem indi…erunt) gladium nudum porrexit, atque: Accipe dixit, gladium, …pro me, ſi bene, atq; cum ratione imperauero, diſtringes: ſin …ſeo ad interitum vtere. *Dion. Nicæus atque Xiphilinus in Tra…o. Plin. in Panegyrico, & Niceph. lib. 3. cap. 23.*

*Valentinianus* ſolicitatus à militibus, vt ſibi imperii ſocium de…ret: Veſtrum quidem (inquit) fuit, vt priuatum me ad imperia…ſcenderetis dignitatem: res autem adminiſtrare, non iam veſtri, …ncipis ipſius arbitrii eſſe, vos ipſi quoq; dixeritis. Itaq; vos de… imperata facere, & quietos eſſe: me autem, quid facto opus …are decet *Niceph. Caliſt. 11. cap. primo. Eccl. hiſt.*

*…ninus Pius* reprehenſus, quod nonnullos accuſatos abſolue…ſpondit, Principatum non à pœnis aut ſuppliciis, ſed a man…dine potius auſpicandum eſſe. *Dion. Nicæus, & Xiphilinus in …ius vita.*

*M. Antoninus Verus* dicere ſolitus erat, Neq; pecuniæ vim tyran…nam explere poſſe: aut ſtipantia ſatellitum agmina tueri …em, niſi ipſi quos regit, animum imperanti beneuolentiam …ommodent. Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui …rum ex crudelitate, ſed amorem ex bonitate ciuium ſuorũ …inſtillant. Neq; enim quos ſæuire neceſſitas coegit, ſed quos …perare ſua quæque voluntas adegit, ii ſunt in agendo patien… a ſuſpicione omni aſſentationeque vacui: nunquamque im… detrectant, niſi violenter coutumelioſeque ſint habiti. *Hero…nus li. 1.*

*…uſtus Quintillus.* Iulianus cum ſenatum Romanorum roga…t virgines Veſtales & cæteri ſacerdotes cum ſenatu obuiam ex…m Seueri prodirent, prætentis infulis Fauſtus Quintillus con…s augur contradixit aſſerens, non debere imperare eum, qui ar… aduerſario non poſſet reſiſtere. *Spartianus in Iuliano, & Cuſpi…nus in Conſulibus.*

*…inianus*, cum poſt Iulianum apoſtatam, qui aliquod Chriſtia…rum millia interfecerat, ad Imperium raperetur, clamabat, Nolle …fidelibus imperare, cum ipſe eſſet Chriſtianus. Cui reſponſum … militibus omnibus, ſeſe quoque Chriſti fidei eſſe obnoxios. *…s in Coſſ.*

*…ſcennius Niger*, rogatus, quid ſentiret de Scipionibus? Reſpon…, hos ſibi videri felices magis quam fortes: quod vterque domi …utem parum ſancte tranſegerat. Sentiens, imperatorem per … vitam in Reipublicæ negotiis verſari debere, nec à domeſti… ad Imperium accerſiti. *Spartianus.*

…ho ſæpenumero dicere ſolebat ad ſuos: Neſcitis amici, quid ſit, …norum gubernare Imperium: mihi credite iam experto, qui … mori malo, quam imperare. *Suet.*

*…giſmundus* rogatus, Quem virum regno dignum aptumque …aret? Eum, inquit, quem neque ſecundæ res extollerent, ne… aduerſitatæ deprimerent. *Æneas Sylu. li. 4. comment. de reb. geſt. Al… regni.*

…bus Regnandi artis imperium eſſe dicebat, qui ſimulare ne…. Innuit autem multa regibus ſimulanda multa diſſimulanda …, quo ſuos in debito officio retineant, extra omne vitæ periculũ. *Æneas Syluius lib. 1. commentariorum de reb. geſtis Alphonſi.*

*Æneas Syluius* Principes priuatis hominibus multo meliores fo…dicere ſolebat, ſi reges electione, & non ſucceſſione fierent. Im…ant vir clariſſimus ſucceſſionem regum, quam vſus haud vbi… melior ſecutus, recepit. Regem enim naſci nihil magni eſt. Ad … dignum ſe præſtitiſſe, maximum eſt. *Æneas. Sylu. li. 4. com… de rebus geſtas Alphonſi.*

*Alphonſus* ſæpenumero peroptare ſolebat, vt popularium ſuorũ …ſquisq; rex extitiſſet, quo demum illi, vtpote experti, cognoſce… principum occupationes & curas. Hoc vnico forſan modo fie… deſinerent moleſti & importuni eſſe. Notabat autem, quã difficile eſſet imperare, cum tam diuerſa ſint hominum ingenia; diuerſi mores, quibus principes ſe accommodare neceſſe habent. *Pan. l. 3. de reb. geſt. Alphonſ.*

*Idem*, Magnum quidem eſſe dicebat, aduerſus hoſtem ducem eſſe: ſed illud maximum, ad omnem virtutem ciuibus ducem eſſe. *Panorm. li. 4. de Alphonſ. reb. geſtis.*

*Eundem affirmare* ſolitum accepimus, ſi nullum omnino aliud regnum, nullam prouinciam præter Calabriam aut haberet, aut habiturus eſſet, illam protinus ſe relicturum priuatumque & ciuem viuere potius velle quam illorum, qui nihil hominis habent præter figuram, ineptias tolerare, quamuis dominum aut regem. Hoc autem dicto oſtendere voluit, quam graue ſit imperare iis, qui omni humano ingenio exuti, nil norunt aliud, quam luxuriantes, ferarũ more, in omni vitiorum ſorde ſe inuolere. *Pan. l. 1. de rebus geſt. Alphonſ.*

## ¶ Similitudines.

*Philonis Iudæi:* Quemadmodum capris, bobus, ouibus, præeſſe ſunt caprarii, bubulci, paſtoreſque, greges autem non poſſunt præeſſe opilionibus: Sic & vulgus pecori haud abſimile, opus habet curatore principe, qui ordo eſt bonorum virorum, præfectorum ſuis gregibus, *Lib. quod omnis probus ſit liber.*

*Plutarchi*: Vt ex igni & terra veluti neceſſariis, compoſitus eſt mundus, iuxta Platonem terra ſoliditatem conferente, igni calorem ac formam: Ita magna imperia non parantur, niſi miſceatur cum fortuna virtus, altera alteri ſit auxilio. *In Moralibus.*

*Vt non queas* cognoſcere, vas integrum ſit nec ne, niſi liquorem infuderis: Sic nec hominem, niſi imperium commiſeris. *In Moralibus.*

*Qui venantur* beſtias, induunt exuuium cerui: qui aucupantur aues, plumatis vtuntur tunicis; cauentq; ne tauris appareant in veſte purpurea, rubra: aut alba elephantis quod hoc colore irritentur: Sic qui velit feram nationem cicurare, domareque, morib. ac veſtitu ſemet illi ad tempus accommodet, neceſſum eſt. *In Moral.*

*Vt mundus* non erat mundus, minutioribus corporibus adhuc ſparſim volantibus & elabentibus: ſolidioribus vero inter ſe depugnantibus: ſed tempeſtatis, erroris, tumultus plena erant omnia: donec terra ex his accepta magnitudine, ſeipſam figeret, aliiſq; ſtabilem præberet ſedem: Sic magna imperia, plena tumultus, donec aucta potentia, etiam finitimis regibus ſtabilitatem præſtat, vt terra cęteris circumferentibus ſeſe. *In Moral.*

*Ciceronis*: Non quemadmodum in palæſtra, qui tædas ardentes accipit, celerior eſt in curſu continuo, quam ille qui tradit: Ita melior imperator nouus qui accipit exercitum, quam ille qui decedit: propterea quod defatigatus curſor integro facem, hic imperator imperito exercitum tradit. *Lib. 4. ad Heren.*

*Lactantii*: Si ſunt multi dum habent ſinguli poteſtatis aliquid, ac numinis, ſumma ipſa decreſcit: nec poterunt ſinguli habere totum, quod eſt commune cum pluribus: vnicuique tantum deerit, quantum cæteri poſſidebunt. Non poſſunt igitur in hoc mundo multi eſſe rectores: nec in vna domo multi domini: nec in vna naui multi gubernatores: nec in armento aut grege duces multi: nec in vno regimine multi reges. Sed nec in cœlo quidem multi ſoles eſſe poterunt: ſicut nec animæ plures in vno corpore: adeo in vnitate natura vniuerſa conſentit. *De ira Dei ca.* 11.

*Eraſmi Roterodami*: Agrippæ qui vocantur, quoniam præpoſtere naſcuntur, hoc eſt, pedibus primum emergentibus, malis auſpiciis in vitam ingredi creduntur, magnoq; humani generis malo: vt Marcus Agrippa, & Nero: Ita qui per nefas ac ſimoniam irrumpũt in Imperium aut Epiſcopatum (vt vocant) magnam peſtem adducunt ſibi ſuiſq;. *In Similib.*

*Vt non debet* ſumere citharam, qui canendi ſit imperitus: Ita non debet imperium ſumere, qui non ſit prudentia præditus. *ibidem.*

*Vt magnes* ad ſe trahit omne ferrum, ſed AEthiopicus magnetẽ quoq; alium ad ſe rapit. Ita rex populum quo lubet, cogit, At ingens aliquis rex etiam regibus cæteris vim fecit. *in Simil.*

## ¶ Hieroglyphica.

AEgyptii ſacerdotes, ſi vellent Imperatorem aut potentiſſimum quempiam Regem per inſtitutas ab eis imagines indicare; *Anguem in ſpiram collectum* faciebant, palatii cuiuſdam ſpecie in voluminũ medio ſtatuta. Siquidem domus regia in imperii totius centro ſita eſſe debet: vt omnium æque commodis conſulatur.

Quidam hominem regni potitum hieroglyphice ita deſcribunt: vt eum *manu ſerpentem comprimere indicent*, cuiuſmodi ſimulacrum eſt in numo Aurelii Cæſ. Auguſt. Pii filii. *Pier Valer. libr. 15. pag. 177.*

*Aquilam* Imperatoriæ quoq; maieſtatis hieroglyphicum eſſe, pluribus oſtendit. *idem lib.19.pag.177.*

*Vide, Princeps, Rex, Regnum.*

# Imperitia.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Terent. in Adel.

*Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius,*
*Qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.*

Heraclitus.

*Imperitiam celare melius eſt, quam in medium proferre.*

Fauſtus.

*Icturus nullum centeno verbere legem*
*Non legum eſt doctor, vane, quid ergo? dolor.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Imperitia ignorantia eſt quæ neſcit id quod ſcire putat. *Plat. in ſophiſta* Imperitia eſt falli rebus. *in Euthydem* Imperitiæ ſignũ maius eſt diſſentire à ſapientibus. *De mendacio.*

Imperitia eſt habere falſam opinionem & de rebus quantiuis pretii falſum eſſe. *In Protag.*

Imperitia nil aliud eſt quam cum homo ſciat iucundum bonum eſſe & ſciens alia meliora non eſſe, illa facit, cum meliora facere poſſit, neque inferiorem ſeipſo eſſe, & ſi ſuperiorem ſeipſo nil aliud quam ſapientia. *ibid.*

Imperitiam ſuam vnuſquiſque ſapientiam putat: vnde cum nihil, vt ita dicam, ſciamus, omnia nos ſcire putamus: quum autem aliis facere non permittamus quæ ipſi neſcimus, ipſi facientes peccare cogimur: quapropter nimium ſui amorem quemuis hominẽ fugere oportet. *idem.*

Solent homines imperiti erga hos quorum opera indigent manſuetudine vti, vel ſi longo ſint interuallo inferiores: aliis vero aditu ſe difficiles præbere, quorum miniſterio non opus habent, *Procop. de bello Goth, li.1.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates*, intuitus adoleſcentulum diuitem ac imperitum: En, inquit, aureum mancipium: *Stob. ſerm. 4.*

*Idem.* Vt Proteus formam, ita imperitus (inquit) animum vbiq; mutat & variat, *Eod. ſerm.*

*Idem* dicebat imperitos in rebus errare, quemadmodum peregrini in viis. *Eod. ſerm.*

¶ ADAGIA.

Dulce bellum inexpertis. γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.

*Vegetius de re militari lib.3.c.12. Nec confidas, inquit, ſatis, ſi tyro prælium concupiſcat: inexperto enim dulcis eſt pugna. Docet adagium, multa eſſe, quæ quantum diſcriminis ac malorum habebant, non intelligas, niſi facto periculo.*

Pedum viſa eſt via. τῶν ποδῶν ἰώρατο ὁδός.

*De negotio, cuius aliquando periculum feceris.*

Operarii.

*Marc. Tullius li.1. de Oratore primo, non abſq; prouerbii ſpecie operarios appellat, qui citra philoſophiæ cognitionem cauſas agunt. Transferri poterit ad concionatores, qui quod parum exercitati ſunt in ſacris literis, è collectaneis diſcant quod apud populum multo clamore, multaque corporis iactatione detonent. Aut qui in templis ingenti boatu canunt intellecta: non concionatores, ſed operarii, non cantores, ſed operarii.*

¶ FABVLA.

Mus.

Mus natus & educatus intra ciſtam refertam nucibus, forte delatus in pauimentum, dum in ſuam domunculam redire properat & circum illam aſſultat, attingit hunc odor ſuauiſſimus ciborum, qui eſſent in propinquo de reliquis agitati conuiuii repoſiti, quib guſtatis: Hæc, inquit, vt video, iucundior vita futura eſt illa, quam intra ciſtam vixi.

Fabula imperitos notat, qui nunquam ſuum oppidulum egreſſi, illius vitam & mores optimos, & laudatiſſimos eſſe ſtatuunt.

*Vide, Ars, Scientia.*

# Impetus.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

IMpetus alius in corpus fit, eorum qui præſunt: alius in imperium. *lib.5. de Republ. c.16.*

Alii impetus contemptione fiunt, quemadmodum fecit in Sardana palum quidam, cum eum inter mulieres manentem animaduertiſſet, ſi modo fabulis credendum eſt. *ibid.*

Contemptio eos potiſſimum ad impetus faciendos impellit, qui natura audaces, laude & gloria rerum bellicarum valent apud eos, qui ſoli imperant. Fortitudo enim vi freta, audaciæ traq; ſperantes ſe facile ſuperiores fore, imperium [illegible] *publica, c.10.*

Cum cauſæ duæ ſint, quæ homines ad imperium [illegible] rannos impellant, odium & condemptio: alterum [illegible] rannis ineſſe debet, odium: ex contemptu autem [illegible] euerſiones. *Ibid.*

Acres impetus cunctatione langueſcunt, aut [illegible] tantur. *Tacit. Annal. l.12.*

Grauiſſima bella, quę initio vehementes repentinos [illegible] habent, prudenti aduerſariorum cunctatione [illegible] ſpacio elangueſcunt. *P. Ionius hiſt. l.17.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Impetus Heroici *exempla*: In Samſone, *Iudic.* [illegible] *muel.11.v.6.7.&c.* Ionata & armigero eius, [illegible] 50. Amaſia, 1. *Paral.12.18.* Zacharia, 2. *Paral.24.20.*

¶ EMBLEMA.

Inanis impetus.

Emblema CLXIV. And. Alciati.

*Lunarem noctu vt ſpeculum, canis inſpicit orbem,*
*Seq; videns, alium credit ineſſe canem,*
*Et latrat: ſed fruſtra agitur vox irrita ventis,*
*Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.*

# Impietas, Impii.

DEFINITIO ET ETYMOL[OGIA].

IMpietas, Scelus, iniuſtitia aduerſus Deum, parentes [illegible] micos. Græc. ἀθεότης, ἀσέβεια, ἀνοσιουργία. Hebr. [illegible] tas, improbitas, *Pſ.48.20.1.Sam.24.14.Eze.3.19.* [illegible] 11. 5. & 13.6. & *Reſchahhath.2.Chron.24.7.* à verbo [illegible] us, fuit improbus fuit. Cognationem habet cum [illegible] motus eſt. Nam impii ſubito commouentur & ſunt [illegible] atque illorum animi ſemper trepidant, iuxta illud *Eſa.* [illegible] pax impiis. Et cum *Haſchar*, diues fuit. Impii enim [illegible] opes quibus confidunt.

Impietas vero alia eſt in Deum, nempe Atheiſmus [illegible] impuritas: Alia in patriam & parentes, quæ ingratitudo [illegible] deſertio, irreuerentia dicitur: alia in amicos, cuius etiam [illegible] na varia ſunt, ad ingratitudinem & iniuſtitiam in genere [illegible] ſpecie vitia, quæ ſanctiones poſterioris tabulæ decalogi [illegible] referenda.

¶ BIBLICI LOCI.

Impietas abneganda eſt, *Tit.2.12*, omnes homines [illegible] tura ſunt impii & filii iræ, *Epheſ.2.3.13.* tunc impium [illegible] tur Deus, cum homines Chriſti ſui cognitione regenerat [illegible] & Chriſtus pro impiis mortuus, 5.6.

Impii in manu Dei ſunt, 2. *Reg.19.v.28.* Impii [illegible] *Prouerb.29, v.8.* Impii Satanæ inſtrumenta, 2. *Cor.* [illegible] *Theſ.2.18.* quo pane veſcantur, *Prouerb.4.v.17.* [illegible] *Matth.23.v.41.*

Impii conferuntur adulterino argento, *Ierem.6.* [illegible] *Pſal.22.v.13.17.Eſa.56.v.10.Matth.7.v.6.* Ceræ fluenti [illegible] Flammæ montes comburenti, *Pſal. 83.v.15.* fœno, [illegible] v.20. & 68.2. *Eſa.14.v.31.* & 65.5. fœno, 2. *Reg.19.26.* [illegible] 8. *Eſa. 37.27.* Leonibus & leænis, *Iob 4.v.10.11.* [illegible] 58.7.2. *Tim.4.17*, Lupis, 4. *Eſdr. 5.18. Ier.5.6. Ezech.22.27.* [illegible] & 10.19. Mari feruenti, *Eſa.57.v.20.* myricæ ſterili, *Ierem.* [illegible] is, *Matth.3.12. Luc.3.17. Pſ.1.4.* Porcis. *Matth.7.6.* [illegible] 1.v.4. & 18.v.43. & 35.v.5. *Eſa.47.v.14. Ierem.13.24.* [illegible] 1.v.10. Rotæ, *Pſal.83.v.14. Spinis, 2.Sam.23.6.* Stipulæ [illegible] malæ, *Hebr.6.v.8.* Tauris, *Pſal.22.v.13. Eſa.34.7. Ier.* [illegible] *Matt.13.ver.38.*

Impii Deo abominabiles, *Exod.23.v.7. Pſal.* [illegible] & 34.17. & 94.20. & 119.118. *Prou.17.15.* à ſalute alieni, [illegible] 119.155. *Eſa.3.10.* admonendi & ſerio arguendi, *Prouerb.* [illegible] v.4. *Ierem.20.v.4. Ezech.3.17.* & 33. *verſ.9.&c.* [illegible] Exitio deſtinati, *Iob.21.v.30.2.Sam.23.6. Prouer.* [illegible] *Zach.11.6. Ro.9.v.22.* à Satana excœcati, 2. *Cor.4.4.* [illegible] & 1.39.v.21.22. *Prou.29.27.* appellantur filii Diaboli, *Io*[illegible] *an.8,44,1.Ioan.38*, filii diffidentiæ & contumaces, *Epheſ.* [illegible] *Col.3.6.* in ſpeciem felices & beati. *Pſal.73.3.* Hoſtes Dei [illegible] 47.10, & 83, & 89, 52. Chriſto ignoti, *Matth.7.23.* & [illegible]

…illaqueati à Satana, 2, *Tim.* 2.26. non imitandi, *Prouer.* 23.17. …Immiſericordes, *Prouer.* 21.10. *Roman.* 1.31. Inexcuſabi… 24.19. & 36.15.16. *Pſal.* 36.4. & 78,14. & 78.17. *Eze.* 2.5. *Oſeæ* …*Matth.* 10.18. & 21.19. & 24.14. & 25.45. & 27.25. *Lucæ.* 9.5. & 10. …*Ioann.* 9.41. & 15,21.24. *Actor.* 4.14.16. *Rom.* 1.20. & 10.18.1 …2. *Timoth.* 2.25. *Heb.* 11.7.1. *Petr.* 2.8. & 2. *Petr.* 3.5. Inſatiabi… *Prouerb.* 13. *Verſic.* 25. infructuoſi & inutiles, *Eſa.* 49.5. *Ioan.* 15.4. …8. Iuſtificandi minime, *Prou.* 17.15. & 24.24. & 28.4. *Eſai.*

…metuendi non ſunt, *Ezechiel.* 2.6. & 3.8.9.1. *Petr.* 3.14. Miſe… *Prouerbior.* 3.33. & 12.21. *Eccl.* 6.13.1. *Ioan.* 4.8. mortui, *Coloſſ.* 2.13. …rerum diuinarum, *Pſal.* 92.7. *Ioann.* 5.21. & 18.25.1. *Ioann.* 4.8. …merito, *Pſ.* 52,7.8. *Prou.* 1.26. Rixoſi ſemper, *Prouer.* 16.28. & …Securi nunquam, *Iob* 15.20.21. & 17.11. *Pſ.* 6.11. & 14.5. & 140.4. …*Matth.* 2.3. Securitate torpent, *Prouer.* 21.20. Stulti, *Prou.*

…& peccatores quomodo tractandi. *Exempla.* Adam & Eua, …&c. Cain, *Gen.* 4,6. Sodomæi, *Gen.* 19.11.24. Iſraelitæ, *Exod.* …*Num.* 14.45. & 32,13. Heli, 1. *Sam.* 2.27. &c. Iſraelitæ, 1. *Sam.* 12 …Dauid, 2. *Samuel.* 12.9. & 24.12.13. &c. Salomon, 1. *Regum* 11. 9. 11. …boam, 1. *Re.* 14.10. Baaſa, 1. *Reg.* 16.2.3. Iſraelitæ, 1. *Reg.* 18.21. Achab …21.19. Ochozias, 2. *Reg.* 1.16. Ioram, 2. *Reg.* 3.13. Manaſſe, 2. *Reg.* …Aſa, 2. *Chro.* 16.7.8. Ioſaphat, 2. *Chron.* 19.2. & 20.37, Iudæi, 2. *Chr.* …Ozias, 2. *Chonic.* 26.18. Impii variæ conditionis, *Pſalm.* 75. …&c. *Ierem.* 1.2.4.7. & ſequ. capitibus, *Oſe.* 1.2.4. &c. …frequenter apud Euangeliſtas, & in hiſtoria ſacra Act. Apo…

…traditi in reprobum ſenſum. *Rom.* 1.24. 28. vacant peccatis …*Prouerb.* 4.16. *Eſai.* 29.10. & 30.1. & 57,20. *Matth.* 23.32. …*Epheſ.* 4.19.1. *Theſſal.* 2.16.2. *Timoth.* 3.13.2. *Petr.* 2.14. Vacui …timore Dei, *Pſalm.* 10.4. & 36.2.3. & 55.20. & 74.23. & 86.14.

…verbum Dei ferre non poſſunt. *Exempla* Achab, 1. *Regum* …Principes Iuda, 2. *Chron.* 24,20,21. Phaſſur, *Ierem.* 38,4. A… Sacerdos *Amos* 7.10. Iudæi variorum ordinum, 2, *Chron.* 36, …*Actor.* 4,2.17.18. & 5.17.33, & 7.54. & 13.45.50. & 17.13, …*Actor.* 13.8. Felix, *Actor.* 24.26. Pſeudoprophetæ, 2. *Tim.* 4.3, …potentiſſimo Dei veri induiantur impii, teſte Pharaone, *E*… …Saule, 1. *Sam.* 19.11. Populo Iudaico, *Eſa.* 6,9.10, *Io.*

…pro virili, non pro libidine nocent. *Geneſ.* 27. 41. & 31.27. …& 37.22. 1. *Samuel.* 19.20, 1, *Reg.* 19.2. *Nehem.* 6.16. *Pſalm*, 35. …& 129.2. *Eſai*, 57.29. & 54.16.17. *Daniel*, 8.13. *Matth.* 26. …*Marc.* 6.19.20. & 14.49. *Luc.* 13.32. & 19.48. & 20.19. & 22.53. *Ioan.* …& 8.20. & 10.39. *Actor.* 4.5. 12.14. 17.18. 19.20.21,22.23.24. & 27 …2. *Corinth.* 11.13. Vitiis propriis & ſceleribus irretiti pere… …*Iob* 12,7, *Pſalm* 7.16. & 9.16.17. & 57.7. *Prouerbior.* 5. 22. & …& 12.26. & 22.8. & 26.27. & 29,6. *Eccleſiaſtic.* 10. 8. *Eſaiæ*

…vitia & ſcelera vitiis & peccatis nouis tegere ſtudent. *Ex*… …fratres Ioſeph, *Gen.* 37,32. Herodes, *Act.* 12. 3. Felix, *Act.* 24.28, …vltorem Deum ſentient, *Ier.* 12.3. & 48.44. *Ezech.* 6.12. & 7.15. …& 9.1.2. *Mich.* 6,14.15. Voluntatem Dei neſcii implent. …& 13,27.26.

Impiorum cœcitas, *Eſa.* 5.20, calamitates variæ, *Ier.* 15.3. certamen …Chriſto, *Apoc.* 17.14. conatus irriti & inanes, *Eſa.* 8.10. & 14.27, …in perpetrando ſcelere concordiæ *Exempla* Fili Noe, …Sedechias & Pſeudoprophetæ Achab, 1. *Reg.* 22, *v.* 11.12.12. …*Matt.* 27. *v.* 21,22. *Ioan.* 8.59. *Actor.* 7.57. & 18. *v.* 12,13. Impio… …conditio miſera. *Iob.* 6. *v.* 16.17. & 8. *v.* 11.12. & 11.20. & 15. *v.* 21.22 …& 20, *v.* 5. *Pſ.* 1, *v.* 5.6.23. 10. *Eſ.* 65.14. *Ie*, 22.30. *Oſ.* 10,8. *Amos* 5.9 …6.14. *Soph.* 1.13. *Agg.* 1.6. *Malac.* 1.4. *Eph.* 2. *v.* 2.3.2. *Ti*, 2.26.1. *Pet.* …*Apoc.* 9. *v.* 6.

Impiorum conſilia, *Prouerbior.* 22.1. euertentur, *Iob.* 5.12. & 18.7. …& 21.12.13. *Eſai.* 8.10. & 29.7. & 33.11. *Ierem.* 19.7.2. *Cor.* …Exempla: Saulis 1. *Sam.* 19.1. &c. Achitophelis, 2. *Sam.* 17.14.23, …1. *Regum* 1.49. Inimicorum populi reducis, *Nehem.* 4.15. …*Eſth.* 5.14. & 7.10. Iudæorum, *Ierem.* 19.7. Herodis, *Matt.* …Iudæorum, *Act.* 9.23. &c. Impiorum conſortia fugienda, *Exod.* …*Deuter.* 7,2. *Pſalm* 1.1. & 26.4. & 119.115. & 141. *Prouerb.* 1. *Verſ.* …& 3.31. & 13.20. & 16,19. & 22.24. *Ierem.* 15.17. *Actorum.* 2.40.1. …*v.* 6.9.13.2. *Corinth.* 6. *v.* 14.17. *Epheſ.* 5. *v.* 7.11.2. *Theſſ.* 3. *v.* 6.14. …*Apoc.* 18.4.

Impiorum dolores. *Ierem.* 13.21. & 49.24. & 50,43. *Ezechiel.* 30.16 …1. *Theſſ.* 5.1. domus maledicta, *Iob* 8.22. & 15.34. & 18.15. *Pro*… …& 15.25. feruoris ad malum patrandum, Exempla. *Eſau*, *Gen.* 27.41. Rex Ægypti, *Exo. a cap.* 1. *ad* 14. Saul, 1. *Sam.* 9.9.10. & 20. …Ioab, 1. *Reg.* 2. Baaſa, 1. *Regum* 15.20. Zimri, 1. *Reg.* 16. 6. Achab, …2. *Reg.* 9.8. Samſai & alii, *Eſdr.* 4.23. Principes Sacerdotum & Scribæ, …*Ioan.* 11.47, aduerſarii Pauli, *Act.* 23.10. Impiorum fœde… …fugienda, *Exod.* 34.12. *Iudic.* 2.2.2. *Chr.* 16.7. & 18.31. & 29.37. *Nehe.*

Impiorum gaudium, *Prouerb.* 2.14. & 14.13. & 17.5. & 24.17. *Eſd.* …& 22,13. *Ierem.* 7.32. & 16.9. & 25.10. & 20.23. *Daniel*, 5.4. &c. …*Oſe.* 2.11. *Amos* 6.13. & 8.10. *Luc.* 6.25. Gaudium impiorum, *Exempla:* …*Exod.* 32,6. Idumæi, *Pſal.* 137.7. Ammonitæ, *Ezechiel*, 25. 1,

Tyrii, *Ezechiel.* 26. 1. Sacerdotes & Magiſtratus templi, *Marc.* 14.11. *Luc.* 22.5. Herodes, *Luc.* 23.8. peccatores, *Iacob.* 4. 16. Terræ incolæ, *Apoc.* 11.10. Impiorum gloria vana, *Pſa.* 49.15. *Eſ.* 19.11. *Ier.* 50.38. *Rom.* 1.21. *Iac.* 4,16.

Impiorum ignominia. *Ierem.* 13.26. & 23.40. iniquitas detegenda, & ſpeciatim enumerata, *Iob* 20,27. & 64. 2.3. vſque ad 18. *verſicul.*

Impiorum interitus, innumeris fere ſacrorum Bibliorum locis deſcriptus, ex quibus aliquot ſequuntur, *Deuter.* 32.35. *Iob.* 18. 14. & 21.30. *Pſalm.* 1.11,21.28.34.36.37.83.91.92.94.140.141.145. *Prouerbior.* 1,2.5.6.10.11.22.29. *capitib.* *Eſai.* 1.3.5.10.11.13.16.17.22.24.26.27.30.34.35,41.47.50.51.63.65. & 66. *capitul.* *Ierem.* 5.12.17.19.24.25.51. *capitul.* *Ezechiel.* 22. 20. & 23. 34. *Oſe.* 5. 14. & 13.8. *Ioel.* 3.4. *Amos* 8.14. *Sophon.* 1.3.18. *Zachar.* 1.21. *Matth.* 3.7.13.21.22.23.24. *capitul.* *Marc.* 12. 36. *Luc.* 3. 13. 17. 18. 19. 20. 21. *capitul.* *Ioann.* 3.18, & 15.6. *Actor.* 2.2.35. & 7.7, *Roman.* 12. *Corinth.* 15.25. *Philipp.* 1.1.28.1.1. *Theſſal.* 5,3.2. *Theſſal.* 1. 6.8,9. *Hebræor.* 1.13. & 10.13.27.1. *Petr.* 3. 12. & 4. 5.17.2. *Petr.* 2.1.3.12,17. & 3.7. *Apocal.* 2.11.18.2 . 21. *cap.* Impiorum interitus confertur conuiuio, *Apocal.* 19.17. partui, 1. *Theſſal.* 5. 3. Sacrificio, *Eſai.* 34.6, *Ierem.* 12. 3. & 51.40. Spinarum abſciſſioni, 2. *Sam.* 23.6.7. Vberrimæ Meſſi, *Apocal.* 14. 16. Vide circa finem huius tituli, Impiorum interitus & pœnæ *Exempla.* Impiorum de Deo iudicium, *Pſalm.* 50.21. iudicium nihil æſtimandum, 1. *Pet.* 4.4.

Impiorum laus breuis. *Iob.* 20. 5. Licentiæ immanis aduerſus pios *Exempla* Ægyptii. *Exod.* 1.13. Sedechias, 1. *Regum.* 22.24. Achab *ibid.* *v.* 27. Ioas, 2. *Chron.* 24.21.22. Principes & Ierias, *Ierem.* 14,15. & 32.4.3. Pontificis ſeruulus, *Ioan.* 18.22. Pontifices & Phariſæi, *Actor.* 5. 40. Ananias, 23.2. Lingua, *Pſalm.* 52.4. & 57.5. & 64.4. & 120. 4. & 140.4.

Impiorum maledictiones benedictiones. Exempla: Balac & Balaam. *Num.* 23.11. *Ioſ.* 24,10. Dauidis hoſtes, *Pſalm.* 109,18. Apoſtolorum aduerſarii, *Matth.* 5.11. Memoria abolebitur, *Deu.* 29.20. & 32.36. Iob. 18.17. & 24.20. *Pſal.* 9.6. & 34.17. & 109.15. *Prou.* 10. & 12.7, *Eſa.* 26.14. & 41.12. *Apocal.* 18.21. Merces, *Eſai.* 45.24. *Oſe* 10. 13. *illo* *illo libro.* *Matth.* 27.23.24. *Ioann.* 7.52. *Actorum* 21.27.34.36. & 22. 22. Multitudo, *Geneſis* 6.17. & 18.31. & 37.21.26. *Numeror.* 13.29.31.32, & 14.29.30. 2. *Samuel.* 15.2. *Regum* 12.30. & 20.10. *Ierem.* 44.15. *Mich.* 7. 2, *Matth.* 7.13. & 25, 41, *Ioann.* 18,40. *Actor*, 28.22. *Phil.* 3.17.2. *Thren.* 12.

Impiorum nomen execrabile, *Eſai*, 65.15. Impiorum nota *Ioan.* 8.47. Opera coram Deo ſunt abominabilia, *Agg.* 2, 15. corrupta, *Eſa.* 59.6. *Prouer.* 11. 18. peccata impiorum coram Deo aſcendunt, *Geneſ.* 4.10. & 6. 13. & 17.20. *Ion.* 1. 2. Preces impiorum Deo abominabiles, 1, *Sam.* 8.18, *Iob* 27.9. *Pſal.* 18.42. & 109,7. *Prouerb.* 1.28 & 15.29. & 28.9. *Eſai.* 1.15, *Ierem.* 11. 11. *Ezechiel.* 8. 18. *Mich.* 3. 4. *Zachar.* 7, 13. *Matth.* 6.5. & 23,14, *Luc.* 18. 11. 14. *Ioan.* 9.31. *Iacob.* 4.2.3.

Impiorum proſperitas, *Iob.* 10.3. & 21,7, 20, *Pſalm.* 73.2.3,8, & 92, 8. *Ierem.* 12, 1. *Abac.* 1.13. bonos rapit in admirationem, *Iob.* 21. 7. 13. *Pſalm.* 73.2, *Eccl.* 6,16, *Malach.* 3.15. fluxa eſt & momentanea, 2, *Samuel*, 30,16.17, *Iob* 15,17. *Iob* 15.27.28. & 21.7. & 24. 24. *Pſalm* 37, 2. & 49.7, & 73,17.18.20, fluxæ iſtius proſperitatis exempla: ciues Lais, *Iudic.* 18. 7, Amalecitæ, 1. *Sam.* 30.16, Aman, *Eſth.* 5.11, & 7.10, *Dan* 4.28. Optimates Iſraelis, *Amos* 6, 1, &c. Diues epulo, *Luc.* 16.22. Impiorum proſperitas pios tentat. *Pſalm.* 73. *Verſicul.* 2.3.11.12, 13. huic non inuidendum, *Pſalm* 37, 1. Impiorum prudentia, *Luca* 16.8.

Impiorum punitio, diſperſio & euerſio ſubita, improuiſa, terribilis, *Geneſ.* 7, 21, 22, & 11. 8. & 19,24, & 34,25, *Exod.* 14,24, *Leuitic.* 10.2. *Numer.* 11.33, & 16.31. *Ioſu.* 10.9. & 11.7, *Iudic.* 4.20. & 7-12, & 8.11 & 15,15, & 16,20, & 20.35,44,45.1, *Samuel.* 30. 16.2. *Samuel* 13,28, 1, *Regum*, 16,2.3, & 18,4, & 20.13.19. *Iob* 4.5.8,16,18,20.27, 36. *capitibus* *Pſalm*, 1. 5. & 37,1. &c. *Prouerb.* 1, 27, & 6, 15, & 10, 25, & 12. *Eſai*, 5. 24, & 47. *Ierem.* 15.8, *Daniel* 5, 30, *Matth.* 24.38. *Luc.* 12, 20, 46. & 16.25, 35 & 17, 27, 29, 1. *Theſſal.* 5.3. Impiorum punitio piis eſt ad timorem & cautionem, *Deuteronom.* 13. 11, & 17. 18. & 19, 20. & 21, 21, *Prouerbiorum* 19. 25. & 21,11. *Actorum.* 5. 11. 1. *Timoth.* 5.20.

Impiorum Sacrificia Deus reſpuit & abominabitur, *Geneſ.* 4, 5, *Numer.* 16, 15, 1, *Samuel* 15, 22, *Eſai.* 59,9, *Proue.* 15, 8, & 21, 28, *Eſa.* 1, 11, & 43, 23, & 61.8, & 66, 3. *Ieremiæ* 9, 20 & 7, 20 & 14, 12, *Oſe.* 5, 6 & 8, 13 & 9, 4 *Amos* 5, 21, 22 *Mich.* 7, *Malach.* 1, 7, &c. 2, 13 *Matth.* 5, 23 & 9, 13 & 12, 7 *Hebr.* 10, 5, Securitas vana, *Ierem*, 5, 12 & 21, 13, *Mich.* 3. 11. *Matth.* 24, 38 & 28, 14, *Luc.* 12.19 & 17, 27, 28 *Epheſ.* 4. 19, 1, *Theſſal.* 5, 3. 4. *Hebr.* 13.16, 17, 1, *Petr.* 4, 18. *Apocalyp.* 18, 7 Semen maledictum 2. *Regum* 5, 27 *Iob* 5, 4 & 18, 19 & 20. 10 & 24, 24, 14 *Oſe* 37, 28 & 109, 8, &c.

Impiorum ſeminis maledicti, *Exempla*, Ieroboam, 1. *Reg.* 15.29 Giezi, 2, *Reg.* 5, 27 Amanis, *Eſth.* 9.7. &c. Domus Achabi, 2. *Chron.* 18,54, 1. *Reg.* 21, 22, 2 *Regum* 10, 11, 17 Nebucadnezaris *Eſai* 14, 19, 20, 2, Ioiakim, *Ierem.* 22, 28, Semaiæ, *Ierem.* 29.32. Accuſatorum Danielis, *Dan.* 6. 24 Iſraelitarum, *Oſe.* 2, 4 &c. Impiorum ſpecies variæ, *Eſa.* 66, 17, Spes fallax & vana, *Iob* 8, 13, 14, & 11, 20 & 18, 14. *Pſalm* 112, 10, *Prouer.* 10, 28. *Eſai.* & 30, 5, *Ierem.* 2.27. & 7, 4, 8,

*Oſe.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oſe.12,1. *Amos* 6.1.Zac.9.5.*Iac*.4.2.Impiorum ſuperbia,*Pſ*.73.6.& 74 22.& 83.18.Supplicium æternum,*Matth*.3.12.& 8.12.& 13.42.& 24 51.& 25.30.41.2.*Th*.1.9.Iudæ v.7.*Apoc*.14.10.

Impiorum theſaurus inutilis, *Prou*.10.2.*Matth*. 16.26.*Luc*.9.25. *Iac*.5.3.Vanitas:*Eſa*.37.27.& 50.9.Viæ fugiendæ,*Prou*.3.31. & 4,14. tenebroſæ,v.19.Violentia,*Pſ*.94.5.&c.Vita breues,15.32.*Iob Pſ*,55.24 & 109.8.*Eccl*.8.13.

Impiorum voces blaſphemæ,*Iob* 21.14, & 22.13 *Pſ*.2.12 22.42.64. 73.78.79.83.94.115.*Prou*.30.20.*Eſa*.5.10.14.22.28,29.30.36.37.41-47.51 56.66. *capitib*.*Ierem*. 2.5.6. 8.11,12.14.17.18.20.21,22.23.44,48.50.*capitib*.*Thren*.2.16.*Ezechiel*.8.9.11.12.18.25.28.29.35.36.*capit*.*Oſe*.12.8. *Ioel*.12.17.*Amos* 2.12.& 4 1.& 6.13.& 7.16.& 8,14.& 9.10. *Mich*.2.11 & 4.11.& 7.10,*Soph*.1,12.& 2.15.*Malac*.2.17.& 3.14.*Matth*.3.9. & 15. 5.1.*Cor*.15.32.*Apoc*,13.17.Qui plura de Impietate & impiis cupit,magnas SS.Bibliorum Concordantias percurrat.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Impii Deum contemnunt.*

Qui dixerunt Deo,recede à nobis,ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quid omnipotens,vt ſeruiamus ei? &,quid nobis proderit, ſi orauerimus illum? *Iob*.21.

Incircuitu impii ambulant,*Pſal*.11.

Impius facit opus inſtabile:ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis,*Prou*.11.

Abominatio eſt Domino via impii,15.

Longe eſt Dominus ab impiis,*ibid*.

Impius cum in profundum venerit peccatorum,contemnit, ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium,18.

Eſt & alia vanitas,quæ fit ſuper terram: Sunt iuſti,quibus mala proueniunt,quaſi opera agerint impiorum:& ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt, quaſi opera iuſtorum habeant: ſed & hoc vaniſſimum iudico, *Eccl*.8.

Similiter autem odio ſunt Deo impius & impietas eius,*ca*.14.

Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacii, qui non proderunt vobis,furari, occidere, adulterari iurare mendaciter,libare Baalim, ire poſt Deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis & ſtetiſtis coram me in domo hac,in qua inuocatum eſt nomen meum & dixiſtis:Liberati ſumus, eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas.*Ier*.7.

*Proximum opprimunt:*

Cunctis diebus ſuis ſuperbit impius, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis eius,*Iob*.15.

Os impiorum operit iniquitas,*Prou*.10.

Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos,12.

Anima viri deſiderat impii malum, non miſerebitur proximo ſuo,21.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iuſtus cadens coram impio,25.

Cor iniqui inquirit mala: cor autē rectum inquirit ſcientiā,27.

Viri mali non cogitent iudicium: qui autem inquiunt Dominum, animaduertunt omnia,28.

In exultatione iuſtorum, multa gloria: regnantibus impiis ruinæ hominum,*ibid*.

Cum ſurrexerint impii, abſcondentur homines: cum illi perierint,multiplicabuntur iuſti,*ibid*.

In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: cum impii ſumpſerint principatum,gemet populus,29.

In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera, & iuſti ruinas eorum videbunt,*ibid*.

Impii autem quaſi mare feruēs quod quieſcere non poteſt,*Pſ*.57

Non eſt pax impiis,dicit Dominus omnipotens,*ibid*.

Opera eorum inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum, ſedes eorum ad malum currunt,& feſtinant, vt effundant ſanguinem innocentem,59.

*Seipſos perdunt.*

Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria,*Iob*.10.

Quia in diem perditionis ſeruatur impius, & ad diem furoris ducetur,12.

Iniquitates ſuæ capient impium,& funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur,*Prou*.5.

Anni impiorum breuiabuntur.

In impietate ſua corruet impius,11.

In malitia ſua repelletur impius: ſperat autem iuſtus in morte ſua,14.

Ne impie agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo,*Eccl*.7.

Impii ſecundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt, quia neglexerunt iuſtum,& a Domino receſſerunt,*Sap*.3.

Talia dixerunt in inferno hi,qui peccauerunt: quoniam ſpes impii tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur:tanquam ſpuma gracilis,quæ à procella diſpergitur: & tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt; & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis,5.

Impietas liberorū erga parentes, ἀστοργία, habet [illegible]
ta exempla. Cain interficit fratrem Abel, [illegible]
domo & regno eiicit ingratus filius Abſalon. [illegible]
quinii,per cadauer interfecti patris carpentum age[illegible]
nonnulli,præſertim Romani,erga matres,fratres,[illegible]
pii apparent. Eſt & irreligioſa impiaq; obedientia [illegible]
Deum,de qua Chriſtus, *Matth*,10,37. Qui amat paren[illegible]
filium aut filiam plus quam me,non eſt me dignus.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

*Antholog. Sacra Iacob Billii.*

Quam vana ſit omnis impii proſperitas.

*Vidi ego,qui lætis rerum ſucceſſibus vtens,*
*Tollebat tumidum ſtultus ad aſtra caput,*
*Immemor atq; Dei prorſus,rebuſq; ſecundis*
*Ebrius, æthereas deſpiciebat opes.*
*O læuas hominum mentes! ô pectora cæca!*
*Quam nihil eſt,magni,quicquid hic orbis habet!*
*Vix ego tranſieram cum protinus ora retorquens,*
*Cum factis vidi hunc iam periſſe ſuis.*

Quid de iis ſentiendum ſit, qui impie ac ſcelerate viuunt.

*In vitiis animum quiſquis ſine fronte volutat*
*Omnibus & latum carpere gaudet iter,*
*Hic ſi iudicium extremum ſe credere dicat,*
*Credere tu fugias,verba dat ille tibi.*
*Quiſquis enim credit,metuit:quis namq; tribunal*
*Iudicis ætherei cogitet abſque metu?*
*Quod ſi ſe rurſum dicat,iuret que timere,*
*Verba dat hic iterum, qui timet,ille cauet.*

In eos qui animæ ſtudium negligunt.

*Vt ſit ager melior, melior domus,optima veſtis,*
*Vt pecus, vt melior bos ſit,equuſque tibi:*
*Quid non ærumnæ,quid non capis ipſe laboris!*
*Quantus in his ſtudiis ſudor abore fluit!*
*O miſer, ô Phrygio dementior atq; Chorœbo,*
*Quæ tibi ſuppliciis crux ſatis vlla ferat?*
*Qui cum nil ſtudii,vt tua ſint meliora,relinquis,*
*Vt melior fias,nil tamen ipſe facis.*

Impios antequam pœnas luant,nullis minis fidem adhibere.

*Sæpe parente ſatum Lamecho dum conderet arcam*
*Peſtiferos homines admonuiſſe reor.*
*Attamen id fruſtra,namq; omnia verba monentis*
*Ridebatque graues gens ſcelerata minas.*
*Quin Sodomis cum Loth generos exire iuberet,*
*Inſtar eis ludi verba iubentis erant.*
*Scilicet hic mundi mos eſt,nil credere, donec*
*Admiſſum æterno crimen in igne luat.*

Impium, cum à Deo punitur, pœnam tantum, non autem peccatum ſuum flere.

*Cum grauis exercet iuſtum fortuna tonantem*
*Prædicat,atque procul murmur ab ore fugat.*
*Impius ut contra, ſcelerum iuſtiſſima pendens*
*Supplicia,in pœnis non niſi damna gemit.*
*Qui me reperiet (Cain ſunt verba trementis)*
*Confeſtim certe me dabit ille neci.*
*O vecordem hominem! mentem qui cæde netam*
*Fraterna,tantum carne perire timet.*

De impiorum cœcitate in agnoſcendis pecca[illegible]

*Exiguas liquido volitantes æthere muſcas*
*Eminus haud ægre lumina ſana vident.*
*Infirmi at nequeunt oculi ſpectare minuta*
*Corpora, quin ægre maxima quæque notant.*
*Sic quoque,cum ſana eſt,etiam tenuiſſima quæque*
*Mens hominis,nedum crimina fœda videt,*
*Debilis at, leuiſque grauis,vitiiſque laborans,*
*Cernere vix etiam crimina magna poteſt.*

Iuuen Sat 3.

*Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponunt,*
*Et nullo credunt mundum rectore moueri,*
*Natura voluente vices,& lucis & anni,*
*Atq; ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.*
*Eſt alius metuens ne crimen pœna ſequatur.*
*Hac putat eſſe Deos & pietas,atque etiam cum*
*Decernat quotcumque volet de corpore noſtro*
*Ipſis,& iratо feriat mea lumina ſiſtro.*

Virg.lib.6.

*Nec partem poſuere ſuis,quæ maxima turba eſt,*
*Quique ob adulterium caſi quique arma ſecuti*
*Impia nec veriti dominorum fallere dextras,*
*Incluſi pœnam expectant:ne quære doceri*
*Quam pœnam aut quæ forma viros fortunave merſit.*
*Saxum ingens voluunt alii radiiſque rotarum*
*Diſtricti pendent: ſedet æternumque ſedebit*
*Infælix Theſeus,*

*Vendidit hic auro patriam dominumq́ꝫ potentem*
*Impoſuit: fixit leges pretio atq́ꝫ refixit,*
*Hic thalamum inuaſit natæ, vetitoſq́ꝫ hymenæos,*
*Auſi omnes immane nefas auſoq́ꝫ potiti.*
*Non mihi ſi lingua centum ſint oraq́ꝫ centum,*
*Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas.*

Ouid.1.Metam.

*Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,*
*Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt:*
*Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.*
*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
*Filius ante diem patrios inquirit in annos:*
*Victa iacet pietas.*

Ibidem.

*Mobilis & varia eſt ferme natura malorum.*
*Cum ſcelus admittunt ſupereſt conſtantia, quid fas,*
*Atque nefas tandem incipiant ſentire peractis*
*Criminibus. tamen ad mores natura recurrit*
*Damnatos fixa & mutari neſcia, nam quis*
*Peccandi finem poſuit ſibi quando recepit*
*Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem.*
*Quiſnam hominum eſt quem tu contentum videris vno*
*Flagitio?*

Ex Græcis Comicis.

Ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ κἂν εὐτυχῇ
*Miſer eſt vir improbus, felix licet.*
Θεὸς δ᾽ ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν,
*Deus male audit ob beatos improbos.*
Καὶ ζῶν ὁ φαῦλος καὶ θανὼν κολάζεται.
*Viuusque mortuusque plectitur improbus.*
Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.
*Haud molliuntur viſcera improbi viri.*
Ἀνουθέτητος ἐστιν ἡ πονηρία.
*Audire monita non ſolent vlla improbi.*
Ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν.
*Haud eſſe quiſquam ſe fatetur improbum.*
Οὕτω κάκιστοι οἱ πονηροὶ τοὺς καλοὺς
*Ab improbis vocantur peſſimi.*
Πῶς ἔργον εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν.
*Qui moribus bene viuere queat in malis?*
Πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.
*Abiunge amicum ne tibi virum improbum.*
Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνοδίαν ἀεί.
*Νec cum viro vnquam carpito viam improbo.*
Τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ᾽ ὅλον τὸν βίον.
*Vitam per omnem qui doloſus eſt, fuge.*
Κακοῖς ὁμιλῶν, κ᾽ αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.
*Conſortium te reddet improbi improbum.*
Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.
*Mores bonos congreſſus inquinat malus.*
Ἦθος πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει.
*Peruertitur natura prauis moribus.*
Χρηστὸς πονηροῖς οὐ τιτρώσκεται λόγοις.
*Non vulneratur improbis verbis probus.*
Δύσμορφος εἶναι μᾶλλον, ἢ καλὸς, κακός.
*Deformis eſſe malo, quam pulcher, malus.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

...quenque fraus, & ſuus error maxime vexat, ſuum quenque ...agitat, amentiaque afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcien... animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæque fu... dies, nocteſque pœnas à ſceleratiſſimis repetunt. *Pro Roſc.*

...quenq; fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſa... mente deturbat, *In Piſon.*

...ea ſolum incommoda, quæ eueniunt improbis, fugien... ...bitas eſt: ſed multo etiam magis, quod cuius in animo ..., nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere. 1. *de* ...

...qui ſuis opibus hominum contra conſcientiam ſepti eſſe & ...videntur, deorum tamen numen horrent, eaſq; ipſas ſolici... ...quibus eorum animi nocteſq; dieſq; exeduntur, à diis im... ...cibus ſupplicii cauſa importari putant. 1 *de Finib.*

...ne dolor corporis, aut luctu animi, aut offenſione iudicii, ...um miſerias ponderamus, quæ fateor humana eſſe & multis ...viris accidiſſe. Sceleris etiam pœna triſtis & præter eos euen..., qui ſequuntur, per ſeipſa maxima eſt. 2. *de Legibus.*

...animi conſcientia improbi cruciantur, tum etiam pœnæ timo..., qua aut afficiuntur, aut ſemper ſunt in metu, ne afficiantur ali...quando 2. *de Finib.*

Si impietas improbe molita quidpiam eſt, quamuis occulte fe..., nunquam tamen confidet id ſemper fore occultum. Plerunq; ...improborum facta primo ſuſpicio inſequitur: deinde ſermo ... fama, tum accuſator: tum iudex multi etiam ipſi ſe iudicant. 1. *de Finib.*

Omnibus, quorum mens abhorret à ratione, ſemper aliquis talis terror impendet. 4. *Tuſc.*

Impii pœnas luunt, non tam iudiciis (quæ quondam nuſquam erant, hodie multifariam nulla ſunt) quam angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu. 1. *de Legib.*

Impiis apud inferos ſunt pœnæ præparatæ. 1. *de Legibus.*

Impii apud inferos pœnas luun. *Philip.* 14. *In piis ſent.* 76.

Ignorant quidem improbi quæ facienda ſunt quæq; fugienda: iniuſtique & ominino mali, ex eo errore naſcuntur, *li.* 3. *Ethi. c.* 1. & *l.* 2. *Mag Mor. c.* 3.

Sceleratiſſimus quidem eſt habendus is, qui malitiam, & ad ſuam, & ad amicorum perniciem exitiumq; conuertit, *libro quinto Ethi. c.* 1.

Cuius à voluptate aut dolore corruptus eſt animus, & deprauatus: ei ſtatim principium non apparet: neque ei videntur huius cauſa, & propter hoc expetenda gerendaq; omnia. *libro ſexto Ethic. capi.* 5.

Homo ſi paruus ſit, plura infinitis partibus detrimenta, & incommoda quam fera inferre poteſt. *li.* 7. *Ethi. c.* 6.

Mali malis niſi quid emolumenti conſequatur, non oblectantur. *li.* 8. *Ethic. c.* 4.

Qui multa & grauia ſcelera admiſerunt improbitate victi: & ſe oderunt ipſi, & vitam fugiunt mortemque ſibi ipſi conſciunt. *li.* 7. *Ethi. c.* 2.

Mali nec ſecum ipſi vna lætari poſſunt nec dolere. Eorum enim animus à ſe ipſo diſſidet, ſecumq; diſcordat: aliaſq; propter improbitatem, ſed dolet quibuſdam rebus abſtinuiſſe, alias gaudet. Atq; pars altera huc trahit, illuc altera: vt ſolent partes diſſoluti corporis. *ibi.*

Improbi alios quibuſcum verſentur, requirunt: ſe fugiunt ipſi. Multa enim & grauiora facinora recordantur & alia eiuſdem generis, cum ſoli ſunt, expectant, cum ſunt cum aliis, obliuione ruunt. *ibid.*

Prauam habenti animam, ne quippiam mali exerceat, opulentia, imperium, & dominatus, ac omnino id genus reliqua adimenda ſunt: quanto mobilior mutabiliorque eſt anima, quam corpus. *li.* 2. *Mag. Moral. c.* 3.

Non in ſe amore animati ſunt improbi, quod in eis dignum nil ſit amicitia. *ibid. c.* 3.

Fugienda eſt improbitas magna animi contentione, dandaq; opera, vt boni ſimus. *ibid.*

Improbi niſi ad breue & exiguum tempus, concordes eſſe non poſſunt. *li.* 9. *Ethi. c.* 6.

Improborum mala eſt amicitia: qui cum inſtabiles inconſtanteſque ſint, rerum malarum ineunt ſocietatem: ſimileſq; ac pares inter ſe facile corrumpuntur. *li.* 9 *Ethi. c.* 12.

De prauatorum & vitioſe affectorum hominum, ſæpe videre licet corpus imperare animo: propterea quod male contra naturam affecti ſunt. *li.* 1. *de Rep. c.* 3.

Improbus eſt ſimilis ei ciuitati, quæ ſeruat illa quidem leges, ſed malas & pernicioſas. *Ethi. li. c.* 10.

Facile ii debellantur, apud quos nec diuina quidem, nec humana iura ſat valent. *Procop. de bello Goth. li.* 3.

Cum impiorum caſtigatione piorum conſolatiò & reſtitutio in integrum coniuncta eſt, *Nice. Alex. Murzuflo.*

Cum Deo inimicitias quicunque ſuſcipit, cum ſit homo, faſtu animi conditionis humanæ modum excedit, ſuorumq; conſiliorum & actionum exitum atq; ſucceſſum ad Deum non refert. *Nicoph. Gregoras, hiſt. li.* 7.

Prouocat pœnam ſuam obliuioſa malitia. Impietas enim flagella quidem excruciata ſentit, ſed à quo flagellatur, obdurata non ſentit. Vnde ſuperioribus taceam, facta à Decio Chriſtianorum perſecutione, totum Romanum Imperium peſtilentia magna vexauit. Mentita eſt iniquitas ſibi prauo in perniciem ſuam circumuenta iudicio peſtilentiam communis caſus eſſe, accidentemque ex morbis mortem, naturæ finem eſſe, non pœnam exiſtimans. Rurſus igitur atque in breui iram Dei ſceleratis actionibus prouocat, excepturа plagam, cuius aliquando meminiſſe cogatur, *P. Oroſius, hiſt. lib.* 8. *c.* 22.

Difficile eſt, vt parcat ſuis qui cum religionis contemptu, etiam aduerſus Deos graſſatus eſt. *Iuſtin. hiſt. li.* 1.

Francorum recordatione nunquam timore vacuus eſt. *Tacit. annal. li.* 15.

Qui amiciſſimo atque chariſſimo inſidias tendit, conſanguinitatis ac neceſſitudinis iura violando, quanquam victoriæ ſuperſtes, non fatum vitare, ſed facinoris conſcientia pœnam prorogare videtur, *Procop. de bello Vandilico. li.* 2.

Non eſt cum Dei hoſte ſocietas belli coeũda. *Zonar. in Gratiano.*

Peſſima impoſtura eſt, qua quis ipſe ſeſe decipit. *G. Pachymer. hiſtor. li.* 12.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Bion* impietatem dicebat malam eſſe contubernalem fiduciæ, & adiecit verſiculum Euripidis.

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγχνός τις ᾖ

*Seruum*

*Seruum facit, quamuis feroculum virum.*

Senſit, ibi non eſſe libertatem, vbi eſt mala conſcientia: nec eum poſſe libere loqui cui crimen impietatis vere poteſt obiici, nec frui tranquillitate animi, qui numen habet iratum, *Laer. li. ca. 7.*

*Ageſilaus Ephorus*, Cum ipſius ſuaſu actum eſſet, vt fieret omnium debitorum ſolutio: iamque tabulis in forum Clarium comportatis, ignis eſſet iniectus, ac flamma exurgeret, cæteris creditoribus mœſtis improbe inſultabat, dicens ſe nunquam clarius lumen, aut ignem vidiſſe puriorem. Extrema impietatis eſt linea, etiam illudere iis quos afflixeris. *Plut. in Laconicis.*

*Iulianus Apoſtata*, Contra Perſas exercitum ducens, grandem mulctam Chriſtianis intulit, qui grauius à Paganis tractati, ſæpius pro auxilio ad Imperatorem acceſſerant. Quibus impie reſpondit, Æquum eſt vt mala ſuſtineatis, cum hoc ſit præceptum veſtri Dei; *Tripartita hiſt. l. 6. c. 19.*

## ¶ SIMIL TVDINES.

*Chryſoſtomi* Quantumuis biberint febricitantes, calore tantum conſumente quod biberint, ſemper adhuc ſitiunt: Ita maligni homines, quicquid boni viderint, aut audierint, infidelitate totum cōſumente quod vident, & audiunt, ſemper vacui ſunt, tanquam qui nihil viderint, aut audierint. *In Matth. ca. 12. Hom. 30.*

*Sicut melius* eſt vt non ſit amor, quam vt ſit quidem & fructum non faciat: Sic melius vt nec ſit homo Dei, quam vt ſit quidem, & conuerſationem non habeat ſecundum Deum. *In 21. Matth. homil. 59.*

*Amicum* cum peregre proficiſci cernimus, lugemus, ingemiſcimus, ſi mortuum videre contigerit, plangimus: cum nouerimus cum non perpetuo à nobis ſeparandum, propter reſurrectionis ſacramentum. Enimuero forte cum Chriſtus quotidie ſeparetur à nobis, imo cum ipſum ſingulis horis à noſtro arceamus congreſſu: Neque dolemus: neque durum aliquid & acerbum nos pati arbitramur, Cæterum cum illum afficiamus iniuriis, cum eum contriſtemus iugiter, atque irritemus, neq; quæ ille iuſſerit faciemus omnia, neq; ingemiſcimus, ſed inſenſibiles, non ſecus ac lapides, manemus. *In 1. ad Timoth. hom. 3.*

*D. Auguſtini.* Sicut vua acerba dentib, vexatio eſt & fumus oculis: Ita iniquitas vtentibus ea. Quomodo qui manducat ore corporis vuas acerbas, obrigeſcunt dentes eius, & minus idoneus ad manducandum panem, & remaneret illi laudare quod videt, & manducare non poſſe: Sic & qui iniquitate vſus eſt, & paſtus peccatis in corde, incipit non poſſe manducare panem, laudat verbum Dei, & non facit: vnde hoc facit? quia cum cœperit facere, laborat, quomodo ſentimus laborare dentes poſt vuas acerbas, cum cœperimus panem manducare. Sed quid faciunt illi quibus obſtupuerunt dentes? Temperant ſe aliquantulum ab vuis acerbis, & redeunt dentes ad ſtabilitatem ſuam, & incumbunt pani: Sic & nos laudemus iuſtitiam: ſed ſi volumus manducare iuſtitiam, temperemus nos ab iniquitatibus, & naſcitur in corde non ſolum delectatio laudandi iuſtitiam, ſed etiam facultas manducandi. *In Pſalm. 48.*

*D. Hilarii.* Fumus cum emerſerit, licet globoſus & craſſus, tamen paulatim ita deficit, aboleturque ne extet. Sicut in conſpectu ignis cera ſic liquefit, vt non ſit, fumo quidem in igne per leuitatem ſui tenuitatemque dilapſo, cera autem vi & calore ignis abſumpta, quia infirma ipſa per ſeſe naturæ potioris diripiatur ardore: quem in modum omnis iniquorum poteſtas à facie Dei, id eſt, Dei iudicio liqueſcit. *In Pſalm. 67.*

*Plutarchi.* Quemadmodum Cæcias ventus contra aliorum ventorum Septentrionalium naturam, nubes non à ſe pellit, ſed potius attrahit: Ita quoque improba vita, probra ad ſe attrahit. In libello cui titulus. Quo pacto quis poſſit ab amicis iuuari.

*Plinii.* Vt pulegium ipſo brumæ die floret, cum marcent omnia? Ita rebus peſſime vexatis, regnant mali, quorum in pace nullus eſt reſpectus. *Lib. 18. c. 25. & l. 1. c. 42.*

*Folengii.* Quemadmodum veſtis ac zona totum adeo cingunt hominem, vt omnem in ſe quaſi contineant hominem, ita etiam impietas, ſi quem ſemel adorta fuerit, eum totum conuoluit, atq; adeo obſtrictum coarctat, vt vix illum reſpirare ſinat. *In Pſ. 109.*

*Thriueri*, Frigidus neminem poteſt incalfacere: Nec iniquus quenquam ſuo ſermone ad virtutem accendere. *in apoph. 87.*

*Samuelis* Sicut lux auroræ, oriente ſole, mane abſq; nubibus rutilat, & ſicut pluuiis germinat herba de terra: Præuaricatores autem quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi. *2. Reg. 23.*

*Eſdræ.* Væ tibi Aſſur? Qui abſcondis iniquos penes te, Gens mala memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens. *4. Eſdræ 2.*

*Dauidis.* Sicut ſine negotio diſpergitur à vento fumus, ita diſperges illos tu: & ſicut liquefit cera igni adhibita, ſic peribunt impii aduentante Deo. *Pſ. 68.*

*Sicut ignis* in ſyluam immiſſus, & flamma in cacumen montiū, quæ per obuia dumeta volitans vaſtat cuncta abſque vllo impedimento: Sic tu perſequere eos tempeſtate miſſa … turbine perturba eos. *Pſal. 83.*

*D. Auguſtini.* Sane exteriores tenebræ intelligi … malignitas odii & voluntatis, quæ tunc exterior … proborum, & quædam obliuio Dei: Quia tormen… rum & exteriorum doloribus adeo afficientur … ab aliis ad cogitandum aliquid de Deo vix vel … mentem reuocent. Vt qui nimio premuntur pondere … ſtupeſcunt & turbantur, neque animo in aliam cogita… tendunt: ſed illuc tendit impetus cogitationis, vbi … ris. *in Pſalm. 6.*

*Fumus à loco* ignis erumpens, in altum extollitur … ne in globum magnum intumeſcit: ſed quanto fit … grandior, tanto fit vanior: Sic impius quo magis … tius deficit, *in Pſ. 36.*

*Martialis Epiſcopi.* Ne ergo timueritis, neque … neque admiremini eos. Vapor enim eſt nebulæ … quæ cito pertranſibit, ſicut fumus noxius oculis … veritas in ſempiternum permanent. *in Epiſtola ad T…*

## ¶ ADAGIA.

Lydi Mali, poſt AEgyptii, &c.

> Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ᾽ Αἰγύπτιοι,
> Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι,
> *Lydi improbi, poſt hos ſecundi AEgyptii,*
> *Tertiique Cares perdidiſſimi omnium:*

*Tempeſtiuiter vtemur ſi quando mali cum mali… collatus cum ſceleratoribus, ita demum minus … videtur.*

Lerii mali. Λέριοι κακοί.

*In eos recte dicetur, qui pariter omnis gentis vitii ſun…*

Mali commatis. πονηροῦ κόμματος.

*Dicebatur improbus, contemptus, & reiculus qui…*

Adulterinus κίβδηλος.

*Quod ſimplex non eſt, neq; ſyncerum, id vulgato … δηλον vo ant.*

Bipedum nequiſſimus.

*De homine vehementer improbato, quique vel pes… ſuperet. Cic. torſerat in Clodium in oratione pro dom…*

Tenedius tibicen. Τενέδιος αὐλητής.

*Dicebatur teſtis falſus & calumniator. Stephan.*

Phrynondas alter. Φρυνώνδας ἄλλος.

*De improbo Quoties inſigniter malum & ſceleratum … bant. Phrynondam appellabant.*

Noui Simonem, & Simon me.

*Vide Similitudines.*

Beſtia beſtiam nouit, *ibidem.*

Ambrones.

*Ambrones vulgo dicebantur, qui rapto maliſq; arti…*

Es muß ein kalter Winter ſein/ das ein Wolff den …
Item/ Es iſt böß ſtehlen/ wo der Wirth ſelbſt ein Dieb …

Ballio.

*Nomina quædam ob inſignem improbitatem abier… bium quod interdum à veris, interdum à fictis in Com… ſumitur. Ballionem inducit Plautus in Pſeudolo, leno… ſimum, rapaciſſimum, improbiſſimum.*

Βεργαΐζειν.

*Stephanus ſcribit* Βέργην *eſſe ciuitatem Thraciæ, … fert, vicinum. Eius gentis improbi mores in prouerbium … dicerentur* βεργαΐζειν, *qui nihil ſani loquerentur.*

Eurybatizare. εὐρυβατεύεσθαι.

*Eſt improbis vti moribus.*

Tria cappa peſſima. τρία κάππα κάκιστα.

*Iactatum & hoc olim ænigmatis vice, quo trium gen… notati ſunt: Cappadocum, Cretenſium, & Cilicum.*

Duplex Cappa. διπλοῦν κάππα.

*Veluti ænigma, quo malum aliquod ſignificabant, … mino κ ſcribuntur κακά. Simili figura Plautus furem … rum hominem appellauit.*

Βωμολοχὸς Βωμολοχεύεσθαι. *Ariſtoph.*

*Bomolochi prouerbiali conuicio dicebantur ſcelerati & … Dicuntur autem* Βωμολόχοι, *qui cum res diuina peragitur … ciunt vota Diis, ſed nugas inanes blaterant. Qui mos … tibus magnopere placet,*

Inexploratus homo. ἀβασάνιστος ἄνθρωπος.

*Inexpertus, in exercitatus, non probatus.*

Diagoras Melius. Διαγόρας ὁ Μήλιος.

*In ſceleratum ac fœdifragum & impium.*

Lupi decas. λύκου δεκάς.

*Dictum appαret in eos, in quos inhoneſti lucri pars … etſi puſilla, rediret. Aut in eos, qui largitionibus … lioſue corrumperent.*

Cum ſacco adire.

*Non dubium eſt quin hic ſermo fuerit vulgo iactatus de quovis ... pulat, vt ſtatim exhibeatur, quod petit. Germani quoq; im... quippiam petentibus ſolent dicere.* Warumb haſt du ... ein Sack mit dir gebracht.

Onobatis.

*Quadrabit in quamuis proſtitutæ famæ.*

Cercopum cœtus. ἀγορὰ Κερκώπων.

*De conciliabulo, conuentuq; verſutorum, & improborum homi... dicebatur.*

Cercopiſſare. Κερκωπίζειν.

*Cercopiſſare dicuntur, vel qui laſciuiunt, aut qui adulantur.*

Autolycus.

*Vulgo dicitur, qui per vim raperet aliena.*

Ferre iugum.

*Plaut. de Curcul. Iamne fert iugum? De puella percontatur quiſ... tam per ætatem virum reciperet.*

Magis impius Hippomene. ἀσεβέστερος Ἱππομένους.

*... Atheníenſium princeps filiam a ciue quopiam vitiatam, vna ... equo feroci concluſit in domicilio, nec huic nec illi cibum præ... Equus igitur fame in rabiem actus, puellam adortus comedit: ... perit ipſe quoq; pabuli videlicet inopia. Poſt hæc pater do... eſt demolitus: loco nomen inditum equi & puellæ. Recenſet a ... Diogenianus.*

Mare proluit omnia mortalium mala. *θάλασσα κλύζει πάντα τ' ... κακά.*

*Id eſt: Hominum vniuerſa proluit pelagus mala. Natum eſt ab ... huiuſmodi: Refert Diogenes Laertius Euripidem Platoni co... fuiſſe peregrinationis, quum Aegyptum adiret, ibi cum mor... corriperetur comitiali, ni fallor, ſacerdotes Aegyptii merſione ... ſanauerunt hominem.*

Qui omni in re, & in omni tempore. *Gellius.*

*Admonet parœmia, fere neminem eſſe tam deplorati ingenii, qui ... aliquando dicat, faciat ve quod laudem promereatur.*

Senilis capillus. ἀνδρὸς ἤδη τρίχα ἐπιδεικνύειν.

*Senilem capillum præ ſe ferre dicuntur, qui agreſtibus, & ineli... ſunt moribus.*

Vlyſſis remigium.

*Homines nequam & voluptatibus addictos. Hora. in epiſt. Vlyſ... remigium appellauit prouerbiali nimirum figura.*

*Remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſsis.*

Dii tibi dent tuam mentem.

*In inſcitum congruit, & ſua dignum mente. Martialis.*

*Dii mentem tibi dent tuam Philæni.*

Non es laudandus, ne in cœna quidem. οὐκ ἐπαινεθεὶς οὐδ' ἐν πό... τῳ.

*... hominem dicebatur vehementer illaudatum.*

Compendiaria res improbitas. σύντομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή.

*Qui ſemel addit animum vitiis, is quiduis flagitii facile patra... At ſingulæ virtutes magno ſudore parandæ.*

Inſania non omnibus eadem. μανία γ' οὐ πᾶσιν ὁμοία.

*... eſt, nullum eſſe mortalem, qui non in aliqua re deſipiat.*

¶ Exempla Biblica.

Impiorum interitus & pœnæ *Exempla*: Cain, *Gen.* 4. *v.* 11. Anti... mundus diluuio deletus, 7. *v.* 17. 21. Cham, 9. 25. Pharao, *Gen.* ... Gomorrithæ & Sodomitæ, 19. 24. *Deut.* 29. 23. Eſau, *Gen.* 25. 53. ... 26. Hemor & Sichem, 34. 25. Her, *Gen.* 38. 7. *Onam, v.* 10. Pha... Ægyptii, *Exod,* 14, *v.* 27. 28. Nadab & Abihu, *Leu.* 10. *v.* 1. 2. Co... than, & Abiron, *Num.* 16. *v.* 31. 32. Achan, *Ioſ.* 7. 24. quinque Re... 26. Adonibezec, *Iud.* 1. 6. Siſara, 4. 21. Abimelech, 9. 53. Benia... 20. 46. Ophni & Phinees, 1. *Sam.* 4. 17. Agag, 15. *v.* 32. 33. Goliath, ... Nabal, 25. 38. Saul, 31. 4. Oza, 2. *Sam.* 6. 7. Ammon, 13 28. Achito... 23. Abſalom, 18. 14. Seba, 20. 22. Ioab, 1. *Reg.* 2. 34. Semei, v. 46. ... 12. 18. Ieroboam, 13. *v.* 4. Achab, 22. v. 34, Ochoſias, 2. *Reg.* 1. v. 4. quadraginta duo pueri, 2. *v.* 24. Giezi, 5. *v.* 27. Ioram, 9. *v.* 24. ... 9. 33. Mathan. Baalita, 11, *v.* 18. Azarias, 15. *v.* 5. Sennacherib. ... Sedechias, 25. v. 7. Holofernes, *Iudith.* 13. *v.* 8. 9. Aman, *Eſth.* 7. ... Iudas Iſcariotes, *Matth.* 27. *v.* 5. *Act.* 5. *v.* 18. Iudas Galilæus Pſeu... propheta, ſeditionis author *Act.* 3. v. 37. Herodes, 12. 23. Antiochus, ... 6. v. 8. 9. Vide homicidii & occaſionis exempla, ex quibus ... verum eſſe illud?

*Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci.*
*Deſcendunt Reges, & ſicca morte tyranni.*

¶ Profana Exempla.

Cheops Aegypti Rex templa omnia obſeruauit, ne populus ſacri... *Dis. Herod. lib.* 2.

*Diagoras Melius.* philoſophus & poeta, qui Olymp. 88. emicuit, ... Atheos, a Myſteriis homines auocabat. Quare ab Athenien... pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt interficientibus eum.

*Iulianus Imp.* non modo ipſe ad gentilium vanitates â vera reli... deficuit, ſed etiam ſubditis, vt idem facerent. ſuaſit. Obtem... honoribus & dignitatibus & beneficiis cumulauit: iiſque ... quicquid vellent contra Chriſtianos agere. *Sozom. lib.* 5. *c.* ... *Theod. l.* 3. *c.* 13.

*Phaneas*, ſeruus Hieroſolymitanus dæmoni ſeſe manciparat dato chirographo, idq; conſilio magorum: vt ſaltem heri ſui filia potiretur. At tandem precibus Baſilii, & conuerſus eſt, & chirographum datum dæmonibus recepit, in publico Eccleſiæ conſenſu. *Marul. l.* 2. *c.* 12.

*Iuliani Imp.* Theſaurarius, cum in gratiam Imp. à fide defeciſſet, ſanguine ex toto corpore per os emiſſo (conſpicatur enim vaſa in templa: En qualibus vaſis, dixit, miniſtratur Mariæ filio?) miſerrime periit. *Theod. l.* 3. *c.* 13. *Sozom. l.* 5. *c.* 8. *Niceph. l.* 10. *c.* 29.

¶ Hieroglyphica.

Memorabile eſt illud Aegyptiorum documentum, quo illi *ſceptra regia in ſumma parte Ciconiæ capitibus inſignita faciebant, fluuialis equi vngulis in imum appenſis*, ex eo innuere volentes amplexandam, colendam, ſuſcipiendamq; eſſe pietatem, gratumque animum ingrato præferendum. Impietatem vero cuius hieroglyphicum eſt *Hippopotamus*, peſſundandam. Amphibium enim animal hoc, patrem ſolet de matris coitu, quem affectat, male mulctare. *Pier. Valer. l.* 17. *pag.* 158. *A.* & *l.* 29. *pag.* 281.

*Sepia piſcis* etiam improbitatis eſt hieroglyphicum, quod tamen ſymbolum Plutarchus libro de educatione, ita interpretatur, vt ſuboſtendere dicat, commercium cum improbis non habendum: eos ſcilicet qui à virtute ad turpitudinem ſe recipiant fugiendos, Nam & apud Romanos *nigrum* vel *atrum* pro moribus pernicioſis ac infamibus accipitur, hinc illud vulgatum: *Hic niger eſt, hunc tu Romane, caueto, Idem l.* 28. *pag.* 265. *A.*

*Anſer* in vaticiniis & rerum aliarum elogiis improbitatem quandam præ ſe ferre videtur, Hinc Homerus in ſomnii præſagitione, procos per *Anſeres* innuit, eiuſq; inauſpicata garrulitas, & a Vergilio & à Propertio quibuſdam vitio data eſt. *Pier. l.* 24. *p.* 225. *C.*

¶ Fabula.

De Apollinis tentatore.

Tentaturus Apollinem, deorum quidam contemptor & callidus, per ſacerdotem fatidicam illius, in templum venit Dei, vbi omnia pro ritu ſuperſtitionis illius apparata eſſent, occultatum manu ſua paſſerculum continens, cumq; ante cortinam, quem τρίποδα Græci vocarunt, aſtitiſſet, ſciſcitatus eſt, viueret ne an mortuum eſſet, quicquid in manu teneret, ratus ſe facile in vtramq; partem datum reſponſum refutaturũ eſſe. Tum vates de numinis inſtinctu hæc fertur ceciniſſe.

*Quicquid id eſt, tectum tua quod nunc dextera celat,*
*Vel viuit vel iam moritur, noſtriq; videbunt,*
*Alterutrum in prolato oculi, ſed te penes huius*
*Arbitrium facti eſt, & ad hoc mens noſtra recurrit.*

Diſcendum hoc eſt: In rebus diuinis maxime, ſed & erga ſapientes non fere quicquam valere fraudes & aſtutias improborum.

*Vide, Tit. Improbitas, Malitia.*

# Importunitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IMportunitas ſiue intempeſtiuitas, Græc. ἀκαιρία, ας, ἡ, & ἄκαιρος, ου, ὁ, ἡ, importunus dicitur. Eſt autem importunitas euagatio mentis ad illicita, ſecundum quod in arce mentis reſidet, volentis ad diuerſa ſe diffundere, *B. Thom. ſecund. Secundæ, q.* 35. *art.* 4.

Importunus qui portu, i. quiete caret, ſemper fluctuans, cui nulla in re pax, & qui alios inquietat.

Eruditi viri ἀκαιρίαν temporis inſcientiam appellant. Si quis ad importunitatem referat, intelliget importunum hominem tempus opportunum ignorare, adeoque extra tempus omnia dicere & facere.

Importunitas, ſeu intempeſtiuitas eſt congreſſio moleſtia iis quibuſcum congrediaris. Homo autem ἄκαιρος id eſt, qui ad amicum occupatum accedens, velit re communicata cum illo deliberare, quique ad amicam ſuam febri laborantem veniat comeſſatum. Solet etiam eum, qui iam ante fuerit ex ſponſu condemnatus adire, rogans vt pro ſe quoque intercedere velit, & ad dicendum teſtimonium tunc venit quum res eſt iudicata: ad nuptias autem vocatus, In mulierum genus inuehitur. Eos qui è longinquo itinere modo aduenerint, ad deambulandum ſecum inuitat: re iam vendita emptorem ſecum adducit, qui pluris ſit empturus. Sæpe etiam è medio hominum ſibi aſſidentium ſurgit, vt rem illis ortus à capite exponat, quam omnes iam audiuerint ac pernorint: & quæ nollet quidem aliquis, ſed denegare tamen erubeſcit, ad illa curanda promptus eſt. Ad eos qui ſacra faciunt & illas concelebrant, accedit, vt aliquam inde partem auferat. Quod ſi præſente eo famulus cædatur, ſibi quoque puerum aliquando fuiſſe narrabit, qui ſimiliter virgis cæſus ſe ſuſpenderit. Idem captus arbiter, quos litigantes, quorum vterque rem tranſigi optat: inter ſe committet. Denique ſaltaturus ſocium manu prehendit, qui nondum ſit vino madidus, *Theoph. in characterib. ethicis,* περὶ ἀκαιρίας.

EEE Importu-

Importunitatis hieroglyphicon muſca, apud Pierium, Lib. 26. vbi multa obſeruatu digna.

Importunum eſſe, & importune fieri, quæ ſunt fiuntve præter rationem loci ſeu temporis, ſeu perſonarum. *Virgil. Importunæq; volucres Signa dabant:* Præterea importunum hominem dicimus, procacem moleſtumque, à quo importunitas dicta eſt. Sic opportunum econtra dicimus, ſiue opportune accidere, quod pro deſiderio noſtro accidit, à quo fit opportunitas, quod commoditatem ſignificat. Scribiturque per duplex pp. Nec venit ab opus, ſed ob & portus, quod nauigantibus maxime vtiles optabileſq; portus ſint.

¶ Loci Biblici.

Importunitas ſæpe obtinet quod amicitia extorquere non poteſt, *Luc.*21,8. Importunitatis *Exempla*: filii prophetarum, 2.*Reg.*2. v.16.17. vicinus. *Luc.*11.8. Vidua, 18.5.

# Impoſsibilitas.

¶ Poeticae Sententiae.

Plaut. Moſt.

*Vna opera ebur atramento candefacere poſtulas.*

Virg. Eclog. 1.

*Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,*
*Et freta deſtituent nudos in littore piſces:*
*Ante per erratis amborum finibus exſul*
*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,*
*Quam noſtro illius labatur pectore vultus.*

Ouid. in Ibin.

*Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor,*
*Iunctaq; cum luna lumina Solis erunt.*
*Parſq; eadem cœli Zephyros emittet, & Euros,*
*Et tepidus gelido ſtabit ab axe Notus.*

Ibidem.

*Et ver autumno, brumæ miſcebitur æſtas,*
*Atq; eadem regio, veſper & ortus erit:*
*Quam mihi ſit tecum, poſitis, quæ ſumpſimus, armis*
*Gratia, commiſsis improbe rupta tuis:*
*Quam dolor hic vnquam ſpacio euaneſcere poſsit,*
*Leniat aut odium tempus, & hora meum,*
*Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,*
*Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.*

Sen. Tyeſt. Act. 3.

*Amat Thyeſten frater? æthereas prius*
*Perfundet Arctos pontus & Siculi rapax*
*Conſiſtat æſtus vnda, & Ionio ſeges*
*Matura pelago ſurget, & lucem dabit*
*Nox atrox terris: ante cum flammis aquæ,*
*Cum morte vita, cum mari ventus fidem,*
*Fæduſq; iungent.*

Ouid. 2. Pont. 4.

*Longa dies citior brumali tempore, noxq;*
*Tardior hyberna ſolſtitialis erit:*
*Nec Babylon æſtus, nec frigora pontus habebit,*
*Calthaq; Peſtanas vincet odore roſas.*
*Quam tibi noſtrarum veniant obliuia rerum.*

Ouid. 1, Pont. 7.

*Nam prius incipient turres vitare columbæ,*
*Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas,*
*Quam male ſe præſtet veteri Gracinus amico.*

Ouid. 2. Pont. 7.

*Cyniphiæ ſegetes citius numerabis ariſtas,*
*Altaq; quam multis floreat Hybla thymis.*
*Et quot aues motis nitantur in aera pennis.*
*Quotq; natent piſces æquore, certus eris:*
*Quam tibi noſtrorum ſtatuatur ſumma laborum,*
*Quos ego ſum terra, quos ego paſſus aqua.*

2. Pont. 11.

*Nominis ante mei veniunt obliuia nobis,*
*Pectore quam pietas ſit tua pulſa meo.*
*Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,*
*Quam fiat meriti gratia vana tui.*

Perſius 5.

*Sambucam citius caloni aptaueris alto.*

Olymp. Nemeſ. Eccl. 1.

*Namq; prius ſiccis phocis naſcentur in aruis,*
*Hirſutuſq; freto viuet leo, dulcia mella*
*Sudabunt taxi, confuſis legibus anni,*
*Ante dabit flores autumnus, ver dabit vuas,*
*Meſſem triſtis hyems, æſtas tractabit oliuas,*
*Quam taceat Melibœe tuas mea fiſtula laudes.*

Claud. Paneg. in Probum.

*Ante dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ*
*Errabunt, glacieq; niger damnabitur Indus,*
*Ante Thyeſtæis iterum conterrita menſis*
*Interciſa dies refugos vertetur in ortus,*
*Quam Probus a noſtro poſsit diſcedere ſenſu.*

Idem 1. Eutrop.

*Iam teſtudo volat, profert iam cornua* [illegible]
*Prona petunt retro fluuii vada, Gadibus* [illegible]
*Armenii texere diem. iam frugibus aptum*
*Æquor & aſſuetum ſiluis delphina videbo,*
*Iam cochleis homines iunctos, & quidquid* [illegible]
*Nutris, Iudaicis quæ pingitur india velis.*

¶ Philosophicae Sententiae.

Impoſsibile ex impoſsibili ſequi non poteſt. *Alex.* [illegible] *Prior. c.* 10.

Impoſsibile eſt id quod in omni neceſſaria conſecution[e] [illegible] poſsibili ſequitur. *idem ibid.* Impoſsibili antecedente, [illegible] quoq; conſequens eſſe neceſſe eſt, *idem ibid.*

Impoſsibile non accidit niſi cum aliquid dicitur contra[…] re ſimul ſecundum totum: ſecundum particulas vero [illegible] poſsibile, *Auerro. Phyſ.* 6. *tex.* 81.

Impoſsibile non ſequitur ex impoſsibili ſed neceſſar[…] ex qua ſequitur impoſsibile, eſt impoſsibilis, *id. de cælo,* [illegible]

Impoſsibile eſt imaginari aliquod eſſe poſsibile in reſpe[ctu] entis, & impoſsibile in reſpectu agentis: quoniam contin[…] patiens impoſsibile, id eſt, poſsibile impoſsibile, *idem* [illegible]

Impoſsibilitas ad rem omnino fugit aſpectum rei; [illegible] vero ad rem multum accidit ac eſſe rei, *idem* 7. *Metaph.*

¶ Adagia.

Prius ouem lupus ducat vxorem, πρὶν κεν λύκος ὄϊν ὑμεναιώσῃ [illegible] *ſtoph.*

*De his, inter quos inſanabile diſsidium eſt. Conſimili* [illegible]
*Horat.*      *Sed prius Apulis*
*Iungentur capræ lupis.*

Prius duo Echini amicitiam ineunt. πρὶν δὲ δύο ἐχῖνοι [illegible] θοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου.

*De iis qui moribus ac ſtudiis ſunt inter ſe diſcrepantes* [illegible] *vt ſpes ſit aliquando inter eos neceſsitudinem coituram.*

Prius locuſta bouem pariet.

*M. Varro de lingua Latina lib.* 3. *refert ex Ennio verſum* [illegible]
*Atque prius pariet locuſta lucam.*
*Nam lucas antiqui boues appellabant ob magnitudin[em]*

Mare prius vitem tulerit. τὸ πέλαγος πρότερον [illegible]

*De iis quæ nullo pacto fieri poſſunt. Nam ſalſitudo* [illegible] *ciſsima. Diogen.*

Prius teſtudo leporem præreuerterit. πρότερον χελώνη [illegible] μεῖται δασύποδα.

*De re neutiquam veriſimili. Diogen.*

Surſum verſus ſacrorum fluminum feruntur fontes. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί. *Euripid.*

*Prouerbialis allegoria, qua quippiam præpoſtere fier[i]* [illegible] *mus, legitimaſque rerum vices inuerti.*

Fontes ipſi ſitiunt.

*Ironia prouerbialis in eos, qui petunt ab aliis, quod* [illegible] *abundet domi. Cic.*

Citius in naui cadens à ligno exciderit. θᾶττον [illegible] τῶν διαμάρτοι ξύλου.

*Hyperbole prouerbialis qua tantam vbique copiam* [illegible] *vt quacunque te vertas occurrat, quod quæris.*

Aquilam teſtudo vincit. ἡ λίσκετο πρὸς χελώνης [illegible]

*Accipi poteſt per Ironiam, aut ſimpliciter, vbi qui* [illegible] *arte vicit, & quod viribus non poteſt, aſsiduitate conſe[quitur].*

Terra volat. ἡ γῆ πέταται.

*De re vehementer abſona, quæque nullo pacto fieri* [illegible]

Citius elaphantem ſub ala celes. θᾶττον ἂν ἐλέφαντα [illegible] κρύψειας.

*De iis, quæ diſsimulari nullo pacto poſſunt, quin* [illegible] *prodant animi morbum.*

Ab Aſino lanam.

*De iis, qui ſtulte quærunt ea, quæ nuſquam ſunt.*

Simul ſorbere & flare difficile. *Plaut.*

*Huic affinia videntur: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire* [illegible] *mo poteſt Deo ſeruire & Mammonæ. Item, illud Plautinum* [illegible] *tore & amico non potes eodem vti.*

Sine pennis volare haud facile eſt.

*Locum habet, cum deeſſe ſignificamus adminicula,* [illegible] *negotium peragi non poſsit. Plaut. in Penulo.*

Impoſsibilia captas. ἀδύνατα θηρᾷς.

*In eum, qui molitur quod efficere non queat.* [illegible] *hunc eſſe ſenſum? ne quis tentet maiora ſuis viribus.*

Scarabeus citius faciet mel.

*Ad τῶν ἀδυνάτων claſſem pertinent, quare fertur* [illegible] *Pallada.*

θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος ἢ γάλα [illegible]
*Mel citius faciet Scarabæus & ante* [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bithynum faucibus colas. ἐν θρείκων γαςρὶ ἀλίζεις.
De re maiorem in modum abſurda, quæq; fieri nullo pacto poſſit.
Nunquam efficies, vt recte ingrediantur cancri. οὐ ποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν.
Quod à natura ſit inſitum, vllo non corriges negocio.
Sambucam citius.
Adagii ſpeciem præ ſe gerit Perſianum illud carmen.
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Quoties vſus incidet: Si quando ſignificabimus aliquem à diſcipli-na percipienda, ſiue munere gerendo nimis alienum eſſe.
Lenticulam angulo tenes. φακῆ γωνίας κρατεῖς.
De negocio, quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc legu-minis genus angulis careat. Refertur à Suida.
Ex arena funiculum nectis. ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις.
Ex arena funiculum nectere, eſt fruſtra conari, quod nulla ratio-ne poſſit effici.
Aſini cauda. ὄνου κέρατηλίαν οὐ ποιεῖ.
Idem: Aſini cauda non facit cribrum: vbi quis ad hoc aut illud ſtatur inutilis.
Augeæ ſtabulum repurgare, Αὐγέου βουςασίαν.
Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rem maiorem in mo-dum inquinatum.
Veſte circumfers ignem. ἱματίῳ τὸ πῦρ περιςέλλεις.
Vbi quid ridicule fit, aut vbi quis ſuam ipſius malum fouet: vel ſcortum, aut adulatorem, aut fictum amicum.
Lupo agnum eripere poſtulat.
Vbi quis fruſtra conatur prædam recipere, cui ſemel manus inie-cerit rapax aliquis. Plau.
Luſciniæ deeſt cantio.
Perinde quaſi dicas. Mulieri deſunt verba: Poetæ verſus: Orato-ri ſolar. Sophiſtæ cauillum Plautus in Bacchidib. Ego quoq; pol me-ti ne luſciniola defuerit cantio. Die Nachtigall können nicht ſin-gen. Item, Die Krüppel können nicht hincken.
Quid ſi cœlum ruat. τί εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι.
In eos, qui tutiſsimis etiam in rebus ridicule timent. Te-rentius in Heautontimorumeno: Quid ſi nunc cœlum ruat?
Supra ſe porrecto vltra Taygetum capite. ταῦρος ἐπεκκύψας τὸν Ταύγετον ...
De re vehementer abſurda.

¶ Emblema.
Impoſſibile.
Emblema. LIX.

*Abluis Æthiopem quid fruſtra: ah deſine! noctis*
*Illuſtrare nigra nemo poteſt tenebras.*

# Impoſtor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Impoſtores dicuntur deceptores & qui fallunt præſtigiis quibuſ-dam, ab imponendo ſeu decipiendo dicti. Græc. φέναξ, φενάκη, ... adulterina; φενακίζω, decipio, illudo, inanibus rerum ſimula-cris & præſtigiis ludicris inſipientium ſenſus perſtringo. φέναξ, de-ceptionis artifex, impoſtor. Hebr. *Hakob*, impoſtor, ſupplantator, à ... *Hakab*, ſupplantauit calcaneo, peſſundedit, calcauit pedibus, per tranſlationem decepit. Hinc Græcis per aphæreſin κύβος, cu-bitus ... os prope calcaneum.
Impoſtura ab eo dicta, quod adulterinas merces pro veris ſup-ponit. *Vlpian. de crim. ſtel.*

¶ Loci Biblici.

Impoſtores deſcribuntur. *Eph.*4.14.*col.*2.22.23.1.*Pet.*2.2.*Iud.v.*8.

¶ Philosophicae Sententiae.

Impoſtores corrumpunt auditorum animos. *Iſocrates.*
Mores hominum non ſimplicium, ſed inſidioſorum, magis quam viperas fugere debemus. *Theophraſtus.*
Speecioſa verbis, re inania aut ſubdola, quanto maiore libertatis imagine teguntur, tanto erumpunt ad infenſius ſeruitium, *Tacitus Annal. lib.*1.

¶ Adagia.

Dare verba.
*Paſſim obuium eſt apud omnes authores, pro eo, quod eſt fallere.*
*Perſius Satyra* 4.
*Vt mauis, da verba & decipe neruos.*
*Terentius.*
*Cui verba dare difficile eſt.*
*Ouidius:*
*Verba dat omnis amans.* Glatte wort ſchleiffen. Hoff wey-rauch verkauffen.
Addere manum.
*Pro eo quod eſt, ludibrio habere.*
Os ſublinere. *Plaut.*
*Pro eo, quod eſt, dare verba, & arte quadam illudere, reperitur a-pud authores.* Das heinlein durchs Maul ziehen. Ein Aſſen drehen.
Obtrudere palpum. *Cic.*
*Ab arte fucoq; decipere, vnde & palpari pro adulari, & palpones, adulatores vocamus. E ſimili metaphora tracta ab equiſonibus qui ferocientibus equis plauſu manus adblandiuntur.* Den Kautzen ſtreichen.
Facere fucum. *Terent.*
*Impoſturā facere, artificioſa diſsimulatione deludere.* Täuſchen.
Circumtondere comam. περικείρειν τοὺς πλοκάμους. *Lucian.*
*Græcis in prouerbio eſt pro eo, quod eſt ludibrio habere.*
Noua hirundo. νέα χελιδών.
*Suidas ait, dici ſolere, quoties verba darentur alicui. Quadrabit in eos qui falſa ſpe quapiam iniecta, fallunt ac nocent.*
In laqueum inducere. ἐν βρόχοις ἀγειν.
*Et in Caſſes inducere, eſt arte ſic includere quempiam, vt iam nul-lum ſit effugium.* Zum Garren bringen. Auff das Eyß führen. In das Garn bringen.
Epheſiæ literæ. ἐφέσια γράμματα. *Diog.*
*Dictum videtur de iis, qui mira felicitate tanquam diuina vir-gula quicquid optarent, aſſequerentur.*

# Impotentia.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

IMpotens quæ mala ſunt mala ille quidem eſſe nouit: ſed agit ea, victus & debilitatus obiecta ſpecie voluptatis. *Lib 7 Eth.c.*1.
Hoc quidem perſpicuum eſt, hominem impotentem non putare ea quæ agat, eſſe facienda, priuſquam ſit in perturbatione. *Lib.*7. *Ethic.cap.*2.
Fit neſcio quo pacto, vt imprudentia, impotentiæ coniuncta ſit virtus: contra enim facit ac ſentit, propter impotentiam, *ibid.*
Non cernitur in omnibus qui vndiq; & abſolute eſt impotens, ſed in quibus intemperantes: nec ex eo quod abſolute in his affectus eſt (idem enim eſſet quod impotentia) ſed quod certo quodam ge-nere & modo ſit affectus, iudicandus eſt, *Lib* 7.*Ethic.c.*3.
Qualis eſt hiſtrionum, talis iudicanda impotentium oratio. *ibid.*
Impotentia vituperatur, non ſolum quia peccatum ſit: ſed etiam quia aut omnino aut abſolute vitioſitas quædam ſit, aut aliqua ex parte. *Lib.*7.*Ethic.c.*4.
Eorum qui in corporis voluptatib. verſantur iis, in quibus tem-perantem & intemperantem eſſe dicimus, qui non conſulto & co-gitato, ſed inconſulto & ſine iudicio immoderatas voluptates ſequi-tur doloreſq; nimios fugit, vt fames, vt ſitis, eorumq; omnium, quæ in tactu, guſtuq; conſiſtunt: is non cum adiunctione, ſed abſolute impotens dicitur. *ibid.*
Similis eſt impotens ciuitati, quæ ſtatuit illa quidem quæ ſunt præclare omnia, legeſq; habet & bonas, & ſalutares, ſed nulli paret. *Lib.*7.*Ethic.c.*10.
Facilius impotentia ſanari eorum poteſt, qui atra bile tenentur, quam eorum qui ſtatuunt, nec ſtant in eo quod ſit iudicatum, Et ii qui conſuetudine, quam qui natura impotentiam compararunt. *Lib.*8.*Ethic.c.*10. & *Magn. Mor l.*6.
Eſt aliquis qui propter perturbationem à recta ratione deſciſcit, quem vt ne agat ex rationis præſcriptione, impellit perturbatio: ea-dem tamen, vt ei certum ſit & deſtinatum eius generis voluptates perſequi oportere, non vincit. Hic impotens nominatur, qui & me-lior intemperante eſt, nec plane improbus. Saluum enim in eo & integrum eſt principium quo nihil in nobis eſt præſtantius. *Lib.*7. *Ethic.cap.*8.
Impotentia alia ex temeritate, alia ex imbecillitate gignitur. Alii enim conſilio capto, non ſeruant, neq; tenent id quod ſtatuerunt vi-cti & debilitati obiecta ſpecie voluptatis: quia nihil ſe neq; rationem conſuluerunt, à perturbatione rapiuntur. *Lib.*7.*Ethic, cap.*7.

# Imprecatio.

¶ LOCI BIBLICI.

IMprecatio, Deuotio, Diræ. Græc. ἀρὰ κατάρα. Imprecor eſt mali quippiam in alicuius caput præcari. Hebr. *Arar*, maledixit, exe-cratus. Vnde Græcæ voces. *Meerah*, maledictio, execratio, *Kabab*, execratus eſt, maledictis & imprecationibus perfodit aliquem. Im-precatio autem, in S. Scripturis eſt vſitata Spiritui ſancto in ore ſer-uorum Dei aduerſus peccatores: ſed timenda potius, quam imitan-da. *Exempla*, in adulatores, *Pſal* 28.4. & 12.4. calumniatores, 76.*v.*6. fœneratores, *v.*12. deriſores, *Nehem.*5.13. hoſtes Chriſti, *Pſalm.*69.24. & 70,7. hoſtes regni Dauidis, 70.3.17.13. hoſtes Eccleſiæ, *Iudic.*5.13. *Pſalm.*74.3 & 83.*v.*10.12. & 137.7.*Ierem.*17.18. Hypocritas, *Pſal* 5.11. & 28.4. & 31.22. Idololatras, 135.17.*Ier.*10.11.*Oſee.* 9. 15. impios & Dei ignaros, *Pſ.*9.18 & 13.10. & 59.14. & 68.2. & 69.23. & 79.7. & 83.19. *Neh* 4.4.*Ier.*10.25. ingratos, *Pſalm.*69.12 *Rom.*11.19.*Ier.*18.*v.*21.22. perſe-cutores, *Pſal.*35.26. & 37.15. & 6.9.23. & 79.11. & 119.78. *Ierem* 20.*verſ* 12, *Thren.*2.*verſ.*22.45. proditores, *Pſalm.*55.16 & 109.6, *Nehem.*6.*v*

14.*Gal.*5.12. Sic imprecantur mala Noe, *Gen.9.v.*24.25. Sacerdotes, *Num.*5.*v.*20.21.22. Moſes, 16.15. Angelus, *Iud.*5.23. Debora & Barac, *v.*3. Samſon, 16.28. Dauid, 1.*Sam.*24.*v.*12.13. Ieremias, *Ierem.* 10. *v.*11.25.17. & *v.*18 v.18.*v.*19.20.21. & 50, *v.*20.45. Chriſtus etiam imprecatur mala Iudæproditori & ſynagogæ Iudaicæ, *Pſalm.*107.*v.*6.7.8.9.10.11. &c. Paulus, *Gal.*5.12.2.*Tim.*4.v.14.15. Petrus, *Actor* 8.20. Angelus, *Apoc.*8.6. Quinetiam ſibiipſis imprecati ſunt mal Prophetæ, & nonnulli alii, ſed cum conditione *Exempla:* Moſes, *Exod.* 32.31.32. *Num.*11, v.13.14.15. Elias, 1.*Reg.*19.4. Daniel, 1.*Paral.*21.17. *Pſal.* 7.*v.*4.5.6. Iob, *Ioa.*6.*v.*8.9.10. Ieremias, *Ierem.*20.v.14.15.16.17.18. Ionas, *Ioan.*4.*v.*9. Tobias ſenior, *Tob.*3.*v.*6. Paul, *Rom.*9.3. Imprecationes piis vitandæ, 2.*Tim.*4 *v.*14.

---

# Improbitas. Improbus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IMprobitas, Scelus, impietas, malitia, peruerſitas, prauitas. Græc. μοχθηρία, φαυλότης. Hebr. *Heuel*, Improbitas, iniuſtitia: *Haual: houel*, improbus, iniuſtus, à verbo *Hiuil*, perdite egit, improbe fecit, vide *Pſalm.*71.4. *Iob.*16.11. & 18.21. *Eſa.*26.10. Præterea improbitas alia voce deſignatur, nempe *Kol*, id eſt, leuitas: *Ierem.*3.9. à verbo *Kalal*, Leuis fit: Nihil enim ſolidum & firmum in improbitate 3. *Reſchahh* & *Riſhhah*, improbitas, & *Raſchahh*, improbus, à verbo *Hirſchihahh* improbe fecit, in 3. coniugatione. Paſſim damnantur improbi, vide ſupra tit. Impii.

## ¶ PHILOSOPHICAE ET HISTORICAE. SENTENTIAE.

Improbus eos perdit ad quoſcunq; acceſſerit, illarumq; facultates ſibi applicare ſtudet. *Iſocrat.*

Improbi fidem ſeruant, non quod libeat, ſed quia fidem frangere ſine clade non licet, *idem.*

Improbi cognatos negligunt, hæreditatem eorum deſiderant. *idem.*

Improbi non quem volunt, ſed quem poſſunt defraudant, *idem.*

Sub tyrannis improbi honorantur ob ſcelera, *idem.*

Optabile eſſet frontibus improborum notas quaſdam eſſe impreſſas, vt caueri poſſent, *idem.*

Si improbitatem animi ſeditionem & morbum appellauerimus, recte dicemus, *Plato in Sophiſta.*

Ad improbitatem profligandam ea iuſtitiæ pars, quæ in caſtigando verſatur, apte eſt inſtituta, *idem, ibid.*

Si amici deſint, nullum maius eſt improbitatis argumentum, *idem epiſt.*7.

Falſis voluptatibus improbi homines ſæpe numero exultant: probi vero, veris, *idem in Philebo.*

Improbitas inſignis non ridetur, ſed maiore quadam vi, quam riſu, vulnerari vult, *Cicero de Oratore, lib.*2.

Improbi ſunt, qui pecunias contra leges cogunt: ſtulti, qui quod licere iudicatum eſt, prætermittunt, *idem, Act.*3. *in Verrem.*

Plærumq; improborum facta primo ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atq; fama, tum accuſator, tũ iudex. *idem in finib. bon. & mal.*

Hominis improbitas, quamuis aſpera ſit, non vſq; adeo fera tamen omnino eſt & moroſa, quin frequentibus beneficiis ſuperata ſeſe inuertat. *Dionis Syracuſani dictum apud Plut.*

Improborum riſus, inſanum vultus habituſq; demonſtrat, *Senec. epiſt.* 52.

Improbi ad honores promoti, quo fuerint indigniores, hoc & negligentiores fiunt, imprudentiaque magis & audacia pleni. *Stob. ſerm.*41.

Facile conciliat improbos morum ſimilitudo. *Appian. l.*5. *de bello ciuili.*

Coaſpernantes veterem diſciplinam, haud minus principum vitia amant, quam olim virtutes verebantur. *Tacit hiſtoriarum, l.*1.

Peſſimus quiſq; diffidentia præſentium mutationum pauens, aduerſus publicum odium priuatam gratiam præparat: vnde nulla innocentiæ cura, ſed vitæ impunitas. *idem. eod. lib.*

Qui priuatim iudicia & leges metuunt, publico terrore timorem ſuum obumbrare conantur. *Thucyd. lib.*6.

Hominem improbum non accuſari tutius eſt quam abſolui. *Liuius lib.*4. *decad.*4.

Nihil agunt improbi contra innocentes. *Lamp. in Heliogabal.*

Ad ea ſe cogi dicunt, quæ vel ſceleribus comparant. *Capitolin. in Macrino.*

Improbitas proficiſcens per præſentes voluptates, harum perſuaſionibus vtitur, vt nulli ſecum ſentiant. At virtus ad arduum ducens, non eſt admodum potens ad ſubito inconſultoque attrahendum ad ſe, præſertim ſi alii ſint qui contra ad decliue molleque adhorreatur. Quare ſi qui ex inertia atque laborum fuga improbiores ſint, hos ego arbitror, veluti fucos, ſolum impenſa ſociis eſſe detrimento: Quicunq; vero laborum mali ſoci[...] dum autem plus aliis vehementes impudenteſque [...] probas duces præſtant, *Xenoph. lib.*2. *Cyropedia.*

Improuiſa & ineuitabilis res eſt improbitas, *Nicet.* [...] *Comnen. lib.*3.

Timenda res eſt improbitas, ac ſuomet teſtimonio [...] & arguente conſcientia nihil boni expectat, *idem. [...]*

Improborum vitam breuem fore dicimus, Prophetam [...] tem ſecuti, qui viros ſanguinarios & doloſos ad dimidium [...] ſuorum peruenturos eſſe negat, *idem. ibid. lib.*3.

Improbi homines nec in proſpera quidem, nec in [...] tuna ſuos immutare mores ſat poſſunt: quos tamẽ [...] quid patiuntur occulere ſolent, &c. *Procop. de bello Got.*

## ¶ SENTENTIAE POETICAE

Seu Poetarum Græcorum & Latinorum dicta, de [...] & improbis, Monoſticha.

Heſiod.
*Opum maiorem quam vitæ rationem habent [...]*
Publius.
*Malus eſt vocandus qui ſua cauſa eſt bonus.*
Plautus.
*Improbus qui beneficium ſcit ſumere, & reddere [...]*
Publius.
*Felix improbitas optimorum eſt calamitas.*
Sophocl.
*Cum tibiis iniurius, cur fortunam accuſas.*
Ennius.
*Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res.*
Terent.
*His nunc precium eſt, qui recta praua faciunt.*
Publius.
*Quotidie eſt deterior dies.*
Simonides.
*Nec vllus expers criminis, nec mortis eſt.*
Plautus.
*Sine virtute argutum ciuem habeo pro præfica.*
Menand.
*Odi improbum, qui frugi ſermonem profert.*
Idem.
*Deformis eſſe malo, quam pulcher improbus.*
Plaut.
*Pulcrum ornatum turpes mores peius cæno colli[...]*
Æſchylus.
*Improbi fortunati intolerabiles ſunt.*
Petronius Arbit.
*Quiſquis inops peccat, minor eſt reus.*
Horatius.
*Vitiis nemo ſine naſcitur.*
Perſius.
*Auriculas aſini quis non habet?*
Propertius.
*Vnicuique dedit vitium natura creato.*
Menand.
*Quicunq; nihil ſcit, ille vir peccat nihil.*
Seneca.
*Haud eſt nocens, quicunq; non ſponte eſt nocens.*
Idem.
*Mens impudicam facere, haud caſus ſolet.*
Menand.
*Peruertitur natura prauis moribus.*
Idem,
*Improbi fuge congreſſum.*
Idem,
*Conſortium improbi te reddet improbum.*
Idem.
*Quis moribus bene viuere queat in malis!*
Ouid.
*Ars fit, vbi à teneris crimen condiſcitur annis.*
Publ.
*Male facere qui vult, nuſquam non cauſſam inuenit.*
Menand.
*Improbitas varias cogitationes volunt.*
Pythagor.
*Improbi viri eſt, imprudenter agere & loqui.*
Menand.
*Inconſiderata res improbitas.*
Auſonius.
*Turpe quod auſurus, te ſine teſte time.*
Publius.
*Legem nocens veretur, fortunam innocens.*
Menand.
*Non molliuntur viſcera improbi viri.*
Senecæ.
*Dat ille veniam facile, cui venia eſt opus.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Publius.

*Malus ſemper ſua natura veſcitur.*

Idem.

*Grauius animi pœna eſt, quem poſt facta pœnitet.*

Menand.

*Audire monita non ſolent vlla improbi.*

Publ.

*Malus vbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peßimus.*

Theognis.

*Improbus animus ad extremum delegitur.*

Sophocl.

*Diuina pœna improbos celeriter opprimunt.*

Menand.

*Viuusq; mortuusq; plectitur improbus.*

Auſonius.

*Felix criminibus nullus erit diu.*

Diogenian.

*Mordebit vel capra nocentem.*

Horat.

*Culpam pœna premit comes.*

Publius.

*Cito improborum læta in perniciem cadunt.*

Idem.

*Ille nocens ſe damnat quo peccat die.*

Incert.

*Refert bonorum exemplis puniri improbos.*

Seneca.

*Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.*

Menander.

*Miſer eſt improbus, felix licet.*

Idem.

*Lucrum malum moreſq; fugias improbos.*

Theognis.

*Improbum vt portum periculoſum fugito.*

Prolixiores poetarum ſententias vide tit. *Malitia, Vitium, Vitioſitas.*

¶ Adagivm.

...mali, poſt hos Ægyptii, &c.

...er improbos, *ſceleratiores quidam deprehenduntur, qui ſocios ...datos efficiunt.*

...m mali.

*...gente improba dictum. Strabo lib.* 10.

...commatis.

*...ſimi numiſmatis comma. In improbum & Sycophan- ... ad penuriam redactum.*

...terinus.

*...robus eſt* κίβδηλος *duplex, corruptus, qui aliud præ ſe fert, ali- ...*

...dam nequiſſimus.

*...improbiſsimo cæteros malis artibus ſuperante dictum. Cicero ... domo ſua.*

...tibicen.

*...ſycophanta & improbo calumniatore dictum.*

...extant alia in improbos adagia quæ inter Eraſmiana refe- ...tur, vt Phrynondas alter, Ambrones, Ballio, Bergenſes, Eury- ... duplex cappa, Bomolochos, Inexploratus, Diagoras, lupide- ...utis, Cercopus cœtus, Aliterius, compendiaria res impro- ...&c. Et inter Adagia ſacra Muſcæ morientes fœtidam reddunt ...ſuauitatem, ferrum ferro conteritur, Achitophel alter, Fi- ...prudentiores filiis lucis, Iudas non dormit.

¶ Similitvdines.

...Sodoma peccatum ſuum enunciant, non celant, *Eſa.* 3.9. ...mihi omnes iſti vt Sodomitæ, & habitatores Ieruſalem, vt ...*Ier.* 23 14.

...Thebanus Iſmerias diſcipulis ſuis oſtendens tam eos qui bene ...qui ſecus tibia canerent, ſolitus erat dicere, Ita canendum, ac ...non eſt ita canendum: Antigenidas vero etiam oblecta- ...maiore iuuenes arbitrabatur bonos tibicines audituros, ſi ...malorum quoq; experimenta egiſſent: ita mihi vide- ...quoq; impigriores fore vitarum ſpectatores, & æmulos ...rum, ſi nec peruerſarum & improbatarum ſimus rudes, *Plut.* ...*Demetrio.*

...nulli amores, ex vulgi ſententia, ſunt deformes: ita turpia de- ...improbum vitia, *Anonym.*

...cœcis perinde eſt ac dies, & improbis idem eſt vanitas atque ...*idem.*

Vide Tit. *Impietas, Malignitas, Malitia, Vitium, Vitioſitas.*

# Imprudentia.

¶ Definitio et etymolog.

Imprudentia, Græc. ἀβουλία, ἀσυνεσία, ἄγνοια, & ἀφροσύνη. Hebr. *Scheg-...*, ignorantia, incogitantia, error, inicqia peccatum per ig-...rantiam admiſſum; a verbo *Schaghagh*, incogitanter egit imprudens fecit. Vide *Leuit.* 4.2. & 5.18. *Num.* 15.28. Imprudentia cauenda, *Eph.* 5. 17. ἄφρων, ἄγνως, ονος, ὁ, ἡ, imprudens dicitur. Imprudentia autem ſumitur tripliciter, ſcilicet negatiue, priuatiue & contrarie. Prima non eſt peccatum, ſed ſecunda eſt peccatum ratione negligentiæ: tertia vero ſecundum ſe eſt peccatum mortale, ſi ſit contra præceptum Dei; aliter eſt peccatum veniale. *Ex B. Thom. ſecund. Secundæ, q. art.* 1.

Imprudentia eſt generale peccatum participatiue non autem eſſentiale. Cuius ſunt triplices partes, ſcilicet ſubiectiuæ, id eſt, monaſtica, politica, & œconomica: Potentiales, id eſt, præcipitatio ſeu temeritas, inconſideratio, inconſtantia & negligentia: Et integrales, quæ reducuntur ad potentiales. *Ex B. Thom ſecund. Secundæ, q.* 53. *artic.* 2.

Imprudentia, rationis eſt vitium, male viuendi cauſa. *Ariſtot. libel. de virtutibus.*

Imprudentia eſt, iudicare peruerſe de rebus, deliberare perperam, congredi inepte, vti neſcire præſentibus bonis, in falſam adduci opinionem, de iis, quæ ad vitam ſunt bona & honeſta, Sectatur autem Imprudentiam, inſcitia, incontinentia, ruſticitas, obliuio.

¶ Philosophicae et Historicae Sententiae.

Multi homines diſputando de rebus haut ſecus quam animantes brutæ pugnando, ſolam ſibi victoriam proponunt. Vt autem nihil præter vtilitatem ſuam & aſtantium agatur, ac ne rerum veritas offendatur, eius veritas offendatur, eius rationem nullam habent, *Euſeb. apud Stob. ſerm.* 4.

Imprudentia res omnino grauis eſt, vt quę res etiam per ſe faciles oneroſas efficiat, & inter alias vxorem quoque. Non paucis enim intolerabiles fuerunt nuptiæ: non quod ſua culpa aut ſuapte natura talis ſit cum vxore ſocietas: ſed quando ducimus quas non oportebat, & ipſi quoq; plane imprudentes ſumus in vita, neq; inſtructi ad ducendum ingenuam vxorem, tum vſu venit vt difficilis ac intolerabilis ſocietas ſit. *Herocles de nuptiis apud Stob. ſerm.* 65.

Cauendum id in primis eſt, ne rationum oſores euadamus, quēadmodum nonnulli hominum oſores fiunt. Nullum enim maius quam hoc malum nobis accidere poſſet, videlicet ſi rationes odio habuerimus. *Plato in Phædone.*

E bonis mala naſcuntur hominibus, ſi qui bona non recta ratione regere, neq; facile ferre nouerunt, *Democritus.*

Qui corpus exercent & negligunt animam, imprudenter agunt, principem partem negligentes, vt ſubiectam & infimam excolant, *Plato in Chyroſonte.*

Ad conuiuium inuitati præſentibus vtimur, quod ſi quis iuberet hoſpitem apponere ſibi piſces aut placentas, imprudens videretur. At nos in mundo petimus à diis, quæ non dant: cum multa interim ſint quæ exhibuerunt, *Epictetus.*

Egregii vero ſcilicet ſunt, qui ſibi valde placent in rebus externis, neq; noſtri arbitrii. Vt ſi quiſpiam dicat, Ego te melior ſum: poſſideo enim prædia, vt ſame cruciatis, &c. Atqui equus equo non dicit, melior te ſum, multum enim pabuli habeo: aurumque frenum & ſellam pictam: ſed quia te velocior ſum. Si quidem omne animal ex virtute & vitio ſibi propriis melius deteriuſue iudicatur, *idem.*

Eos ne prudentes putas, qui facienda dicendaque cognoſcunt? Hos ipſos. Quos vero imprudentes arbitraris? Nonne qui neutrum iſtorum ſciunt? Ita ſane. Igitur qui vtrumq; iſtorum ignorant, imprudentes ſeſe produnt, dicendo faciendoq; ea quæ non conuenit. Sic videtur, *Plut. in Alcibiade.*

Homines imprudentes tutiſſimum putant omnia metuere, ac nemini confidere, *Plut. in Cleomene.*

Virorum qui ſuperati ſunt mentes neſciunt in iiſdem periculis ſibi conſtare, *Thucyd. lib.* 2.

Non eſt prudentum neque generoſorum hominum res alienas fortitudine quærere, & pati ſuas per ignauiam amitti. *Dion. Halic. libro* 11.

Imprudentia ſolet plerumque calamitatem antecedere, *Appian. de bello Mithr.*

Qui nihil ante præuidit imminente periculo trepidat, concurſat, cohortes diſponit: hæc tamen ipſa timide, adeo vt omnia eum deficere videantur, vt qui in ipſo negotio cogatur capere conſilium *Cæſar. l.* 5 *de bello Gall.*

Sæpe honeſtas rerum cauſas ni adhibeas in iudicium, pernicioſi exitus conſequuntur, *Tacit. hiſt. l.* 1.

Quibus de rei ſumma periculum imminet, ſtultum eſt alia curare, *Procp. de bello Vandal. lib.* 1.

¶ Apophthegmata. Et Similitvdines.

*Demoſthenes*, cum vidiſſet ineptum quendam dæmagonum, magna voce concionantem, dixit, Non magna res ſtatim bona eſt, ſed bona ſtatim eſt magna, *Stob ſerm.* 4.

*Socrates*, fugitiuos nullo perſequente trepidare dicebat, & imprudentes, licet nihil aduerſetur ipſis fortuna, perturbari, *ibid.*

*Idem* Fauente fortuna imprudentes bacchantur aduerſante inſaniunt, *ibidem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Idem* Imprudentum vita, tanquam hiſtrio, multa faſtus & arrogantiæ gerit indumenta, *ibid.*

*Idem* Imprudentibus, ſicut infantibus, vtcunque leuis occaſio ſatis eſt ad luctum, *ibid.*

*Idem* Errant peregrini in viis, in rebus imperiti & rudes. *ibid.*

*Rheginus.* Solare lumen imbecillus & impotens viſus aſpicere nequit: ita veritatem infirma mens conſpectare non poteſt. *Serm. de amicitia.*

*Crates* imprudentes homines tenebris comparabat: quod niſi carceribus & vi coactio officium ſuum non faciunt *Stob. ſer.* 4.

*Bion* grammaticos aiebat errores Vlyſſis inquirentes, non animaduertere ſuos, neque videre, quod eodem (vt ille) modo errent, dum labores multos exhauriunt. *Eod. ſer.*

*Heraclitus.* Mali fiunt etiam oculi & aures ſtultorum hominum, qui barbaros habent animos. *ibid.*

*Socrates* Neque muſices ignari inſtrumenta concinnate, neque imprudentes infortunia ſibi accommodare poſſunt. *ibid.*

*Idem* Languenti onus impoſuiſſe idem eſt, ac imprudenti bonam fortunam, *ibid.*

Neque nauigantes præter loci commoditatem appellere tutum eſt, neq; imprudentes vitam agere, periculo vacat. *idem ibid.*

Proteus quidem formam, imprudens vero animum vbiq; mutat, *idem ibid.*

*Philippus Macedo,* comparabat Statuis quibuſdam, quæ nihil aliud habent quam os apertum, & magna pudenda, *ibid.*

*Demades* tibiis ſimiles eſſe dicebat Athenienſes, quod adempta lingua nihil reſidui rationis haberent. *ibid.*

*Diogenes* cum in Stoa retrorſum incederet, ridentibus nonnullis, non vos, inquit, pudet, viuendi facere iter retrogradum, mihi vero deambulando tantum id facienti vitio dare? *ibid.*

*Socrates.* Luxurioſi, cum ægrotant, & imprudentes, quando ſiniſtram experiuntur fortunam, vix curari queunt, *eod. ſer.*

*Ariſton Chius* hominum vulgus Laerti comparabat, qui cum reliqua ruri diligenter curaret, ſeipſum negligebat: ſic & illos ſtudioſiſſimos quidem eſſe circa poſſeſſiones, animum autem feris obrutem affectibus non excolere aiebat. *ibid.*

*Diogenes* ſe multos quidem videre colludentes, colluctantes, & diſcurſantes, dicebat: nullos autem qui virtuti operam darent, *ibid.*

Neq; Achillis arma Therſiti, neq; animi bona homini imprudenti conueniunt, *Socrates eod. ſerm.*

Victus ægrotantis & bona inſipientis fortuna multum continet moleſtiæ, *idem, ibid.*

Tonitrua pueros in primis & minæ ſtultos territant, *idem, ibid.*

Neq; vox in piſcibus, neq; virtus in hominibus imperitis quærenda, *Sextus, apud Anton. & Maximum, ſer.* 28.

¶ Sententiae Biblicae.

Theſaurus deſiderabilis & oleum in habitaculo iuſti: at imprudens homo diſſipabit illud, *Prou.* 21.20.

Flagellum equo, camus aſino, & virga in dorſo, imprudentium, *cap.* 26.3.*v.*

Sicut canis qui reuertitur ad comitum ſuum; ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam, *eod. c. v.* 11.

Corona ſapientum diuitiæ eorum, fatuitas ſtultorum imprudentia. *Prou.* 14.24.

Vide Eccleſiaſtici, *cap.* 20.24. & 21.28. & 22.18. & 31.7.40. & 34.1. & 40.32.

¶ Poetarum Dicta.

Menander.

*Imprudentia nihil quicquam eſt audacius.*
*Imprudentia hominibus ſpontaneum eſt infortunium.*
*Res mihi cœca videtur imprudentia.*

Heſiodus.

*Miſer nimirum valde deplorat poſtmodum.*
*Calamitatem ſuam lugens, quæ non reuocabilis eſt.*

Menander.

*Nullus peccandi ſatis eſt magnus prætextus.*

Theognis.

*Multos viros ſatietas perdidit inſipientes.*

Sophocles in Aiace.

Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.
*Homines enim malæ mentis bonum præ manibus*
*Habentes, non cognoſcunt antequam amittatur.*

Idem in Electra.

Βουλῆς γὰρ οὐδὲν ἐστὶν ἔχθιον κακῆς.
*Conſilio enim nihil eſt peius malo.*

Heſiodus.

*Imprudens eſt, quiſquis præſtantioribus certare vult:*
*Et victoria priuatur, & dedecore ſupra dolorem afficitur.*

Sophocles.

*Quam intractabile malum eſt amentia.*

Menander.

*Nemo rem, dum peccat cognoſcit: ſed quanta ſit.* Idem.
*Peccati magnitudo, poſtmodum videt.*
*Graue eſt, peccata eiuſmodi committere.*
*Qualia qui admiſerunt, vel nominare verentur.*

Euripides.

*Non ſapit ille, qui in metu quidem infirmus ...*
*Animo autem paululum collecto, ...*
*Non decet mores nimium eſſe leues.*
*Nullus vbi ſe iam videt lapſum, leue ſibi ...*

Æſchylus.

*Ne homo fortunatus, ſed imprudens, ...*
*Porro ſtultitia.*
*Maxime ſoror malitia.*

Euripides.

*Qui cum imperito ſapienter loquitur, non ...*

¶ Similitudo.

*Laurentij Iuſtiniani Patriarcha.* Quemadmodum ... tutibus modum imponit, ne fiant vitia: Ita è contra ... tem ſi adſit timor, tranſit in deſperationem: ſi dolor, ... nem: ſi amor, in adulationem: ſi ſpes, in præſumptionem ... in diſſolutionem: ſi ſcelus, in furorem, *Lib. de ligno ...*

Fabula. Fures.

Fures, qui ſe per ruinoſum parietem in ædes ... ſent, cum quod auferre poſſent nihil reperirent, gallum ... pentem & cantantem comprehendunt, & ſecum ... iugulaturi orantur ab eo, ſibi vt parcant, ſuum enim ... lem hominibus eſſe, quos excitet è ſomno ad operam ... Tum fures eo libentius, inquiunt, te occiderimus, ... quorum vigilantia obſtet conatibus noſtris.

Fabula ſignificat, malis ea maxime aduerſari, quæ ... ſunt. Monet & hoc, imprudentes ea ſæpe defenſione ... aduerſariorum adiuuetur cauſa, quam ſua.

*Vide Stultitia, Stupiditas, Ruſticitas, Impr...*

# Impudentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG...

IMpudentia eſt (*vt inquit Ariſt. 3. Rhetor*) contemptio ... que earum rerum, quas verecundi reformidant.

Impudentia gloriæ contemptio eſt, ſordidi quæſtus ... cta. Impudens autem ille, qui quem fruſtraturus ſit, ... mutuatur: quippe vbi diis immortalibus ſacra ... alium cœnat, ipſe carnes ſuas ſale conditas recond... accerſito, panem & carnem largitur è menſa, ac ... ctis, veſcere, ait, honoratiſſime.

Impudentia contemnit Dei & omnium hominum ... reſpectu ſenſus conſcientiæ propriæ omnibus cupi... habenas.

Impudentia eſt famæ neglectus turpis lucri gratia. ... ethicis charact. vbi luculenter impudentiam & ... pingit Ἀναισχυντία, ἀναίδεια Græc. Variis nominibus ... Hebræi deſignant. 1. *Haccarah*, dicitur, id eſt, aſperita... bo *Hacar*, aſper fuit, ruſtice & parum ciuiliter ... vrgendo eum, 2. Quoniam robuſti & diuites ... temnunt & ſuperciliosè intuentur, nomen adiectum ... *Caſon*, corroborauit, pro robuſto, & audace accipi... tiunt de voce *Hezun*, robur, à verbo *Hazan*. Obfirm... am intrepido vultu fortes homines apparent.

¶ Loci Biblici.

Impudentia cauenda, *Rom.* 14.12.

Impudentia damnatur, *Rom.* 13.13. 2. *Cor.* 12.21. *Eph.* ...

¶ Sententiae Poetic...

Theodectus.

Ἅπαντ᾽ ἐν ἀνθρώποισι γηράσκειν ἔφυ,
Καὶ πρὸς τελευτὴν ἔρχεται τὴν τοῦ χρόνου,
Πλὴν (ὡς ἔοικε) τὸ ἀναιδείας μόνον.
Αὕτη δ᾽ ὅσῳ περ αὔξεται θνητῶν γένος,
Τόσῳδε μείζων γίγνεται καθ᾽ ἡμέραν.
*Omnes humanæ res natura conſeneſcunt,*
*Et ad finem temporis veniunt,*
*Præter ſolam (vt videtur) impudentiam.*
*Hæc enim quanto magis genus augetur mortalium*
*Tanto fit maior quotidie.* Menand. in ...
Ὦ μεγίστη τῶν θεῶν,
Νῦν οὖσ᾽ ἀναίδει᾽, εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
Δεῖ δ᾽ ἔτι· τὸ κρατοῦν γάρ, νῦν νομίζεται θεός,
Ἀφ᾽ ὅσον βαδίζεις; ἐφ᾽ ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς.
*O maxima deorum!*
*Hoc temporis impudentia, ſi modo te deam ...*
*Sed oportet: nam quod imperat pro Deo ...*
*Quantum progrederis? quouſq; peruentura ...*

Diphilus.

Οὐκ ἔστιν ἀναιδοῦς ζῶον οὐδὲν θρασύτερον,
Κακὴ γὰρ αἰδὼς ἔνθ᾽ ἀναίδεια κρατεῖ.
*Homine impudente nullum animal eſt confidentius ...*
*Malus enim eſt pudor, vbi vincit impudentia.*
Ἤδη νῦν αἰδὼς μὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὄλωλεν,
Αὐτὰρ ἀναιδείη γαῖαν ἐπιστρέφεθ᾽ ὁμῶς.
*Nunc verecundia quidem inter homines peri...*
*At impudentia terram peragrat vbiq; ...*

Euripid. in Medea.

Οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία,
Φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν.
Ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσον.
Πασῶν ἀναίδει', εὖ δ' ἐποίησας μολών.
*Hæc non eſt animoſitas, neq; fortitudo,*
*In faciem intueri amicos male à ſe affectos:*
*Sed maximus morborum inter homines.*
*Omnium impudentia: bene autem feciſti, quod adueneris.*

Menander.

Ἀπηρυθριᾷ πᾶς, ἐρυθριᾷ δ' οὐδεὶς ἔτι.
*Omnes perfricta ſunt fronte, nec vllus amplius erubeſcit.*
Ὁς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδε, οὔτε, δεδιέναι,
Τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.
*Qui vero nec erubeſcere ſcit neq; metuere,*
*Ille primas vniuerſæ tenet impudentiæ.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ, ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. Mulier ſimul cum veſte pudorem etiam exuit. *Herodot. li. 1. hiſt.*

Quare te impudens appellatus eſt, niſi quia iſta, quæ neq; ſunt, neq; facta ſunt, propter impudentiam palam dicere nihil pudet? *Demoſth. or. 1. contr. Ariſtog.*

Sed tamen qui ſemel verecundiæ fines trāſierit, eum bene & gnauiter oportet eſſe impudentem. *Cicero in epiſt. fam. lib. 5. ad L. Luceium.*

Ἐπειδὴ καὶ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὕτη δοκεῖ μεγίστη ἐπὶ πάντα αἰσχρὰ ἡγεμών.

Ingratitudini vero potiſſimum impudentia videtur eſſe comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux eſt, *Xenoph. in lib. 1, de pædia Cyri.*

Impudentia eſt habitus animæ infamiam lucri cauſa ſubiens. *Speuſip. in Plat. definitionib.*

Impudentia eſt parui factio, & contemtio. *Ariſt. Rhet. 2.*

Impudentia malum eſt, cum turpia agere non verecundatur. *Ariſt. Eth. 4.6.*

Impudens eſt, qui vbiq;, & in omnes loquitur, & omnia vtcunq; facit. *Idem ma. moral. 1. c. 27.*

Ingratitudini potiſſimum impudentia videtur eſſe comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux eſt. *Xenoph. Cyropæd. Lib. 2.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Caligula* dicebat, ſe nihil magis in ſua natura probare, quam ἀδιατρεψίαν, hoc eſt inuerecundiam. Pudor enim, vt multis ad honeſtas actiones obſtat, ita nonnunquam improbæ mentis homines à turpibus reuocat. Vox carnifice quam imperatore dignior. *Eraſ. Apophth.*

*Anonymus.* Quum teſtis, qui ſe dicebat à reo vulneratum, interrogaretur, an cicatrices haberet: ingentem in femore cicatricem oſtendit. Tum aduerſarius: Latus, inquit, erat opportunius, ſignificans illum vulnere lethaliore dignum. *Idem.*

¶ SIMILTVDO.

*Marci Eremitæ.* Sicut leæna iuuencam amico nō accedit animo: ſic impudentia triſtitiam ſecundum Deum beneuole & libenter accipit. *De lege ſpirituali.*

¶ ADAGIA.

Lingua non redarguta. ἡ μὲν γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἐστιν, ἡ δὲ φρὴν ἀνέλεγκτος.

*In eos quadrat, qui rationibus conuicti, non cedunt tamen, ſed pergunt reclamantes, aduerſus ſuam conſcientiam.*

Faciem, os perfricare. Frontis perfrictæ. *Plinius.*

*Dicuntur, qui pudorem omnem dedicerunt, velut abſterſo manu pudore.*

Dea impudentia. Θεὸς ἡ ἀναίδεια. *Zenodod.*

Dei ſolitum: *Vbi quis ex audacia, inuerecundiaq; ſua lucrum aut emolumentum ferret.*

Nudo capite. γυμνῇ κεφαλῇ.

*Nudo capite facere quippiam dicuntur, qui palam ac circa pudorem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, iis mos erat: vultibus caput operire.*

Atticus aſpectus, ἀττικὸς βλέπος. *Ariſtophan.*

*Perinde eſt, quaſi dicas: Os impudens. Nam hoc vitio notati ſunt Atticorum mores.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Impudentiæ exempla: Rachel, *Geneſ.* 30, 1, Nabal, 1. *Sam.* 25, 10. Iuda, *Eſa.* 3, 8. Pſeudoprophetæ, *Ierem.* 8, 12, Antichriſti, *Daniel*, 8, 23; Iudas, *Matth.* 26, 49, *Ioan.* 18, 5.

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Homericus Achilles Agamemnonem* κυνώπα appellat, id eſt, canino aſpectu, & apud eundem.

Κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.
*Canis habens oculos, cor cerui.*

Impudentiam ſignificans cum timiditate coniunctam. *Eraſmus in Adagiis.*

*Ariſtogiton*, orator Athenienſis, ob impudentiam canis vocatus eſt. *Ælian. Var. hiſt.*, *Volat. lib. 13. c. 4. Anthrop.*

*Vatinius*, qui bis à Cæſare ſibi reconciliato in iudiciis publicis defenſus eſt, impudentiſſimus fuit. Aſſiduo enim, vt Seneca ait, cōuitio depudere didicerat.

*C. Cæſar. Caligula* immaniſſima facta augebat atrocitate verborum. Nihil magis in natura ſua laudare ſe ac probare dicebat, quā (vt ipſius verbo vtar) ἀδιατρεψίαν, hoc eſt, inuerecundiam. *Sueton.*

*Moſynæ in Ponto* in propatulo cum mulieribus concumbebant viri, ſpectantibus quibuſcunq;. *Diod. lib. 14.*

*Alexander VI. Pp.* ſpurios ſuos non diſſimulato nomine Nepotes, vt reliqui: ſed filios appellare conſueuerat. *Guicciardinus li. 1.*

*Penelopes* Procos Odyſſ. φ. pudebat, ſi ab Vlyſſe mendici habitu in arcu extendendo ſuperarentur: non pudebat autem (quod illis Penelope obiicit) Vlyſſis abſentis bona abſumere.

Fuit *C. Fimbria* perditiſſimæ audaciæ homo, & ad quoduis facinus deſignandum accommodatiſſimus, qui Craſſum intéremit, quique in funere C. Marii, Q. Scæuolam virum ornatiſſimum & ſanctiſſimum vulnerandum curauit: & vbi ferrum non alte in corpus deſcendiſſe accepiſſet, diem illi dixit. Admirantibus cunctis, quod Pontifex Maximus optimum totius ciuitatis ciuem accuſaret, crimen expectantibus, dixit: ſe illum accuſare, quod non totum telum corpore excepiſſet. *Cicero pro Roſcio.*

¶ HIEROGLYPHICA.

*Canis* hieroglyphice *impudentia* ſignificatum eſt. Nam vt apud Pollucem legimus, canis oculum habere dicitur is, qui nimio plus impudens eſt. *Pier. Valer. lib. 6. pag. 51. C. & 32, D.*

*Simia* quoq; *impudentiæ* eſt hieroglyphicum. Ea ſiquidem partibus iis: quas verecundia occultari iubet, aſſidua ſeſſione depilatis, natibuſq; ita turpiter denudatis, improbum exhibet ſpectaculum. *Pier. lib. 6. pag. 58, F.*

¶ EMBLEMATA.

Impudentia.
Emblema LXVIII. And. Alciati.

*Pube tenus mulier, ſuccincta latrantibus infra*
*Monſtrorum catulis Scylla biformis erat.*
*Monſtra putantur auarities, audacia, raptus:*
*At Scylla eſt, nullus cui ſit in ore pudor.*

¶ FABVLA.

Lupus & Agnus.

Stabat ſupra agnum in ripa fluminis lupus, qui cum vellet, ſi deuoraſſet illum, hoc iure feciſſe videri. Cur tu, inquit, toruo vultu & minacibus verbis, ſceleſte, puras vndas inquinas, vt ad me defluant turbidæ? Egone; inquit timens & trepidans agnus, quia infra te aſtiti, & a quo ad me illæ deferuntur. At enim maledicis, inquit, lupus, neque recordare, quam pœnam ob petulantiam linguæ pater tuus perſoluerit ante menſes ſeptem. Non ego tum, inquit agnus, procreatus fui. Scio vero, lupus inquit, quam vaſtum relinqueris nuper campum omnibus herbis nudatum. Nunquam hoc, inquit agnus, factum reperies, neque ego omnino, cum dentibus caream, facere potui. Tandem lupus: Tu quidem, inquit, ſatis dicaculus es & diſertus, ego tamen laute cœnare decreui, atq; ita correptum agnum deuorauit.

Fabula narratur de impudentia facinoroſorum.

# Impudicitia.

¶ DEFINITIO.

IMpudicitia. Græce ἀσέλγεια, ας, ἡ; ἀσελγὴς, έος, ὁ, ἡ, impudicus dicitur. Eſt autem impudicitia circa oſcula & tactus, & alios actus circumſtantes actum Venereum. *B. Thomas ſecunda Secundæ, q. 154. art. 1.*

¶ BIBLICI LOCI.

Impudicitiæ pœnæ, *Apoc.* 22. Impudicitia contra naturam, *Geneſ.* 19. 5 & 35, 7. *Leuit.* 13. 22, & 20, 13. *Iud.* 19, *v.* 22. 30. *Roman.* 1. 15, 26, 1, *Corinth.* 6. 10. *Epheſ.* 5, 12, 1. *Tim.* 1, 10. 2. *Pet.* 2, *v.* 7. 8.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Milites Cæſaris* in Gallico triumpho hos verſiculos iactabant in Cæſarem:

*Vrbani ſeruate vxores, mœchum caluum adducimus.*
*Auro in Gallia ſtuprum emiſti, hic ſumbſiſti mutuum.*

Notabant, quod in prouincia agens, alienas vxores auro corruperit: Romæ non emerit, ſed mutuum ſumpſerit, quod vxor ipſius male audiret de Claudio. Niſi forte quiddam obſcœnius intelligi voluerunt. Nā Suetonius aliquanto poſt commemorat, quod Curio Pater in oratione quadam appellat illud omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem. *Eraſ. li. 6. apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

*D. Cypriani.* Si quis pingendi artifex vultum alicuius & ſpe-

ciem, & corporis qualitatem æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam conſummatoque ſimulachro manus alius afferret, vt iam formata, iam picta quaſi peritior reformaret, graues prioris artificis iniuria, & iuſta indignatio videretur. Tunc exiſtimas impune laturam tam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offenſam? Vt enim impudica circa homines & inceſta fucis lenocinantibus non ſis, corruptis violatiſque quæ Dei ſunt, peior adultera detineris. *Tracta. de habitu Virginum.*

*Impudicitia*, Panthera ſic auida eſt excrementorum hominis, vt ſi in vaſe ſuſpendantur altius, quam poſſit attingere, enecet ſeſe, defatigati porrectu corporis: Ita nonnullis, quod eſt fœdiſſimum, id dulciſſimum eſt. *Eraſ.*

¶ ADAGIA.

Onobatis ὀνοβάτις.

*Quadrabit in quamuis proſtitutæ famæ.*

Oſce loqui.

*Oſce loquitur vetuſto prouerbio dicebantur, qui turpiter parumque pudice loquerentur.*

AEgis venit. αἰγὶς ἔρχεται.

*Suidas indicat, prouerbium dici ſolitum de iis, qui petulanter & impudenter agerent.*

¶ FABVLAE.

Iupiter.

Fuerat Iupiter creatis hominibus oblitus verecundiam quoque attribuere, cum reliquos omnes affectus attribuiſſet. Ergo dubius animi non inueniens viam, qua & hanc illis inſereret, iubet, vt ipſa in turbam & multitudinem ſeſe inferat. Quod cum facere admodum grauaretur Iupiter autem vt faceret, valde inſtaret, contenſiſſe tandem hac conditione dicitur, ne libido eodem quo ipſa accederet. Huius enim coniunctionem vel potius conſpectum ſe tolerare non poſſe. Ex eo fit, vt omnes impuri & libidinoſi etiam ſint inuerecundi.

Narratur fabula, contra impudicos & ſeruientes turpitudini cupiditatum.

*Vide Fornicatio, Meretrix, Scortatio.*

---

# Impunitas.

LOCI BIBLICI.

IMpunitas multis noxia. *Eccl.* 8. 11. Impunitas, venia peccati, licentia, ἀτιμωρησία Hebr. *Chen.* i. gratia, quæ aliquoties in bonã partem ſumitur, præſertim reſpectu Dei, facientis miſericordiam.

¶ APOPHTHEGMATA.

*M. Cato* dicere ſolebat, Iniuriam etiamſi facienti nihil adferat periculi, vniuerſis tamen periculoſam eſſe. Sentiens impunitæ iniuriæ exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim ſi liceat impune lædere nullus erit tutus improborum violentia. *Plut. in Rom. apoph.*

*Idem*, exhortans magiſtratus ad ſumendas pœnas de his, qui delinquerent, dicebat, eos, qui maleficos prohibere poſſent, & tamen impunitate donarent, lapidibus obruendos eſſe. Sentiens, eos Reipublicæ pernicioſiſſimos eſſe, qui permitterent impune contra iuſtitiam, æquitatem, & vrbis leges agere. *Plu.*

*Idem* addebat, ſe malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro maleficio perpetrando non dare pœnam. Significans, nihil eſſe periculoſius impunitate, quæ ſemper ad deteriora inuitat, *ibidem.*

¶ FABVLA.

Puer & Mater.

Itabat in ludum literarium puer paruulus, atque illic condiſcipulis ſuas tabellas negligentius aſſeruantibus, ſuffurari eas, & afferre matri ſolebat. Ea pueri furtis delectabatur, tantum aberat, vt ob delicta filium ſuum caſtigaret. Itaque ille, quod pueritia facere aſſueuerat in paruis, grandior in magnis etiam exercere cœpit. Deprehenſus autem quodam tempore in manifeſto furto, & capite damnatus, cum ad ſupplicium duceretur, valde obſecrauit carnificem, vt ſibi matris, quam ſequi cum lachrymis & eiulatu animaduerterat, compellandæ poteſtatem faceret: Qua re facile impetrata, os ille, tanquam arcanam quandam orationem habiturus cum matre, ad aurem ipſius applicat, & mordicus hanc arripit. Quod factum non ſolum matre, ſed etiam multitudine male ferente, neque vt furi faciente conuitia, ſed etiam vt impio, docuit ille, matrem ſe vltũ vt poſſet, quæ cauſa eſſet illius exitii & ignominioſæ mortis. Si enim, cum quondam, inquit, ad eam pueriles afferebam tabellas, me caſtigaſſet, non proceſſiſſem eo vſque audaciæ, qua nunc ad crucem adigor.

Fabula monet, neglecta delictorum ſupplicia cauſam eſſe ſolere, vt illa maiora fiant & cumulatiora.

*Vide Correctio, Correptio, Diſciplina, Pœna.*

# Incantatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG

INcantatio, Græce ἐπῳδὴ, ῆς ἡ: & ἐπῳδὸς, ῦ, ὁ, incan
Eſt autem incantatio ſuperſtitioſa & illicita, ſi
ad dæmones pertinens, vel nomina ignota, vel aliqua
na, vel aliqua ſigna præter crucem. *ſecundum B. Thom.*
*cundæ, q, 96. art. 2.*

Incarnatio Hebr. *Chaſchaph*, à verbo *Chiſcheph*,
ſus perſtrinxit.

Incantare proprie eſt, verbis ſolis, vel etiam rebus
adiunctis aliquid ſupra naturã moliri, vnde incanta
mentum. Plinius: Quæſtionis ſemper fuit, valeant
& incantamenta carminum. Carmen etiam non
tationem ſignificat. *Virg.*

*Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.*

¶ BIBLICI LOCI.

Incantationes & maleficia, *Exod.* 7. 11. & 8. 18. &
31. & 20. *Verſic.* 6. 27. *Num.* 23. 23. *Deut.* 18. 10. 1. *Samuel*
2. *Reg.* 17. v. 17. & 21. 6. *Eſa.* 2. 6. & 44. 25. & 47. 13. *Ierem.*
*Verſ.* 2. 10. *Mich.* 5. 11. *Actor.* 8. v. 8. & 13. 6. & 19. 19. *Gal.*
& 21. 8.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. *Leuit.*

Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid
polluamini per eos. *ibid.*

Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, &
rit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & inter
medio populi ſui. *ibid.* 10.

Quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus De
bit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum
inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam
gnem: aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia
ria: ne ſit maleficus, nec incantator: nec qui Pythones
diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim
natur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit
tu tuo. Perfectus eris & abſque macula cum Domino
Gentes iſtæ, quarum poſſidebis terram, augures &
tu autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. *Deut.*

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Illud quod eſt ſecundum inſtitutiones hominum, par
ſtitioſum eſt, partim non eſt ſuperſtitioſum. Super
quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda
pertinens, vel ad colendam, ſicut Deum, creaturam
creaturæ, vel ad conſulationes, & pacta quædam
Dæmonibus placita atque fœderata: qualia ſunt
gicarum artium: quæ quidem commemorare potius
ſolent poetæ: ex quo genere ſunt (ſed quaſi licentiori
ſpicum & augurum libri. Ad hoc etiam genus pertinent
gaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque
demnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam
characteres vocant, ſiue in quibuſcunq; rebus ſuſpen
ligandis, vel etiam ſaltandis quodammodo, non ad
corporum: ſed ad quaſdam ſignificationes aut occultas
ſtas quæ eminentiori nomine phyſicam vocant, vt
ſtitionem implicare, ſed naturæ prodeſſe videantur
res in ſummo ſingularum aurium aut de ſtruthio
ſulæ in digitis: aut cum dicitur tibi ſingultienti, vt
pollicem ſiniſtrum teneas.

Omnes igitur artes huiuſmodi vel nugatoriæ, vel
ſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum &
quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta,
pudiandæ & fugiendæ Chriſtiano. *Auguſt. lib. 2. de doctr.*
*ſtiana. & habetur 20. q. 2. Illud.*

Admoneant fideles ſacerdotes populos ſuos, vt
cas artes incantationeſq;, quibuslibet infirmitatibus
nihil remedii poſſe conferre, non animalibus languentibus
dicantibuſue vel etiam moribundis quicquam
ſunt lâqueus & inſidiæ antiqui hoſtis, quibus ille
manum decipere nititur, & ſi quis hoc exercuerit,
detur, laicus anathematizetur. *Auguſt. & habetur*
*moneant.*

Nec mirum de magorum præſtigiis, quorum
prodiere maleficorum artes, vt etiam Moyſi
ſtere, vertentes virgas in dracones, & aquam in
cantur. In gentilium etiam libris legitur, quod
Circe ſocios Vlyſſis mutauerit in beſtias. Legitur
ficio, quod Arcades Deo ſuo Lycæo immolabant;
cunque ſumeret, in beſtiarum formas conuerterentur.
omnia magicis præſtigiis potius fingebantur, quam
tate complerentur. Vt ergo ipſi errores ignorantibus

...ſeorum proprietate atque inuentoribus, iuxta traditionem ...patrum dicere, congruum arbitramur. Magi ſunt, qui ...malefici ob facinorum multitudinem nuncupantur. Hi ſunt ...permiſſu Dei elementa concutiunt: conturbant mentes homi-...minus confidentium in Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu, vio-...cantorum carminis interimunt. Vnde Lucanus:

*Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni*
*Incantata perit.*

...monibus enim accitis audēt ventilare, vt quoſcunque ſuos per-...malis artibus inimicos. *Auguſt. lib. de ciuit. Dei & habetur.* ...*Nec.*

...cantatores dicuntur, qui artem verbis peragunt. Arioli, qui ...aras idolorum nefarias preces remittunt, & funeſta ſacrificia ...runt. Haruſpices dicuntur horarum in ſpectores, dies enim & ...in agendis negotiis & operibus cuſtodiunt: & quid per ſingu-...tempora obſeruare debeat homo, intendunt: hi etiam exta pe-...dum inſpiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures ſunt, qui vo-...auium voces intendunt, dicitur enim augurium quaſi auige-...m, quod aues gerunt. Pythoniſſæ à Pythonio, id eſt, Apolline di-...: quæ dicunt, ſe habere ſpiritum, per quem poſſunt futura ...dicere. Geneſiani, qui geneſes, id eſt, natiuitates hominum ...duodecim ſigna cœli deſcribunt, ac per hoc mortes, actus, ...ſus prædicere conantur. Salitores, qui dum eis membrorum ...quæcunque ſalierint, aliquid exinde proſperum ſibi, ſiue ...ſignificari præſumunt. Sortilegi vero communi nomine à ...dicuntur. *Auguſt. lib. de natura dæmonum. & habetur. 26. qu.* ...*ar.*

Qui ſine ſaluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia ...matie prudentem fieri poſſe, non ſanus, ſed æger: non prudēs, ...ſultus in ægritudine aſſidua laborabit, & in cœcitate noxia, ...tus & demens permanebit: ac proinde omnis inquiſitio, & o-...ſcuratio, quæ à diuinis & magicis artibus, vel ab ipſis dæmo-...bus in idolorum cultura expetitur, mors potius eſt dicenda, ...am vita. *Auguſtinus de ciuitate Dei, & habetur 26, quæſt. 2. Qui* ...

...os planetarios, quos mathematicos vocant, plane conſulere ...deſiſtebam, quod quaſi nullum eis ſacrificium, & nullæ preces ...aliquem ſpiritum ob diuinationem dirigerentur, quod tamen ...ſtiana & vera pietas conſequenter expellit & damnat. *Auguſt,* ...*Confeſſionum.*

Non obſeruetis dies qui dicuntur Ægyptiaci, aut Kalendas Ia-...narias in quibus cantilenæ quædam, & comeſſationes, & ad inui-...cem dona donantur, quaſi in principio anni boni fati augurio: aut ...aliquos menſes, aut tempora, aut dies & annos: aut lunæ ſoliſque ...curſum, quia qui & has, & quaſcunque diuinationes, aut fata, aut ...augurna obſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus, inu-...ter & ſine cauſa, magis ad ſui damnationem, quam ad ſalutem ...: ſiue qui per quoſdam numeros literarum & lunæ, & per ...goricam necromantiam ægrotantium vitam, vel mortem, ...proſpera, vel aduerſa futura inquirunt: ſiue qui attendunt ſom-...ia ſcripta, & falſo Danielis nomine intitulata: & ſortes, quæ ...tur ſanctorum Apoſtolorum, & anguria auium: aut aliqua ...pro domo facienda aut propter coniugia copulanda: aut in colle-...ctionibus herbarum carmina dicunt: aut pyctaciolas, pro quauis ...infirmitate ſcriptas, ſuper homines & animalia ponunt, præter ...Symbolum & Orationem Dominicam: aut magicis falſitatibus in ...grandinariis tempeſtatibus credunt. Qui aut talibus credunt, ad ...eorum domum euntes, aut ſuis domibus introducunt, & interro-...gant, ſciant ſe fidem Chriſtianam, & baptiſmum præuaricaſſe, & vt ...paganum, & apoſtatam, id eſt, retro abeuntem, & Dei inimicum, ...iram Dei grauiter in æternum incurriſſe, niſi eccleſiaſtica pœni-...tentia emendatus, Deo reconcilietur. Dicit enim Apoſtolus, Siue ...manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis, in nomine Do-...mini noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo viuimus, mouemur, & ſumus. ...*Auguſt. & habetur. 26. q. 7. Non ob.*

Non eſt abſurdum credere, aliqua diſpenſatione permiſſum fu-...iſſe, non dominante arte magica, ſed diſpenſatione occulta, quæ ...Pythoniſſam & Samuelem latebat, ſe oſtenderet ſpiritus iuſti aſpe-...ctibus regis, diuina ſententia percuſſus: vel non vere ſpiritus Sa-...muelis à requie ſua excitatus eſt, ſed aliquod phantaſma, & illuſio ...imaginaria, Diaboli machinationibus facta, quam ſcriptura Sa-...muelem appellat: ſicut ſolent imagines rerum ſuarum nominibus ...appellari. *Auguſt. in epiſt. ad Simplic.*

Dæmonium ſuſtinentibus, licet petras vel herbas habere ſine in-...cantatione. *Hieron. & habetur 26. q. vlt. Dæmonium.*

Si quis ariolos, aruſpices, vel incantatores obſeruauerit, aut ...phylacteriis eorum vſus fuerit: anathema ſit, *Gregor. & habetur* ...*26. qu. 5. Si quis.*

Contra idolorum cultores, vel aruſpices, atque ſortilegos, fra-...ternitatem tuam vehementius paſtorali hortamur inuigilare cu-...ſtodia, quod ſi emendare ſe à talibus nolle repereris: ſi ſerui ſunt, ...verberibus volumus caſtigari: ſi vero liberi, incluſione digni, diſtri-...ctaque ſunt in pœnam dirigendi. *Greg. & hab. 26. quæſt. 5. Con-* ...*tra.*

Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam (quas ſanctorum ſeu Apoſtolorum vocant) ſortes diuinationis ſcientiam profitentur: aut quarumcunque ſcripturam inſpectione futura promittunt *Iſidor. Etymolog. libr. 8. & habetur 26. quæſt. 1. Sortilegi.*

Non exemplo Matthiæ, vel quod Ionas Propheta ſorte deprehenſus ſit, indifferenter ſortibus eſt credendum, cum priuilegia ſingulorum communem legem omnino facere non poſſint. Si qui tamen neceſſitate aliqua compulſi, Deum putant ſortibus, Apoſtolorum exemplo eſſe conſulendum, videant hoc ipſos Apoſtolos, non niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis, egiſſe. *Beda ſuper actis Apoſtolorum.*

¶ Poeticae Sententiae.

Incantatio frugum, Medea apud Ouid.
*Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam,*
*Deficiunt læſi carmine fontis aquæ.*
*Ilicibus glandes, cantataque vitibus vua.*
*Decidit, & nullo poma mouente cadunt.*
Virgilius in Bucolicis.
*Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.*
*Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis.*
*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*
Virgiliana Dido in 4. Æneid.
*Teſtor, chara Deos, & te germana, tuumque*
*Dulce caput magicas inuitam accingier artes.*
Ouid. lib. 1. de remed. amor.
*Deme veneficiis carminibuſque fidem.*
C. Manilius Aſtronomiæ ſuæ lib. 1.
*Linguas dixere volucrum.*
*Conſultare fibras, & rumpere vocibus angues:*
*Sollicitare vmbras, imumque Acheronta mouere,*
*In noctemque dies in lucem vertere noctes.*
*Omnia conando docila ſolertia vincit.*

*Vide, Tit. Diuinatio, Sortilegium.*

# Incarnatio. Chriſti.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INcarnatio, ἐνσάρκωσις, Domini noſtri Ieſu Chriſti, breuiter & prolixe deſcribitur à Theologis: vt ſequitur.

Incarnatio Chriſti eſt perfecta naturæ humanæ aſſumptio, à filio Dei, in vnitatem ſuæ perſonæ ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως, facta, *Vel.*

Incarnatio, eſt humanæ naturæ aſſumtio à filio Dei facta in vnitatem perſonæ ſuæ ad humani generis redemptionem. *Vel.*

Incarnatio Chriſti eſt pars humilationis filii Dei, dum verus Deus exiſtens, Caro, id eſt, verus homo factus eſt, ad homines perditos inſtaurandos. *Plenior autem hæc eſt.*

Ἐνσάρκωσις, ſeu incarnatio domini noſtri Ieſu Chriſti, eſt arcana diuinaque humanæ carnis, ſeu naturæ aſſumptio: qua vbi venit plenitudo temporis, æternus λόγος exiſtens in forma Dei, Deo Patri ὁμοούσιος, ac coæqualis, formam ſerui ex ſemine Dauidis, in vtero beatæ virginis Mariæ, cooperante Patre & Spiritu ſancto, ſibi in vnitatem perſonæ ἀτρέπτος immutabiliter ἀσυγχύτος inconfuſe, ἀδιαιρέτως indiuiſe, ἀχωρίστως inſeparabiliter, ſaluis nimirum & inconfuſis manentibus cum formis ſeu naturis, vtriuſque formæ ſeu naturæ eſſentialibus proprietatibus, iuxta vaticinia Prophetarum, aſſumpſit: atque ita aſſumpſit, vt qui ante tantum erat Deus, poſtmodum in ſimilitudine hominum, verus etiam factus ſit homo, in vtraque forma viuus & idem Chriſtus ſubſiſtens: idemque Deus ſimul & homo verus, ex virgine natus: vſque adeo vt propter hanc formarum ſeu naturarum vnitionem, primum quicquid ſingularum eſt formarum, illud totum de Chriſto ipſo, ſiue per propriæ perſonæ nomina, ſiue per nomina naturarū in concreto expreſſarum, ſignificato ac denominato, veriſſime ac realiſſime prædicetur: Deinde innumerabilia & excellentiſſima dona, à forma Dei in formam ſerui collata fuerit: Denique vt mediatoris ac redemptoris & nomen, & officium, & honor, ſecundum vtramque natura eidem Chriſto conueniat: hancque ſerui formam hoc modo ideo accepit æternus λόγος, vt in ea ſeipſum humilians, & Patri factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, peccata noſtra ſuo ſanguine expiaret, noſque Patri reconciliatos, per fidem iuſtificatos, & per ſpiritum ſuum ſanctum ſanctificatos, ipſe à Patre exaltatus, ſecum ad glorioſam reſurrectionem æternamque vitam exaltaret.

## ¶ Testimonia Sacra.

Sermo ille factus eſt caro, & commoratus eſt inter nos (& ſpectauimus gloriam eius, gloriam inquam, vt vnigeniti à Patre) plenus gratiæ ac veritatis. *Ioan. 1. 14.*

Sine controuerſia magnum eſt pietatis myſterium: Deus conſpicuus factus eſt in carne, &c. 1. *Tim.* 3. 16.

Incarnatio illa quæ & aduentum Chriſti in carnem, incorporatio, œconomia, diſpenſatio, &c. appellatur) prædicta fuit in veteri teſtamento tum Oraculis, tum typis. 1. *Oraculis, Geneſ.* 3. 15. & 22. 18. &

18 & 49.10, *Deuter*.18.18. 2.*Sam*.7.12.2.1.*Typis*. figura humana, quæ prælud ium quoddam fuit & ſymbolum futuræ incarnationis eius, *Geneſ*.18.2:& 32.24.*Ioſu*.6.12.*Iudic*.13.6. *Dan*.17,3.*Oſe*.12.4.5,2. Tabernaculum Moſis in deſerto, *Ioan*.1.14.*Luc*.1.68.78,79.

Quum nos ob corruptionem carnis noſtræ legem Dei implere ſalutem æternam conſequi, noſque ab æterna morte in quam per peccatum coniecti fueramus, eripere non poſſemus, filius Dei caro factus eſt, vt ipſe legem loco noſtro impleret, noſque obedientia ſua paſſione & morte redimeret, & in integrum reſtitueret, atq; vt ſalutem ita & media ſalutis nobis præſtaret omnia, vt officio mediatoris noſtro bono perſungeretur. Huc referenda ſcripturæ varia teſtimonia. *Pſalm*.40.8.9.& 96.13.& 98.9.1. *Chron*. 16.33.*Eſai*.7.14. & 9.5,6.& 35.4 & 56.1.& 59.20 & 62,13.*Ierem*.23.5.6.*Matth*.5.17. & 9.13.& 18.11,& 20.28. *Luc*.4.43.& 19.10.*Ioann*.10.16. & 12.46.47. & 18.37 *Roman*.8.3.4.1.*Corinth*.1.30.2.*Cor*.5.21.*Gal*.2.20. & 3.10,11.12 13.14.*Philip*.2.8.1.*Tim*.1.15,*Hebr*.10.9.1.*Ioann*.3.5,20.

¶ Patrvm Sententiae.

Chriſtus mediator, &c. vt quia per ima noſtra longe diſtabamus à ſummis, in ſeipſo vno iungeret ima ſummis atque ex eo nobis via redeundi fieret, in qua ſummis ſuis ima noſtra copularet. *Greg. libr.* 20. *Moral.*

Nemo hominum nouit, nec noſcere poteſt ad plenum, quid boni ad gratiam, quid congruentiæ ad ſapientiam, quid decoris ad gloriam, quid commodi ad ſalutem, penes ſeipſam contineat, huius venerandi myſterii, ſcilicet humanæ redemptionis, inſcrutabilis altitudo. *In quadam epiſt.*

Salua proprietate vtriuſque ſubſtantiæ, in vnam coeunte perſonam, ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad rependendum conditionis noſtræ debitum. Nam inuiolabilis natura eſt vnita paſſibili, Deuſque verus homo, verus in vnitate Domini temperatur, vt quod noſtris remediis congruebat, vnus atque idem Dei & hominum mediator mori poſſet ex vno & reſurgere poſſet ex altero. *Leo Papa in ſerm.*

Vbi incarnatio hoc facienda contulit, quod facta, & ſacramentum ſalutis humanæ in nulla vnquam antiquitate ceſſauit, quod prædicauerunt Apoſtoli, hoc annuntiauerunt Prophetæ, nec ſerio eſt impletum, quod ſemper eſt creditum: nec minus adepti ſunt, qui in illud crediderunt promiſſum, quam qui ſuſceperunt donatum. *idem.*

Tempus reſtaurationis, eſt incarnatio Verbi, cum omnibus ſacramentis ſuis ab initio ſæculi. *Hugo in l. de Sacramentis.*

*Vide Tit. Chriſti Incarnatio.*

# Incendiarius, Incendium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INcendiarius, Græc. ἐμπρηστής, έος, ὁ, & ἔμπρησις, ιος, ἡ, ἐμπρησμός, ȣ, ὁ incendium dicitur. Incendiarius, πυρπολητής, Hebr. *Bebhera*, incendium & incendiarius, *Exod*.22.6. à verbo *Biher*, in 2. coniugatione, incendit. In 1. Coniugatione *Bahar*, Arſit, exarſit, furenter egit, vt ſolet ignis ardens: & homo furioſus, iudicio exutus inſtar pecoris, *Bahar* appellatur, *Pſalm* 73.21. Eſt autem incendiarius ſiue incenſor, qui authoritate propria ciuitatem, villam, ſegetem, domum vel arbores incendit, vel ſimilia igne appoſito, ex odio vel vindicta, vt habetur 23. q. *Vltim. can. Peſſimam* & 12. q. 2. *Cum deuotiſſimam.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.
De incendio. Dial. LV.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Ex incendio vix abii. R. Anne igitur euaſiſſe, fortunæ trahis ad iniuriam? ſine quæri Alcibiadem, qui hoſtili ex incendio non euaſit, quanquam vt terreſtre præuideris, cœleſtibus quis iam obſtet incendiis? Romanus mihi rex Tullius Hoſtilius, & Romanus reſpondeat Imperator Carus, quorum primus Romæ in regia, alter in caſtris ad Tygrim amnem, ſi communibus hiſtoriis eſt fides, igne arſit æthereo. D. Bonis meis omnibus amiſſis nudus ex incendio euaſi. R. Quando precor hoc diceret ſeu Bias (vt omnes volunt) ſeu Stilpon, vt vult Seneca, qui incenſa patria admonitus, ſeu increpitus, quod nihil ſuorum bonorum ex incendio efferret, vt cæteri, Bona, inquit, mea omnia mecum porto. Præclare ſiue horum alter id dixerit, ſiue vterque, quamuis hæ voces ex ore primi ſemper authoris clarius ſonent, ſed omiſſo authore, dicti veritas vtique nota eſt. Hærent nempe præcordiis vera bona, viuoque nihil eripitur poſſeſſori, ſed ne mortuo quidem. In anima enim ſunt, quo nec fortunæ, nec mortis dextra ſe porrigit, tu ſaluus & incolumis periiſſe tibi aliquid eorum doles, quæ ſi tua fuiſſent, pro[...] hodie ſalua eſſent. Mihi etenim crede, Vera bona [...] eſt autem virtute nobilius, nec par quidem, quod [...] mitur, ſed purgatur, D. Magnum me afflauit incen[...] neſcio quis famam diuinitatis igne quæſiuit apud [...] comas qamma corripiens primam dubiæ ſpem [...] uio caput arſiſſe, non poeticum, ſed hiſtoricum [...] Conſtat ex flammis Iliacis prodiiſſe Romani Imp[...] Denique ad Heliam incendio abiiſſe Deumq; [...] gnis apparuiſſe, ſacræ loquuntur hiſtoriæ, vt non [...] in vrbibus index hic ſoleat eſſe lætitiæ, qui tibi ma[...] D. Domus igne ſubito couflagrauit mea R. Et tem[...] lim arſit Epheſiæ, quo nil ſecula illa formoſius vide[...] templum cœli Deo ſacrum Hieroſolymis, ipſis e[...] cenderant miſerandum hoſtibus. Et ætate hac La[...] religionis, ac decus eximium orbis terræ bis flamm[...] dens & apertum, vt mihi videtur, iræ cœleſtis ind[...] bile fateor, ſed tremendum ad extremum, vt m[...] guntum, Numantiam & Corinthum, innumera[...] tentauit Romam, & nonnunquam pene ad vltimum [...] nem ſemel, & bis Troiam flamma combuſſit, ari[...] que mundum ipſum credimus. Tu in tuam do[...] qui in cœlum, ac terras arſurus eſt, quereris? D. E[...] uaſi. R. Euaſiſti igitur, an id doles? niſi euaſiſſes, [...] viuus cinis cinerem fles extinctum.

# Inceſtus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INceſtus, dicitur à cingulo Veneris, quod [...] inceſtus conſanguineorum, vel affinium abuſus [...] dicuntur, qui conſanguineis vel affinibus abutun[...] q. 1. c. *Lex illa* §. *Cum ergo.*

Inceſtus eſt, cum perſona conſanguinea, vel affi[...] hibitus quadruplici ratione. *Primo*, quia naturaliter [...] quandã honorificentiam parentibus, & per conſequ[...] guineis. *Secundo*, quia perſonas ſanguine coniunct[...] inuicem ſimul conuerſari. *Tertio*, quia per hoc m[...] plicatio amicorum. *Quarto*, quia cum naturaliter [...] guineam diligat, ſi adderetur amor, qui eſt ex coni[...] rea, fieret nimius ardor amoris, & maximum li[...] quod caſtitati repugnat *ex B. Tom. ſecunda ſecundæ* [...]

Dicimus autem inceſtum & inceſtus, vtroque [...] tur, quaſi non caſtus. Hinc inceſto verbum, quod [...] polluo. Virg. *Totamque inceſtat funere claſſem.* [...] inceſtuoſus, qui inceſtum commiſit. Sunt, qui vel[...] à Veneris cingulo, quod ceſtum dicunt, quo vxor [...] fides dabatur à marito, cingebatur, *dicente Phyllide* [...] *epiſt. ad Demophoonta*:

*Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris,*
*Caſtaque fallaci zona recincta manu.*

¶ Loci Biblici.

Inceſtus quam execrandus, *Deut*.18.v.6.7.& 22, [...] 30.& 27.20.1.*Corinth*.5.v.1.2.

¶ Sententiae Biblicae.

Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non acce[...] turpitudinem eius, ego Dominus Deus veſter. *Leuit.* [...]

Turpitudinem patris tui & matris tuæ, vxoris pat[...] tuæ, filiæ filii tui, & filiæ tuæ, nurus tuæ, vxoris fratris [...] operies. *ibid.*

Qui ſupra vxorem filiam duxerit matrem eius [...] eſt. Viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum [...] veſtri. 20.

Qui dormierit cum nouerca, & reuelauerit ignomin[...] ſui, morte moriantur ambo. (& ita de aliis) *ibid.*

Non accipiet homo vxorem patris ſui, nec reuelabit [...] tum eius. *Deut*.22.

¶ Patrvm Sententiae.

Adulterii malum vincit fornicationem: vincitur autem [...] ceſtu. Peius eſt enim cum matre, quam cum aliena vxore [...] bere. *Auguſtinus lib. de Adulterinis coniugiis & habetur* [...] *Adulterii.*

Sunt enim in fornicatione gradus, vt ſicut grauius [...] ter, quam fornicator, ſic grauius delinquit, qui [...] ducit, eo quod ſuam vxorem habens, ad coniugem [...] cedit, quam qui non habens vxorem, horum alter [...] xoratus ad ſolutam accedens ſed hos omnes inceſtu[...] dunt: quos vincunt contra naturam delinquentes. *Idem* [...] *habetur* 21. q. 7. *Quemadmodum*. §. *Sunt enim.*

…mmiſtio ſororum & fratrum, quanto ſit antiquior compel-
…neceſſitate, tanto poſtea facta eſt damnabilior, religione pro-
… *idem l.17. de ciuitate Dei.*
…cam, quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem
… vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium du-
… Chriſtianorum licebit: quia inceſtuoſus eſt talis coitus ab-
…abilis Deo cunctis bonis hominibus. Inceſtuoſos vero nu''o
… nomine deputandos à ſanctis patribus ſtatutum eſſe legi-
… *Greg. ad Felicem Meſſanæ ciuitatis Epiſcopum, & habetur 35. q.*
… *cam.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Seneca Tragœd. 9.

*Inceſta genitrix detrahit generi fidem.*

Virg. lib. 6. Æneid. de inferno loquens.

*Hic thalamum inuaſit natæ, vetitoſq; Hymenæos,*
*Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

…ceſtus exempla: Loth cum filiabus, *Geneſ. 19. v. 36.* Ruben cum …cubina patris, 35, 22. Iudas cum nuru ſua Thamar, 38, 18. Am…on cum Thamar ſorore Abſolonis 2. *Sam.* 13, 14. Abſalon cum cō…binis patris ſui, 16, v. 21, 22. Populus Iſrael, *Ezech.* 22. v. 9, 10. 11, A… 2, 7. Herodes cum Herodiade, *Matth.* 14. 4. *Marc.* 6. 18, *Luc.* 3, 18 …nthius cum nouerca, 1. *Cor.* 5. v. 1, 2. 3. Inceſtuum pœnæ exempla: …ben. *Geneſ.* 49, *ver.* 3, 4, Amnon, 2. *Sam.* 13, 32, Abſalon, 18, 14. *Vide* …26, v. 11, 12. 13, 14. *&c.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

*Babyloniorum* inſtitutum fuit, vt cum parentibus filii, cum ſoro…s fratres coirent, atq; ex eis ſobolem gignerent. In qua etiam …tentia Chryſippum fuiſſe Plutarchus aſſerit. *Alexand. ab Alex.* … *cap. 24.*

*Perſarum* Magi cenſuere, *Socione lib. 23, teſte,* iuſtum videri cum …a & matre congreſſum. *Attigit Catullus de Gellii inceſtu agens:*

*Nam magnus ex matre gnato gignatur oportet:*
*Si vera eſt Perſarum impia relligio.*

*Parthenius, Parthorum reges* non niſi ex matre & filio natos pro …timis haberi aſſerit. *Theat. Zuuing. fol. 2306.*

*…das, Ethiopes ac Medos,* Hieronymus librorum poſtremo: quos …erſus Iouinianum edidit, non cum matribus ſolum verum cum …s quoq; ac filiabus concumbere ſcribit. *ibid.*

*Arabibus* alterius ſanguinis congreſſus pro adulterio olim fuit. …hmani iuris obliti, præter inceſtum, omnem Venerem pro fla…io repudiarunt. *Stab. li. c. 1.*

*Aſſaon,* cum filiam Nioben ſtuprare vellet, illa filios eius in con…um adductos exuſſit: mox ſeſe ex alta rupe præcipitauit Aſſaon …manu concidit. *Parthen. in Eroticis. c. 33.*

---

# Inconſtantia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

…conſtantia, Græce ἀστασία, ας, ἡ, & ἄστατος, ου, ὁ, ἡ, Inconſtans dici…tur. Eſt autem inconſtantia ſpeciale peccatum imprudentiæ, defi…ens a perficiendo bonum propoſitum: cuius principium eſt in ap…tu, finis autem in intellectu, *ex B. Thom. ſecunda Secundæ. q. 55,* …art.

…conſtantia circa abſtinentiam à delectabilibus, eſt filia luxu…æ: licet etiam, quæ eſt in terribilibus, oriatur ex luxuria, *B. Thom.* … *art.*

…conſtantia eſt filia luxuriæ, quæ eſt, quando quis non ſtat con…to in bono propoſito, ſed ſine cauſa rationabili ex aliqua paſſio…e, præcipue ex amore concupiſcentiæ facit contrarium illius, quod …erat. *B. Thom. ſecunda Secundæ, q. 53.*

…conſtantia quid differat à negligentia, *vide infra Negligentia.* …de autem dicatur *vide ſupra inconſtantia.*

…conſtantia ſeu leuitas eſt animi corruptus affectus, quo fit vt …n perſeueret in recto propoſito aut officiis recte ſuſceptis, ſed …lla pietatis & virtutis ratione habita, ſubinde mutat ſententiā, …ſilia & actiones ad aliorum voluntatem, à quibus commoda vel …commoda ſibi propoſita eſſe iudicat. Hebr. *Pachazuh,* Ierem. 23. … a verbo *Pachaz,* leuis animo fuit, inconſtans fuit ex temeritate & …tate agendi. Cognationem habet cum *Chaphaz,* feſtinauit, pręcip… fuit.

¶ BIBLICI LOCI.

Inconſtantia damnatur, 1. *Corinth.* 15. *verſicul.* 1. 2, 11, 2. *Corinth.* 1. … *Galat.* 1, 6. *&* 3. 3. *Epheſ.* 4. 14, *Hebr.* 13. 9. *Iacob.* 1. 8. *&* 3, 10. 1. *Petri* 5, 2.

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Maximum indicium malæ mentis eſt fluctuatio, & inter ſimula…tionem virtutum, & amorem vitiorum aſſidua iactatio. *Senec. in …epiſt.*

Diuerſitas eſt vitium & ſignum vacillantis animi, ac nondum habentis vigorem ſuum. Nemo proponit ſibi, quod velit: nec ſi propoſuit, perſeuerat in eo, ſed tranſilit: nec tantum mutat, ſed redit: & in ea, quæ deſeruit ac damnauit, reuoluitur. Quid eſt ſapientia? ſemper idem velle atque idem nolle, non poteſt idem ſemper placere niſi rectum. Variatur quotidie iudicium, & in contrarium vertitur: ac pleriſq; agitur vita per vſum. *idem in epiſt.*

Nec peregrinatione longa, nec locorum varietatibus, triſtitiam mentis grauitatemq; diſcuties, animum debes mutare, non cœlum: licet vaſtum traieceris mare: ſequuntur enim te, quocunq; perueneris, vitia. Quid miraris tibi peregrinationes non prodeſſe, cum te circumferas? premit te eadem cauſa, quæ expulit. Quid terrarum iuuare nouitas poteſt? quid cognitio vrbium aut locorum? in irritum cedit iſta iactantia. Onus animi deponendum eſt: non ante tibi vllus placebit locus. Vadis huc & illuc: vt excutias incidens pondus, quod ipſa iactatione incommodius fit, ſicut in naui onera immota minus vrgent inæqualiter conuoluta citius eam partem, in quam incumbunt, demergunt. Quicquid facis, contra te facis: & motu ipſo noces tibi ægrum enim concutis. At cum iſtud exemeris malū, omnis mutatio loci iucunda fiet: in vltimas expellaris terras licet, in quolibet barbariæ angulo colloceris, hoſpitalis tibi illa qualiſcūq; ſedes erit. Magis quis veneris, quàm quo intereſt. Bene viuere enim loco poſitum eſt *idem in epiſt.*

Mutare loca, & in alium de alio tranſire nolo. Frequens migratio, inſtabilis eſt animi. Vt animum poſſis continere, primum corporis fugam ſiſte: deinde plurimum remedia continuata proficiūt, ſine deſiſtere oculos tuos: ſine aures aſſueſcere ſæuioribus verbis: quoties proceſſeris aliquo, quæ remanent, cupiditates occurrent. *idem ibidem.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Cleanthes* cuidam reprehendenti Arceſilaum, quod officia vitæ tolleret: Deſine, inquit, hominem vituperare. Nam ille licet dictis tollat officia tamen factis commendat. Id audiens Arceſilaus: Non moueor, inquit, adulatione. Hic Cleantes, Scilicet, inquit adulor tibi dicens te aliud loqui facere. Cleanthes mitigauit dictum obtrectatoris, ſed ita, vt a crimine inconſtantiæ non liberaret Arceſilaū. Turpiſſimum enim eſt Philoſopho, ſecus docere, quam viuit. Si vita proba eſt, cur docet diuerſa? Si doctrina ſana eſt, cur eam ſecus viuendo refellit? *Laert. lib. 7. cap. 2.*

*Leotychidas* à quodā quaſi minus conſtans eſſet notatus. Mu[t]or, inquit, ſed pro temporum ratione, non vt vos: Prudentis enim eſt, pro re nata mutare conſilia: ſine cauſa autem ſubinde alium fieri, inconſtantiæ vitium eſt. *Plut. in Lacon.*

*Cicero.* Metellus Diodoro, quo Rhetorices magiſtro fuerat vſus, defuncto, ſepulchro eius corum lapideum impoſuit. Iuſtum, inquit Cicero, præmium retulit, nam volare ipſum docuit, non dicere, notans Metelli leuitatem & inconſtantiam. *Plut. in Rom. apoph.*

*Scipio Maior,* cum traieciſſet in Africam, ac terra potitus hoſtium caſtra concremaſſet, Carthaginenſes miſſis legatis fœdus cum Scipione pepigere, pollicentes ſe elephantos, cameloſq; & naues ac pecunias daturos. Cæterum poſtquam Annibal abnauigaſſet ex Italia Carthaginem cœpit illos conuentorum pœnitere, eo quod iam animum recepiſſent. Id audiens Scipio, negauit ſe etiamſi ipſi vellet, pacta ſeruaturum, niſi prius imperatis adderent talentorum quinq; millia, hoc nomine, quod Annibalem acceſſiſſent. *Plut. in Rom. apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

*Nazianzeni,* Quemadmodum chamæleontem facile ferunt variari, omneiq; aſſumere colores præter candidum, vt interim fabuloſum illum Proteum AEgyptium ſophiſtam omittam: Ita & ille omnia prætérquam manſuetus erat, & factus eſt Chriſtianus, eratq; illi humanitas res admodum inhumana, ſuadelaq; nil aliud, quam violentia, & immanitatis excuſatione probitas quo iure videretur ad violentiam confugere, quum perſuadendo nil proficere poſſet. *In Iulian.*

*Tertulliani.* Luna modulationibus menſtruis variat, ſiderum diſtincta confuſio interdum reiicit quid, interdum res vitiat: cœli ambitus nunc ſub ſudo ſplendidus, nunc nubilo ſordidus, aut imbres ruunt, & ſi qua miſſilia cum imbribus, dehinc ſubſtillum, & denuo ſudum: Sic & mari fides infamis, dum & flabris æque mutantibus de tranquillo probum, de illuſtris temperatum, & exemplo de decumanis inquietat: Sic & terram recenſeas temporatim veſtiri, amantem propeſſis eadem negare, memor viridem conſpicis, flauam mox viſurus & canam. *De pallio.*

*Plutarchi.* Vt amphoræ facile circumaguntur auribus: Ita quidam quouis ſermone huc aut illuc impelluntur, *in Moral.*

*Caſſiani.* Mens veri iuſti non debet eſſe ſimilis ceræ, vel alterius cuiuſquam materiæ mollioris, quæ ſemper characteri ſignantium cedens pro eius forma atque imagine figuratur, quanquam in ſe tamdiu retinet, donec alio rurſus ſuper impreſſo ſignaculo formetur, atq; ita fiet, vt nunquam in ſua qualitate perſiſtens, ad formam eorum, quæ imprimunt, ſemper conuertatur ac tranſeat.

tranſeat:quin potius debet velut quoddam eſſe adamantinum ſignatorium, vt inuiolabilem mens noſtra figuram ſui ſemper cuſtodiens characteris, vniuerſa, quæ incurrerint, ſibi qualitatem ſui ſtatus ſignet atque transformet, ipſa vero inſigniri nullis incurſibus poſſit. *Collat.6,c.22.*

*Seneca.* Vt in orbe ac pila nihil eſt imum, nihil ſummum, nihil extremum, nihil primum: quia motu ordo mutatur, & quæ ſequebantur, præcedunt: & quæ occidebant, oriuntur: omnia quomodocunq;, in idem reuertuntur: Ita in homine exiſtima fieri cum illum in multa mutaueris, vnus eſt. *lib.5.de benefic.c.8.*

*Plinii.* Vt conchylia creſcente luna augeſcunt, decreſcente marceſcunt: Ita ſtultus à fortuna pendens, nunc magnus eſt, nunc puſillus, nunc elatus, nunc ſupplex, vtcunque Rhamnuſia mutauerit ſeſe. *lib.2.c.*1002,

*Vt Chameleopardalis* ſiue Nabis collo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, malis tigrim, aut pardum: Ita quidam inæquales ſibi varias hominum formas exprimunt: ſi cultum inſpicias, ſanctum aliquem exiſtimes: ſi orationem audias, ſatrapam loqui putes: ſi vitam expendas, nebulonem inuenias: ſi ſcripta, bubulcum. *lib,8.ca.*18.

*Hypanis* Scythicorum amnium princeps, per ſe purus & dulcis, circa Calipodas Exampeo fonte amaro inficitur, atq; ita diſſimilis ſui, in mare conditur, de quo quidem eſt illud Solini elogium: Qui in principiis eum norunt, prædicant: qui in fine experti ſunt, non iniuria execrantur: Ita quidam initio blandi & amici, poſtea longe diſſimiles ſibi reperiuntur, *l.2. cap.* 100.*Solin. c.13, Strab.lib.9. & Pompon.Med.lib.1,*

*Hyana,* ſicut & ichneumon, nunc m as eſt, nunc fœmina: Ita quidam ſui diſſimiles nunc fortia loquuntur, nunc mollia: nunc philoſophi ſunt, nunc nepotes: nunc amici, nunc inimici. *li.8.c.3.& c.23.*

*Apud Troglodytas* lacus eſt, qui ter in die fit amarus & ſalſus, ac rurſum dulcis, totieſque etiam nocte, vnde & inſanus dictus: Sic quidam inæquales, nunc aſperi, nunc ſunt blandi: aliquando profuſi, mox ſordidi: iam vehementer amant, iam ſupra modum oderunt. *li.31.c.2.& lib.2.c.100.& Herod.lib.4,*

*Mulus ex equo* & aſina conflatus, nec equus eſt, nec aſinus: Ita quidam dum aulici eſſe volunt, & Eccleſiaſtici, neutrum ſunt. *lib.8. c.44.& Melæ li,2.*

*Roterodami,* vt Euripus in Eubœa ſepties in die defluit, ac toties refluit, mira celeritate: ac idem tribus diebus vnoquoque menſe ſtatim motus, ſeptima, octaua, nonaque luna: Ita quidam inæquales ſibi, aut nimium præcipites ſunt, aut nimium lenti, in vtranque partem plus ſatis vehementes. *in Simil.*

*Vt æſtum maris,* aut detrimenta lunæ magis ſentiunt imbeciliora corpora: Ita rebus contrariis vehementius commouetur animus minus ſibi conſtans, & affectibus vitiatus. *ibid.*

*Amphisbibena* ſerpens vtrinque caput habet, & vtralibet corporis parte pro cauda vtitur: Ita quidam ancipites nunc hac nunc diuerſa ratione ſe tuentur: & cum eſt commodum, ad Eccleſiaſticam libertatem confugiunt: cum viſum eſt, principum prętextu rem gerunt, canonum obliti. *ibidem.*

## ¶ Adagia.

Chimæra χιμαίρα.

*Hominem inconſtantem ac variis moribus, aut opus ſibi non cohærens, Marcus Tull. deſignat feſtiuiter verſu Homerico.*

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

De ſtatu demigrare.

*Quemadmodum de gradu deiici dicuntur, qui depelluntur à propoſito. ita M. Tullius ad Atticum lib.4. dixit, De ſtatu demigro, pro eo quod erat, recedo à vitæ inſtituto.*

Modo palliatus, modo togatus.

*In hominem inconſtantem ac lubricæ fidei, diuerſarumque partium eleganter torquebitur.*

Trochi in morem. βέμβικος δίκην. *Ariſtoph.*

*Id eſt: Trochi in morem, de verſatilibus & inconſtantibus dicere ſolitum.*

Veſpertilio. *Vlpianus.*

*Verſpertiliones videntur appellari, qui grauati ære alieno, luce domi ſe continent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt.*

Venti campus. ἀνέμου πεδίον. *Diogen.*

*In hominem inſtabilem, leuem & inconſtantem dicebatur.*

Panagæa Diana. ἡ Παναγμαία Ἄρτεμις.

*Dicebatur olim peregrinationem impenſius amans, errabundus, inſtabili certa ſede conſiſtens.*

Lachryma nihil citius areſcit. οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεσθαι δακρύου.

*Id eſt: Lachryma nihil citius areſcere, quod vehemens affectus facile vertitur in tædium.*

Mutabilior Metra Eriſichthonis. μεταβλητότερος Μήτρας τοῦ Ἐρισίχθονος. *Athen.*

*In eum congruit, qui ſecum non conſtat, ſed ſubinde aliam atque aliam perſonam ſumit.*

Chamæleonte mutabilior. Χαμαιλέοντος εὐμεταβολώτερος.

*Competit adagium in hominum verſipellem ſiue inconſtantem.*

Proteo mutabilior. Πρωτέως ποικιλώτερος.

*In vafrum ac verſipellē cōpetit, fabula Protei, extat apud Homerum Odyſ.δ. & apud Maronem 4.Georg. Simili ...*

Vertumno inconſtantior.

Polypi mentem obtine. Πολύποδος νόον ἴσχε. *Plut.*

*Quo iubemur pro tempore alios atque alios mores ...lium vultum ſumere.* Du muſt Fuchs vnd Haſe ſein.

Mulieris animus. γυναικὸς φρένες.

*Quadrat in imbelles & inconſtantes. Terent. ...genium? Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro.*

Euripus homo. Εὔριπος ἄνθρωπος.

*In inconſtantes ac moribus inæqualibus homin... drabit & in fortunæ vices, quæ res mortalium ... ſurſum ac deorſum iactat.*

Cnips in loco. ὁ Κνὶψ ἐν χώρᾳ.

*Dictum in eos, qui ſubinde ſedem mutarent, & ... grarent.*

Cothurno verſatilior. εὐμεταβολώτερος κοθόρνου.

*Dictum in hominem parum conſtantem, lubricæ ... certæ & ancipitis eſſet factionis.* Vnſtäther dann ein ...

Aliud ſtans, aliud ſedens. *Salluſt,*

*Quo licebit vti quum ſummam inconſtantiam ſi... ſi tantillum momentum atq; interuallum commu... tentiam.* Er bleibt bey ſeinen worten/ wie ein Haſe bey ... gen. Er ſtehet auff ſeinen worten wie ein Beltz auff ...

Duabus ſedere ſellis.

*Eſt incertarum eſſe partium & ancipitis fide, ambo... re velle.* Auff beiden Achſeln tragen/

Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

*Pro eo, quod eſt, eadem re duplicem velle inire gra... opera duos pariter demereri.* Zwen Füchs mit einem ... Zwen Brey in einer Pfannen kochen.

Duplices viros. διπλοῦς ἄνδρας. *Zenodot.*

*Vocabant, qui eſſent lubricæ & inſynceræ fide, ... etiam bilingues appellant.* Du redeſt mit zweyen Zungen ...

De toga ad pallium.

*Cuius duplex erit vſus, vel quum ad diuerſum ... contulerit aliquis, vel quum de fortuna honeſtiore ad ...*

Duodecim artium. δωδεκαμήχανος.

*Apellabant callidum, verſutum, verſipellem, ... inſtructum dolis.*

Theſſalorum commentum Θεσσαλῶν σόφισμα.

*Varias ad res accommodari ſcribit Suidas, tum ad ... locum deſerunt, tum ad illos, qui culin declinatione ... ad hoc, qui dolis quempiam circumueniunt.*

Phœnicum pacta. Φοινίκων συνθῆκαι.

*De pactis inſidioſis & aſtutis dicitur.* An der Hand ... ren wincken/ Frawen weynen vnd der Krämer ſchw... niemand kehren.

Locrenſe pactum. Λοκρῶν σύνθημα.

*De fœdifragis dictum, cuiuſmodi quondam habiti Locr... fœdere prodito, quod cum Peloponneſiis inierant, ad ... partes defecerint.*

Thracium commentum. Θρᾴκιον παρεύρημα.

*Torquendum in eos, qui pacta eludunt callido vafro... mento.*

Thraces fœdera neſciunt. Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.

*Thracum barbariem & immanitatem, perfidiamq... interemptus à Polymneſtore Polydorus, hoſpitii iure ...*

Hoc calceamentum conſuit Hiſtiæus, Ariſtagoras ... τοῦτο ὑπόδημα ἔρραψε μὲν Ἱστιαῖος ὑπεδύσατο δὲ Ἀρισταγόρας.

*Diogenianus admonet, dici ſolitum in eos, qui callide ... facta in alios reiiciunt.*

Reparizare. ἀντιπαρίζειν.

*De iis dicebatur, quos pœniteret inſtituti, quiq; de... ſcederent. Natum ex Pariorum perfidia, qui pactum ... Thebanis bellum integrantes.*

Quibus nec ara, neque fides. οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις ... μένει.

*De vehementer perfidis.*

Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat.

*Dictum in eos, qui coram blandiuntur, clam obtrectant ... amicos agunt clanculum nocent: aut qui hic prӕſunt ...* Es ſeind gar böſe Katzen/ die vornen lecken vnd hinden ...

Maritimi mores.

*Pro variis & conſtantibus, quales fere ſunt amantium.*

Lingua iurauit. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκεν.

*Vbi quis non præſtat fidē promiſſi, aut vbi nō ex animo ...*

Punica fides.

*Pœnorum perfidia in prouerbium abiit quod ea gens ... periurii vanitatiſque notata ſit.*

Non idem Scriptura & Leucæus. γραφὴ τε καὶ Λευκαῖος ...

*Vbi quis aliud ſcribit, aliud facit aut dicit. ... qui ſtare pactis nolunt.*

Dædali opera. Δαιδάλεια ποιήματα.

*Dicuntur, quæ nouo artificio fabricata ſunt, & admira...*

Admirabiles in flectendis machinis Ægypti. δεινοὶ ... μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…verſutis, & (vt ait Plautus) conſutis dolis dictitatum. Tor… …& in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum …abiles labyrinthos.

…a nouit vulpes, verum echinus vnum magnum. πολλ' οἶδ' … ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

…tur in aſtutos & variis conſutos dolis, vel potius vbi ſignifica… …uſdam vnica aſtutia plus efficere, quam alios diuerſis tech… …ndar.

…us verſator in re puſilla. μέγας κυλινδεῖς ἐν μικρῷ γε πρά…

…adrat in eos, qui arte parum honeſta ſibi diuitias parant.

…a non capitur laqueo. ὁ πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται βρόχῳ.

…alludes tergiuerſatores dici ſolitum, qui coargui non queunt.

…icum iniurandum. τυφυβάμονες ὅρκοι.

…eum modum appellabant iuſiurandum irritum, quod eua… …et, auolaretque, ſimulatq; pronuntiandum eſſet, cuiuſmodi …mantium.

…per affert Libya mali quippiam. ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κακόν.

…aliarter conueniet in fœdifragos.

…per Africa noui aliquid apportat. Plinius.

…rabit in homines lubrica fide, ſemper nouarum rerum a…

…s varius quam hydra. ποικιλώτερος ὕδρας.

…allidis ac doloſis, quod hydra ſerpens ſit verſicoloribus notu… …a.

…artes. Σισύφου μηχαναί. Ariſtoph.

…bantur vafra verſutaq; conſilia. Homer.

Σίσυφος, ὃς κέρδιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν.

…phus in terris quo non aſtutior alter.

…andri commentum. Πυρράνδρου μηχάνημα.

…allido inuento.

…icum machinamentum. Μεγαρικὴ μηχανή.

…ur quum dolo & aſtu res agitur, non ſyncera fide. Ariſtopha…

…ς ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν

…expedit, ſi plura habeas cognomina.

…enit in eos, qui multa ſimul profitentur, quo quæſtum faci… …conueniant qui diuerſarum ſunt partium.

…eum commentum. Ὀδύσσειος μηχανή.

…eum inuentum, callidum aſtutum & vafrum dicebatur.

…nas, quibus effugit Eucrates. οἶδε τὰς ὀδοὺς, αἷσπερ ἔφυγεν …

…n quadrat, qui ſemper aliquam inuenit rimam per quam …, vt officium ſubterfugiat prætextu aliquo, ſi quando fides …anda.

¶ Exempla Biblica.

…ntiæ exempla: Laban, Geneſ. 31. 2. Populus Iſraeliticus, …& 14. v. 11. 31. & 15. 14. & 16. 1. & 19. 8. & 24. 3. & 32. v. 1. 8. Num … & 14. v. 4. 4. Core, Dathan, & Abiron, Num. 16. 1. Iſraeli… …17. 12. & 25. 2. Iudic. 2. 17. & 4. 1. & 8. 22. 1. Sam. 8. 5. 2. Sam. 15. …16. Moyſes & Aaron, Num. 20. 12. Sichimitæ, Iudic. 9. 23. …is, 2. Sam. 20. 2. Ioab & Abiathar, 1. Reg. 1. 7. Principes Iu… …24. 21. Iudæi, Ierem. 26. & 8. 16. & 42. v. 5. Azarias cum ſuperbis viris, 43. 2. multitudo, Ioan. 6. v. 15. 30. & 12. 17. Pha… …rodiani, Matth. 22. v. 15. 16. Nazareni, Luc. 4. v. 22. 28. 29. …2. v. 6. 7. 12. 13. & 6. 12. & 13 v. 45. 44. 45. 50. Lycaonii, … Vulgus & magiſtratus Philippis, 16. v. 22. 39. Demetrius, … Populus Epheſinus, v. 34. 35. Ciues Ieroſolymitani, 21. 30. … Sadducæi, 23. 7. Melitenſes Barbari, 28. v. 4. 6. Galatæ, Gal. …4. v. 14. 15.

¶ Profana Exempla.

… Lucullus, de Mithridate acto triumpho, deſeruit abdi… …Rempublicam, cum ſenatus eum aduerſus Pompeii do… …propugnaculum ſe habiturum ſperaſſet. Plutarchus …

…expoſtulat cum Iccio familiari ſuo, qui omiſſo philo… …io, prædæ & pecuniæ inhians, militiæ ſe abdixerit, præ… …opinionem: quippe qui pulchre iam inſtructus eſſet …m diſciplinam. Ode. 21. libro primo Vide Theat. Zuuing.

… Imp. Ludouici Pii F. eam vitæ varietatem attulit, vt …m deterior fuerit, diiudicari non poſſit. Contra patrem …ſtitioſus, tandem monachum in Prumienſi cœnobio in …b. regn. Ital.

…em in Baldo. I. C. nobiliſſimo nemo, conſtantiam mul… …quod ſibi ipſi multis in locis pugnantia ſcribat, iuris …quam canonici peritiſſimus fuit. Theat. Zuing.

… voto concepto, vt præcipitatur ſe ab Leucate: poſtquam …, conſpecta altitudine, recepit ſe. Quod cum ei impro… …non arbitrabar, inquit, votum illud voto indiguiſſe alio …

… plures ſtatuas dicatas, quam Phalereo Demetrio Athenis, quibus per decem annos præfuit. Siquidem 360. ſtatuæ, quos mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente, Plin. l. 34. c. 6. Plut. in Politicis.

Obiicit Æſchines Demoſtheni, quod ſubinde commutata factione, Euripum ipſum inconſtantia ſua viciſſet. Vnde Græci Euripiſten, hominem incerta fide vocant. Theat. Zuing fol 3872.

*Exemplis ſequentes gnomas ex hiſtoricis excerptas ſubiunximus.*

Caducæ & fluxæ res humanæ ſunt: neque eſt quicquam ſtabile perpetuo & firmum. Pauſan. lib. 8.

Quum nihil in rebus humanis ſtabile &, ideo conueniens eſt, vt quocunq; modo vitam noſtram Deus torqueat atq; reuoluat, boni conſulamus, Plut. in Numa.

Res omnes ſunt mutabiles & nihil vnquam in eodem ſtatu permanere ſolet: quicquid enim excellit, quando ad ſummum claritatis faſtigium euaſit, indignationem deorum effugere nequit, & rurſus ad nihilum redigitur. Hoc autem potiſſimum accidit ſæuis ac ſuperbis ingeniis, quæ humanæ naturæ terminos tranſgrediuntur, Dionyſ. Halic. l. 8.

Nihil eſt in rebus humanis perpetuum. Dionyſ. lib. 48.

Qui aduerſa expertus eſt, ne ſecunda quidem minus diſcriminis habere cum maxime ducit, Tacit hiſt. lib. 4.

Nihil eſt in rebus humanis fixum & perpetuum, ſed & ij qui florent maxime, & ij qui humiles & abiecti ſunt, exitus incertos habent ac pariter pro fortuna ipſorum, laude, vituperio, honore, & ignominia afficiuntur, Xiphilin. Vitell.

Qui fortiſſimi eſſe videntur, & firmas vires habere, ornati ampliſſimis fortunæ muneribus, pariter cum cæteris ſuſpenſi, & incerti ſunt. idem Macrin.

Rerum humanarum nihil ſtabile & firmum eſt, ſed infida omnia & teſſera mutabiliora, Zonor. in Alex Comn. tom. 3.

Nihil humani firmum ac certum eſt, ſed omnia incerto euentu velut in mari æſtuant & affictantur. Abſtruſus quidam error humanæ peritiæ & cognitioni inſultat, ſurſum deorſumque trahens ac permiſcens omne conſiliorum ſtudium, & velut teſſeras euertens firmis decretis nixas deliberationes. Nicephor. Gregoras, hiſt. lib. 4.

Alexius Cæſar maximis rebus heri geſtis, hodie obſcurioribus certaminibus oppreſſus iacet, Deo huiuſmodi exemplis arcanam doctrinam explicante, vt noſtris viribus, cum à deterioribus ſuperamur, agnitis, magnorum atque admirabilium ſucceſſuum cauſas vni plane Deo acceptas referamus. Nicephorus Gregoras, hiſtor. libro quarto.

Nihil in mundo firmum & tutum eſt: ſed res humanæ (vt ait Plato) ſunt Dei ludibrium, ſurſumque ac deorſum temere omnia ſub cœlo feruntur, incertoque curſu huc & illuc vagantur. Idem hiſtor. lib. 7.

Inconſtantia & incerta ſunt omnia: fortunæ inſultus nihil diuturnum eſſe ſinit: alii ſerius, ocyus alii rebus omnibus relictis, præter expectationem, in noctem, in tenebras, in mortem præcipitis ruant, idem hiſt. lib. 3.

Vmbris tutius quam rebus humanis creditur. G. Pachymer. hiſt. lib. 6.

Rerum humanarum euentus incertos eſſe certum eſt, ſolentque plerunq; mortales futurarum rerum ignoratione falſo lætari atque angi. B. Facius hiſt. lib. 4.

Summa eſt humanæ ſortis varietas ac miſeria, atque adeo incertum omnibus, quæ ſit in poſterum futura ſua cuiuſque conditio. Fran. Guicciardin. hiſt. lib. 4.

Mobilis admodum eſt fortunæ blandientis aura. idem lib. 5.

¶ Hieroglyphica.

Scire admodum Ioannes ille, cognomento Scholaſticus, ſcalarum anacephalæoſi, hominem, qui modo riſui indulgeat, modo luctui, modo auſteritati atque temperantiæ ſe reddat, modo deliciis diffluat, & voluptatibus implicetur, Cancro æquiparauit, nunc ante, nunc retro, nunc in tranſuerſum gradienti, miraq; vitam ſuam inconſtantia traducenti: virq; is ſapientiſſimus, de ingenii eiuſmodi profectu nihil ſibi quicquam pollicetur, quod ad vllam ſit vnquam frugem peruenturum. Pierius Valer. l. 28 p. 261. C.

Aliqui Mathematici bicipitium inconſtantiæ hieroglyphicum poſuere. Nam tertio ſupra vigeſimum Leonis gradu bicipitis hominis ſimulachrum oriri confinxere, quod eo aſcendente gradu natum, inconſtantis ac leuiter mutabilis voluntatis atq; ſententiæ fore præſagiunt, Pier. Val. l. 32. p. 297. B.

¶ Emblemata.

In deſciſcentes.

Andreæ Alciati. Emblema cxi.

*Quod ſine egregios turpi maculaueris orſus,*
*In noxamq; tuum verteris officium:*
*Feciſti, quod capra ſuit mulctra alta lactis*
*Dum ferit, & proprias calce profundit opes.*

¶ Fabula.

Canis domicilium.

Hyeme contractus & implicitis membris cubans canis, quo

FFF minus

minus frigori expoſitum eſſet corpus, ſpatium illud ad domum faciendam, in qua viueret, deſignauit. Poſtea in æſtate membra expendens, & corpus extendens, adnimaduertit, notatum ſpatium non magis conuenire, neq; ſe capere poſſe, itaq; nec neceſſe, nec facile ſibi eſſe tantas ædes extruere.

Contra mutabilitatem & inconſtantiam fabula narratur.

Canis & Lectulus.

Fœtæ cani iuſſerat lectulum ſterni paterfamilias: hoc cum factnm fuiſſe non cerneret, cum indignatione quærit de ancilla, cui hoc mandarat, cur non audiens dicto fuiſſet? Illa, enimuero, inquit, here conanti aliquoties hoc non ſucceſſit, cum non poſſem conſtituere poſt incertas conuerſiones, quemnam in locum canis caput, aut in quem clunes repoſitura eſſe videretur.

Narratur fabula in leues & inconſtantes.

# Incontinentia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INcontinentia, Intemperanti[illegible], immoderatus voluptatum vſus Græce ἀκρασία,ας,ἡ,& ἀκρατὴς,έος, ὁ, ἡ, incontinens dicitur. Eſt autem incontinentia, cum à quibus rebus voluptatibuſque nos tenere debemus, non tenemus, *ſecundum Aulum Gellium*.

Incontinentia proprie eſt circa concupiſcentias tactus. Secundum quid eſt circa honores, diuitias, & huiuſmodi. Improprie vero eſt circa virtutes, *Prima* eſt peccatum dupliciter, ſcilicet receden do ratione, & immergendo ſe turpibus. *Secunda* tantum primo modo. *Tertia* vero non eſt peccatum, ſed eſt perfectio virtutum. *B. Thom ſecund. Secundæ, q. 115. art. 2.*

Incontinentiæ ſpecies ſunt duæ, ſcilicet præuolatio conſilii, & debilitas in præconciliatis. *B. Thom. ſecunda. Secund. quæſt. 156. artic. 1.* Quid incontinens differat ab intemperante, *vide ſupra in Continentia.*

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Propert. 3.17.

*Obiicitur toties à te mihi noſtra libido,*
*Crede mihi, vobis imperat illa magis.*
*Vos vbi contempti rupiſtis frena pudoris,*
*Neſcitis captæ mentis habere modum.*
*Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas,*
*Fluminaq; ad fontis ſint reditura caput.*
*Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis,*
*Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo:*
*Quam poßit veſtros quiſquam reprendere curſus,*
*Et rapidæ ſtimulos frangere nequitiæ.*
*Teſtis, Cretæi faſtus quæ paſſa iuuenci*
*Induit abiegnæ cornua falſa bouis:*
*Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,*
*Quæ voluit liquido tota ſubire Deo.*
*Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta,*
*Arboris in frondes condita Myrrha nouæ.*
*Nam quid, Medeæ referam, quo tempore matris*
*Iram natorum cæde piauit amor?*
*Quidue Clytemneſtræ propter quam tota Mycenis*
*Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus?*
*Tuque ô Minoa! venundata Scylla figura,*
*Tondens purpurea regna paterna coma.*
*Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti:*
*Niſe tuas portas fraude recluſit amor.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Incontinentia eſt affectio trahens ad ea, quæ iucunda videntur, præter rectæ rationis iudicium, *Speuſippus de Plat. definitionibus.*

Incontinens aliquando emendatur, intemperans vix vnquam ad rationis viam reducitur. *Franc. Patric. de regno l. 6. c. 21.*

Incontinentia quod ſit, vt vitium patet, quia aut abſolute, aut in parte continens vituperatur, *Ariſt. Ethic. l. 7. c. 4.*

Incontinens abſolute dicitur, qui circa corporales fruitiones verſatur, circa quas temperans: & intemperans exiſtit, qui non electione ſed præter electionem & conſilium exceſſus & iucundorum ſectatur & moleſtorum fugit, vt famis, ſitis, caloris & frigoris, *idem ibidem.*

Incontinentia iræ minus turpis eſt, quam voluptarum, *ibid.*

Incontinentia alia temeritas, alia imbecillitas eſt, Nam alii, vbi conſultarunt in iis, quæ decreuerunt, ob affectum poſtea non perſtant alii, quia non conſultarunt, ab affectu ducuntur: nonnulli enim, qui ſe prius titillarint, non titillantur: ita quoque ipſi, cum præſenſerint ac præuiderint, ſeq; ipſos & ratione præexcitarint, ſiue iucundum ſiue moleſtum quippiā fuerit, ab affectu non ſuperantur, *Ariſt. l. 7. c. 7.*

Incontinentia eſt vitium cupidæ, per quam ſtoliditate huc illucque cupiditatem circumagunt, impellentem ad malarum voluptatum delectationes, *Ariſt. de virtut.*

Incontinens non poteſt eſſe prudens, & aſtutus [...] teſt, *idem ibid.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Xanthus* adulterum quendam videns præ foribus [...] lieris: Iſte, inquit, breuem voluptatem magno em[...] *ſerm. 3. de Caſtitate.*

*Menedemus*, cum adoleſcens quidam dixiſſet, ma[...] quis, quæ concupiſſet, aſſequeretur: Multo, inquit, [...] eorum, quæ non decet, concupiſcere, *Max. eod. ſerm.*

## ¶ SIMILITVDO.

*Socratis.* Quemadmodum incontinentia non fam[...] aduentare permittens, neque Veneris deſiderium, [...] per quæ ſola voluptuoſe edere, bibere, Venere vti, [...] dormire poſſit, prohibet, neceſſariis & continuis vo[...] frui facit: Sic contra cum ſola continentia deſider[...] etiam perfrui recte voluptatibus facit, *Apud Xenoph[...] dictis & factis Socratis.*

# Incredulitas.

## LOCI BIBLICI.

INcredulitas damnatur, *Abac. 2. 4. Matth. 8. [...]* 9, 19. & 16. 14. *Luc. 9. 41.* & 24. 15. *Ioan. 16. 9.* & [...] 3. v. 12. 19. & 4. 11. & 10. 38. *Iud. v. 5.* Incredulitas [...] 1. 8. 1. *Tim. 1. 13.* Incredulitatis ſummum in Iudæis [...] & 11. 31. Incredulitatis mala, *Matth. 13. 58. Matth. [...]* 5. 38. & 8. 24. *Rom. 2. 8.* & 11. 20. 2. *Theſſ. 2. v. 12. 18. 19.* [...] *Apoc. 21. 8.* Incredulitatem diſcipulorum increpat [...] 17. 20. *Marc. 9. 19. Luc. 9. 41.* Incredulitatem ſuam [...] Chriſtum pater Dæmoniaci, *Matth. 9. 24.* Incredul[...] dæi, *Rom. 11. 20.*

Increduli Nazareni *Matth. 13. 54.* Increduli [...] 15. Increduli non ingrediuntur in requiem, *Hebr. 3.* [...]

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis [...] Iſrael, non introducetis hos populos in terram, [...] *Num. 2.*

Non intrabit terram, quam dabo filiis Iſrael [...] credulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis [...]

Quouſq; non credent mihi in omnib. ſignis, [...] Feriam igitur eos peſtilentia, atq; conſumam, 14.

Omnis incredulus in incredulitate ſua mo[...]

Contumax non ſis, & incredibilis timori Dom[...] ad illum duplici corde, *Eccl. 1.*

Væ diſſolutis corde! qui non credunt Deo, [...] gentur ab eo 2.

In gente incredibili exardeſcat ira. 16.

Ne ſis incredibilis verbo illius, *ibid.*

Si non credideritis, non permanebitis. *Eſa. 7.*

Qui incredulus eſt, infideliter agit, 21. & 33.

Expandi manus meas tota die ad populum in[...] ditur in via non bona poſt cogitationes ſuas, [...] mihi, *Rom. 10.*

Populo huic factum eſt cor incredulum & e[...]

Eramus incredibiles ad Dominum Deum [...] receſſimus, ne audiremus legem (vt vocem) [...] nobis multa mala & maledictiones, quæ conſt[...] ſeruo ſuo, *Baruch, 1.*

Qui incredulus eſt: non erit anima eius recta [...] *cuc. 1.*

Quid timidi eſtis modicæ fidei? *Matth. 8.*

Quare nos non potuimus eiicere illum? [...] incredulitatem veſtram, 17.

Qui vero non crediderit, condemnabitur. *Mar[...]*

Qui non credit, iam iudicatus eſt. *Ioan. 3.*

Qui incredulus eſt Filio, non videbit vitam [...] manet ſuper eum, *ibid.*

Si non credideritis, quia ego ſum, mo[...] ſtro, 8.

Noli eſſe incredulus, ſed fidelis, 20.

Quid, ſi quidam illorum non crediderit? [...] illorum, fidem Dei euacuauit? abſit, *Rom. 3.*

Propter incredulitatem fracti ſunt rami, 11.

Concluſit Deus omnia in incredulitate, [...] *ibidem.*

Videte fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum [...] litatis diſcedendi à Deo viuo. *Heb. 3.*

Quibus autem iurauit non introire in requiem [...] qui increduli fuerunt? & videmus, quia non po[...] requiem ipſius, propter incredulitatem, *ibid.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…obis honos credentibus: non credentibus autem, lapis, quem …probauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & lapis …enſionis, & petra ſcandali, his, qui offendunt verbo, nec credunt, …quo & poſiti ſunt. 1. *Pet.* 2.

…imidis & incredulis pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & …lphure, quod eſt mors ſecunda. *Apoc.* 21.

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

…credulitatis robur nocet legibus. *Plato de leg. dial.* 8.

¶ SIMILITVDINES.

…t pleraq; rerum diuinarum noſtram cognitionem effugiunt, …cit incredulitas, *Plut. in Coriolano.*

*Chryſoſtom.* Vt agonem nemo ſuſcipit ſic periculoſum, vnde nul… ſperat palmam: Ita ne infidelis facit bonum, nullam ſpem re…tionis præ oculis habeis. *In c. 7. Matth. hom.* 19.

*D. Auguſtinus.* Reuera frates nullum mare tam profundum eſt, …m eſt cogitatio Dei, vt mali floreant, & boni laborent. Nihil …altum, vbi naufragat omnis infidelis: in iſto vis tranſire pro…ndum hoc? A ligno Chriſti noli reſilire, non mergeris: tene te ad …ſtum, nam ipſe laborare voluit ideo in terra. *In Pſ.* 91.

*D. Ambroſii.* Infidelitas non poteſt claram reſurrectionem ha…e ſicut carbo cinere ſuo coopertus obcœcatur: Ita & hi perfidia …erroris tenebris circumdati, luce carebunt. *In* 1. *ad Cor. c.* 16.

*Cyprian.* Quemadmodum viuam energiam, nempe fidem, cor…dere nemo poteſt, niſi ſolus Deus: Ita & malitiam ſeu incredu…tem cordis nemo à ſe depellere poteſt, niſi per gratiam & ſpiri…m Dei. *De ſing. clericor.*

…i vir grauis & laudabilis aliquid polliceretur, haberes vti… pollicenti fidem: nec te falli ac decipi ab eo crederes, quem …m ſermonibus atq; actibus ſcires: nunc Deus tecum loquitur, … mente incredula perfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mundo …dentem, immortalitatem pollicetur, atque æternitatem: & tu du…? hoc eſt Deum omnino noſſe, hoc eſt, Chriſtum credentium …ſtum peccato incredulitatis offendere: hoc eſt in Eccleſia …tuum fidem in domo fidei non habere, *Serm. 4. de immorta…ate.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

…credulitatis exempla: Hebræa gens. *Deut.* 1. 32. Dux quidam, 2. …g. Iſraelitæ, *Exod.* 6. 9. *Num.* 14. *v.* 11. 12. *&* 20. 10. *Deut.* 1. 32. *&* 9. …24. *Pſal.* 106. 24. Holofernes, *Iudith.* 13. 27. Iudæi, *Eſa.* 65. 2. *Rom.* … *Ierem.* 5. 23. *Ezech.* 2. 6. Nazaræni, *Matth.* 13. 57. *Marc.* 6. *v.* 6. Pe… *Matth.* 14. 31. Diſcipuli Chriſti, 17. *v.* 17. *Marc.* 9. 19. *Luc.* 9. *v.* 40. …ipuli quidam, *Matth.* 28. 17. *Marc.* 16. *v.* 11. 14. Zacharias, *Luc.* 1. …poſtoli, 24. *v.* 11. Cleophas cum ſocio, *v.* 25. Nathanael, *Ioan.* 1. *v.* … Fratres Chriſti, 7. 5. Iudæi, 10. *verſ.* 25. 26. *Act.* 13. 45. *&* 28. 24. 1. … Turba, *Ioan.* 12. 37. Thomas, 20. 33 quidam Epheſii, *Act.* 19. …lus ante conuerſionem, 1. *Tim.* 1. 13. Hebræa gens, *Hebr.* 2. *v.* 18. …credulitatis pœna in Moyſe & Aarone, *Num.* 20. *v.* 12. 24. 25. *Vide, Fides.*

# Indecorum.

¶ ADAGIA.

…pam portare non poſſum, & imponitis bouem, ἐ δύναμαι … φέρειν ἐπιτίθετέ μοι βοῦν. …, qui quod leuius eſt, recuſant, & quod multo ſit intolerabi… ſibi præpoſtere expetunt.

…circumfers ignem. ἱματίῳ τὸ πῦρ περιςέλλεις. …, quoties aliquid ridicule aut præpoſtere fiet. Vel quoti… …ditum aliquem in præſentaneo verſari periculo, cuius ip… …m materiam intra ſuos parietes foueat. Germani dicũt; … im Schoß vmbher tragen. Item. Die Weyhen vber die …en ziehen.

…s Mineruam. ὗς τὴν Ἀθηνᾶν. …ſſimum apud Latinos authores prouerbium. Sus Miner… …andiendum, docet, aut monet. Dici ſolitum, quoties indo… …q; inſulſus docere conatur eum, à quo ipſe magis docendus eſt. … Er wil klüger ſein dann die Nãme. Item. Er wil ſeinen …ltern Kinder ziehen.

…ſpa cicadæ obſtrepens. Σφὴξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον. …adrabit in eum, qui certat longe impar cum ſuperiore: qui …um ſe eſſe ſtat longe ſe præſtantioribus.

…rus bouem trahit. ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει. …e quaui redicitur, quæ geritur præpoſtere. Die Pferde hinder …wagen ſpannen. Item. Den wagen für die Pferde ſpannen.

…cer leporem capit. Καρκίνος λαγωὸν αἱρεῖ. …tur de re nequaquã verisimili, dictuq; abſurda. In hunc ſen… dicunt Germani. Einen Haſen mit der Trummel fangen.

…ngere vulpes. ζευγνύειν τὰς ἀλώπεκας. …tur de re palam abſurda.

…ſis fontibus conſectari riuulos. …ero dixit, pro eo, quod eſt, Omiſſo negotii capite, aliena & minus …pertinentia dicere.

…um tibi narro ſomnium, τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι.

*Hoc eſt: Id tibi narro, quod ipſe me rectius noſti. Horat.*

Mortuum vnguento perungis, Νεκρὸν μυρίζεις.

*De ſumptu ſuperuacaneo, ſiue cum ſero aliquid adhibetur.*

Lanam in officinis fullonis. πόκον εἰς γναφεῖον φέρει.

*In eos, qui præpoſtere rem gerunt, vt ſi quis Theologo committat puerum in Grammaticis rudimentis inſtituendum.*

Iuxta fluuium puteum fodit, παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει.

*De eo, qui ſtultam & inanem inſumit operam: Affine illi, in ſyluam importat ligna.*

Priuſquam mactaris, excorias. πρὶν ἐσφάχθαι, δέρεις.

*Dicendum, vbi quid propoſtere fieri videtur.*

In mari aquam quæris. ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ.

*In eum, qui aliquid quærit quaſi difficile inuentu, vbi tamen aliud nihil occurrat.*

Piſcem natare doces, ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις.

*Perinde eſt, ac ſi dicas, doctum doces.*

Lupi alas quæris. λύκου πτερὰ ζητεῖς.

*De iis, qui quærunt, quæ nuſquam ſunt. Suidas.*

Ceruus canes trahit. τοὺς κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει.

*Vtemur, quoties præpoſterum quiddam ſignificabimus. Theocrit.*

Aquam igni miſcere. πῦρ ὕδατι μιγνύναι.

*Eſt contra rerum naturam agere. Plutarch.*

Elephantum ex muſca facis. ἐλέφαντον ἐκ μυίας ποιεῖς.

*Id eſt: Res exiguas verbis attollis & amplificas. Lucia.*

Aliorum medicus, ipſe vlceribus ſcates. ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. *Plut.*

*Torquendum in eos, qui aliorum errata caſtigant, inceſſuntque, intercutibus ipſi madentes vitiis.*

Camelus ſaltat. *Diog. Laert.*

*De iis qui cum ſeueri ſint ac tetrici, elegantes tamen & feſtiui affectant videri.* Die Kuhe gehet auff Steltzen.

Cani das paleas, aſino oſſa. κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δ᾽ ὀςέα.

*In eos, qui res præpoſtere diſtribuunt. Si quis militi donet librum, Epiſcopo arma, aut canes venatorios.*

Vulpes bouem agit. ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει.

*Vtemur, quoties abſurde res agitur. Suidas.*

Herculis Cothurnos aptare infanti.

*De iis qui minimis applicant maxima, quæ nequaquam vel congruant vel deceant. Quintil. lib.* 6.

Mercurius infans. Ἑρμῆς ἀμύθητος.

*In eum, qui fingit ſe rudem eius artis, cuius eſt callentiſſimus.*

Silurus putris in quadra argentea. σαπρὸν σίλουρον ἀργυροῦς πίναξ ἔχων.

*Dicitur de re valde abſurda. Eſt apud Athen. l. 6. Cæterum Silurus piſcis eſt, quem nunc vulgo Sturionem appellant.*

Quum aqua fauces ſtrangulet, quid iam opus eſt bibere? ὅταν τὸ ὕδωρ, τὸ φάρυγγα πνίγῃ, τί δεῖ ἔτι πίνειν;

*Quadrat in eos, qui in abſurdiſſima ſententia pertinaciter manent: Vel in eos, qui manifeſta negant, quibus cum fruſtra diſceptes. In hos eoſdem quadrabit & verſus ille prouerbialis:*

*Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.*

Iupiter orbus. Ζεὺς ἄγονος.

*Vtemur, vbi quis palam falſa aſſeuerat.*

Balba non credit. ἡ ψελλὴ οὐ πιςεύει.

*Iocus eſt prouerbialis, vbi quis ſua mala conatur diſſimulare, cum tamen præ ſe ferat & prodat, etiam cum diſſimulat.*

Aduerſus Solem ne loquitur. πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν.

*Hoc eſt: manifeſtis ne repugnes. Pythag.*

Nec aures habeo, nec tango.

*Dicebatur in eum, cui in manifeſtis reclamabatur ab omnibus. Hieronymus.*

Per parietem loqui. διὰ τείχους.

*In eum, qui ridiculo aut inepte aliquid agit. Ouid.*

Priuſquam aſſa ſit, farina. πρὶν ὀπτῆσαι, ἄλευρα.

*Subaudiendum, aſpergitur, aut ſimile quiddam. Solebant enim quidam aſſis carnibus inſpergere farinam. Vtemur, quoties abſurde & præpoſtere res agi videbitur. Euſtath.*

Prius antidotum, quam venenum.

*Conueniet vti, quoties aliquis ſe purgat, antequam accuſatur. Hieronymus.*

Capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis. αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ᾽ ἐπὶ δώματα παίζει. Id eſt.

*Nondum enixa capra, at iam ludit in ædibus hœdus.*

*Torquebitur in eos, qui gloriantur iam aſſecutos ſeſe, quorum ne fundamenta quidem iecerunt. Aut qui poſtrema aggrediuntur, præteritis iis, quæ præceſſiſſe oportuit.*

Caput artis, decere quod facias.

*Vſurpandum, vbi quid parum conuenienter aut decore fiet.*

Gallos quid exſecas. Γάλλους τί τέμνεις;

*Hoc eſt: Quid actum agis? Sumptum à Gallis Cybeles ſacerdotibus, qui ſua ſponte exactis erant teſticulis.*

Leonis exuuium ſuper Crocoton. Λεοντῇ ἐπὶ κροκωτῷ.

*Vſurpandum, cum duæ res copulantur ſeu coniunguntur, quarum altera cum altera nequaquam congruit. Ariſtoph.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Ex natali emortualem facere.

*Ex re læta triſtem efficere. Plaut. in Pſeud.*

Iocandum vt ſeria agas. Δεῖ παίζειν ὅπως σπουδάζῃ.

*Ariſtoteles Moral, Nicomach. lib. 10. Studere, inquit, ac laborare ludendi gratia, ſtolidum videtur, & admodum puerile. At ludere, vt agas ſeria, iuxta Anacharſidis ſententiam recte videtur habere.*

Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat. Μῦς εἰς τρώγλην οὐ χωρῶν, κολοκύνθην ἔφερε.

*In eum congruit, qui cum ipſe ſibi conſulere non poßit, aliis conatur opitulari.*

In toga ſaltantis perſonam inducere.

*Hoc eſt: quippiam facere neutiquam decorum. Martial. Perſ. lib. 2. Epigram.*

Daſypus carnes deſiderat. Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ.

*Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ ipſis affatim ſunt domi.*

Virgultea ſcapula Aegæum tranſmittere. ἐπὶ ῥιπὸς τὸ Αἰγαῖον διαπλεῦσαι.

*In eos dicitur, qui rem ſuper modum arduam leui opera conficere tentant. Lucian.*

Archilochi melos. Ἀρχιλόχου μέλος. *Pindarus.*

*Quadrabit in eum, qui rem priſcam nouis inuentis præter rationem accommodat,*

More Carico. σχήματι καρικῷ

*Carico more fieri dicebatur, quicquid ſordide incompoſiteq; fiebat. Accommodabitur ergo prouerbium ad mores indecorus atq; inciuiles. Item, & orationem inconditam & agreſtem. Legimus etiam in eundem ſenſum:* Πλοίῳ καρικῷ. Naue carica.

Qui ſeſe non habet, Samum habere poſtulat. ὃς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει.

*In eos conuenit, qui imprudenter quippiam poſtulant: aut qui minora curant, maiorum negligentes.*

Ante barbam doces ſenes. πρὸ τοῦ γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας.

*Vſus eius erit, quoties natu maiorem imberbis docet. Huc illud pertinet: Ante pilos ſapis.* Das Eye wil klüger ſein / dann die Hänne.

Smaragdus in luce obſcurus. Ἀείγνωτος Σμάραγδος ἐν μὲν τῷ φάει σκοτεινός.

*In eos dici ſolitum, qui præpoſtere ibi ſemet occultarent, vbi maxime conueniebat edere virtutis ſpecimen.*

Aſinus auis. Ὄνος ὄρνις. *Ariſtoph.*

*Dicetur non intempeſtiue, quum ex indicio quopiam ridiculo quippiam præpoſtere ſtolideq; colligimus.*

Lumen ſoli mutuas. τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζεις,

*In eos qui docent doctißimos: monent prudentißimos: conantur exponere, quæ per ſe ſunt clarißima: ſermone celebrare inſtituunt, quæ per ſe ſunt celebratißima. In eundem ſenſum Quintil. ait: Soli lumen inferre.*

Ranæ aquam Βατράχῳ ὕδωρ.

*Subaudiendum miniſtras. Non inepte accommmodabitur, vbi datur abundanti* Den Fröſch zutrincken geben.

Pica cum laſcinia certat. πρὸς ἀηδόνα κίσσα ἐρίζει.

*Quadrabis in eum, qui certat longe impar cum ſuperiore: aut negotium faceſſat longe præſtantioribus. In eandem ſententiam dicitur & illud Theocr.* Σφὴξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον.

*Scilicet obſtrepitans arguta veſpa cicade.*

Velocem tardus aſſequitur. κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.

*In eum, qui viribus imbecillior, arte atque ingenio vincit potentiorem.*

¶ Apophthegmata.

*Antiſthenes* à quodam rogatus in conuiuio, vt caneret tibiis: Tu cas mihi infla, inquit. Non recuſauit obſequium, ſi ille viciſſim obſequeretur: Indicans, non eſſe philoſopho decorum tibiis canere.

*Theages* Indecorum eſt, quod factu importunum eſt, cuius duo ſunt diſcrimina, vnum exceſſus, alterum defectus. Ille plus eſt, quam deceat, hic minus.

*Epictetus.* Indecorum eſt, vbique litigare & contendere, tum inter pocula maxime. Nequa ebrius aliquis docere ſobrium poteſt: neque ſobrius ab ebrio perſuaderi.

# Indignatin.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INdignatio, Græce ἀγανάκτησις, ιος, ἡ, & ἀγανακτέω: indignor dicitur. Eſt autem indignatio dolor perturbans, propter res ſecundas indigno collatas. *ſecund. Ariſt. lib. 2. Rhet.*

Indignatio etiam pro filia iræ ſumitur, qua quis non valet videre vel audire eum, cui iraſcitur. *ſecund. B. Thom. ſecunda Secundæ q. 57. art. 2.*

Indignatio venit ab indignus, ita & indignor, iraſcor, & indignabundus, iraſcens: & indigne, hoc eſt, præter merita: & indignanter, per indignationem.

Indignatio Hebr. *Zahham*, à verbo eiuſdem ... tionem habente cum verbo *Zahhaph*, ſæuit. Hinc ... num infero. Significat item verbum *Zahham* ... cratus eſt, ex indignatione enim oriuntur maledi...

¶ Locvs Biblicvs.

Indignatio tollenda à nobis, *Epheſ. 4. Coloſſ. 3.* ... excandeſcentia.

¶ Philosophicae Sententiae.

Indignatio eſt quædam ægrimonia de bonis, quæ ... aliquo pacto eueniunt, & ſi quem viderint malis ... tum. *Ariſt. magn. mor. 1, c. 25.*

Indignatio eſt mediocritas inuidiæ & maleuolentiæ ... circa illam ægritudinem & voluptatem verſantur ... ex his, quæ aliis contingunt: indignabundus enim ... tur, cum reliquos proſpera fortuna indigne vti vide... hunc excedens, ex omnibus dolorem percipit, ac ... tum à dolendo deficit, vt etiam gaudeat. *Idem 2. Eth.*

Indignatio mediocritas eſt inuidiæ & maleuolentiæ ... tur autem in iis ægritudinibus & voluptatibus ... eas res ſuſcipiuntur, quæ proximis eueniunt. Qui ... tur, is dolet eorum rebus ſecundis, qui iniuria iis ... dus nunc vincens dolet rebus omnibus. At maleuo... eſt eo, vt doleat: vt etiam capiat voluptatem. *Lib. 4. Eth.*

Si indignari eſt dolere, quod quidam ſecunda ... gant: primo perſpicuum eſt non eſſe poſſibile de ... indignari. Nemo enim indignatur, ſi iuſti, ſi fortes ... virtutem aliqui habeant. *Lib. 2. Rhet. ad Theodect.*

Inuidia dolor perturbatus eſt propter res ſecundas ... gni, verum æqualis atque ſimilis. *ibid.*

Probum quiddam æmulatio eſt, & proborum ... probum & improborum. Alteri enim vt ad conſe... præparent, æmulatione conciantur: alteri propter ... ximis impedimento ſunt. *l. 2 Rhet. ad Theod. c. 11.*

Cum inuidia ægritudo ſit ex rebus ſecundis ... certe ſapiens non inuidiſſet, eſſet enim improbus ... 2 c. 2. loc 3.

Si inuidere is dicitur, qui bonorum dolet rebus ... dignari is, qui dolet improborum ſecundis rebus ... non inuidere eum, qui indignetur. *ibid.*

¶ Exempla Biblica

Indignationis ſanctæ exempla: Iacob. 30. ... 29. Ioſue & Caleb. *Num.* 14. v. 6 7. Chriſtus, *Marc.* ... *verſ.* 17.

*Vide Ira.*

# Indoles.

¶ APOPHTHEGMATA.

A*Lexander*, puer etiamnum, quum vidiſſet ... parens bella gereret, nequaquam gaudebat ... æquales dicebat: Pater nihil mihi relicturus eſt ... dicentibus: Imo ea omnia quæ bello iam ſubegit ... inquit Alexander, ſi multa hæreditario iure poſſide... nihil habeam, quod agam, & militem patri ſimilem ... dam? Vides indolem in puero ad imperium plane ... *in apoph.*

*Scipio* ſuper cœnam interrogatus, quem egregium ... rem habitura eſſet Reſpubl. ſi quid ipſi humanitus ... hunc, inquit, Marium intuens, iam tum in illo ... um maximis rebus natum. *Eutrop. lib. 5. Plut. in Mario.*

*Caßius*, etiamnum puer, Fauſtum Syllæ filium ... de patris monarchia glorianternon tulit, ſed ei ... Eius rei cognitionem quum Pompeius ad ſe recepiſſet ... bobus pueris, Caſſius auſus eſt dicere? Eia, Fauſte ... coram hoc ea verba proferre, quibus irritatus ... percellam os. Caſſio natiuum quoddam odium ... tum appareret, illi non defuturum animum ad ... Cæſarem. *Plut.*

*Pompeius* tam charus fuit populo Romano, quam ... inuiſus. Is etiamnum adoleſcens, totum ſe Syllæ ... cumque nec magiſtratus eſſet, nec ſenator, magnum ... lia contraxit exercitum. Hunc cum Sylla ad ſe ... abſq; ſpoliis, inquit, nec incruentas Imperator ... Nec prius ad illum venit, quam multis conflictibus ... ſuperaſſet. Iam tum egregri principis, & ad res ... men dedit. Noluit adducere numerum, ſed militem ... ctatum. *Plut. in Rom. apoph.*

*Iulius Cæſar*, quum Syllam fugeret, etiamnum ... cidit in piratas Cilices: ac primum, vbi pro ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

[illegible] quam ab eo peterent, pronuntiaſſent, deriſit prædones, ve-
lut ignaros quem cepiſſent, ſeque duplum daturum pollicitus eſt. Deinde, quum aſſeruaretur, donec afferretur pecunia, imperauit illis, vt ſilerent, nec ſibi dormienti obſtreperent. Eiſdem orationes & carmina, quæ ſcriberet, recitare ſolebat, quæ quum illi non ſatis probarent, ſtupidos ac barbaros appellabat: cumq; riſu minitabatur, ſe illos acturum in crucem, quod & perfecit. Apportatis enim pecuniis, quas piratæ pro redemptione pacti fuerant, dimiſſus, contractis ex Aſia viris ac nauibus, comprehendit eoſdem prædones, ac ſuſpendit: ſed prius iugulatos, ne ſeueritas careret clementia. An non hic ſtatim agnoſcis indolem Alexandri Magni, cui nihil mediocre ſatis eſſet poſſet. *Eraſ. ex Plut. in Rom. apoph.*

*Tiberius*, perſpecto Caligulæ ingenio, fero ac malefico, ſubinde prædicabat, ſe natricem Reipubl. & Phaethontem orbi terrarum educare. Natrix ſerpentis genus eſt, *Eraſ. l. 6. apoph.*

¶ SIMILITVDO.

*Vt Dii immortales* nullam didicere virtutem cum omni editi, & pars naturæ eorum eſt eſſe bonos: ita quidam ex hominibus egregiam ſortiti indolem, in ea quæ tradi ſolent, perueniunt ſine longo magiſterio, & honeſta complectuntur, cum primum audierunt. *Seneca epiſt. 96.*

*Vide locum de Ingenio.*

# Indulgentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INdulgentia, Græc. συγγνώμη, ης, ἡ, & συγγινώσκω, indulgeo dicitur. Eſt autem indulgentia pœnæ relaxatio, quam quis iuſte pro culpis propriis facere debuiſſet, de theſauro Eccleſiæ ad diuinam iuſtitiam perſoluendam ſumpta.

Indulgentia proprie eſt mollis & delicata permiſſio. *Quintil. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit.* Eſt enim indulgere obſequi, & aliquid benigne concedere. Indulgentiam nonnulli male pro venia capiunt & pro ignoſcere indulgere vtuntur, in quo Theologi noſtri frequentiſſime labuntur. Non negamus tamen, quin venia pro indulgentia aliquando capiatur. *Cic. Dabitis mihi hanc veniam, hoc eſt, benigne concedetiſq; mihi.*

Indulgentia, Hebr. *Chemlah & Nahmal*, Commiſeratio, commotio viſcerum, compaſſio, cordis mollities, miſericordia, à verbo *Hamal*, mollis fuit animo, emollitus eſt erga aliquem, commotus miſeratione. Conuenit *per metatheſin cum* verbo *machal*, ignoſcere. Hinc μαλάσσω & lat. mollesco, emollio.

¶ LOCI BIBLICI.

Indulgentia parentum corrumpit liberos, *Prou. 13. v. 24. 1. Sam. 2.* Vide Dei indulgentia.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Ne dicas, reddam malum pro malo: expecta Deum, & liberabit te, *Prou. 20.*

Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur, *Eccl. 28.*

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum, *Matth. 5.*

Si enim dimiſeritis hominibus peccatum eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis peccata veſtra. 6.

Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet peccata veſtra, *ibid.*

Cum patientia ſupportantes inuicem in charitate, & donantes vobis ipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. *Eph. 4.* Sicut Deus (in Chriſto) donauit vobis: ita & vos facite. *Coloſ.*

Non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis in vna vt benedictionem hæreditate poſſideatis, *2. Petr. 3. Roman.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Non vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties: id eſt, quadringentis & nonaginta vicibus, vt toties peccanti fratri dimitteret in die, quoties ipſe peccare non poſſet, *Hier. ſuper Matth. l. 3.*

Si peccauerit in nos frater noſter, & in qualibet cauſa nos læſerit, dimittendi habemus poteſtatem, imo neceſſitatem: quia Dominus præcipit, vt debitoribus noſtris debita dimittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non eſt noſtri arbitrii, vt dicit Scriptura. Si peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo ſacerdos, ſi autem peccauerit in Deum, quis rogabit pro eo? & nos è contrario in iniuria benigni ſumus, & in noſtris contumeliis odia exercemus, *idem in 24.*

O formidoloſa ſententia, ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittuntur. *ibid.*

Apud miſericordem iudicem nequaquam ſine venia culpa relinquitur, quum per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Sæpe namq; magis hoc doctoribus mirandiſq; contingit, quod vt alta charitate feruent, modum correctionis exaggerent, & lingua aliquid, quod non debet dicat: quia mentem dilectio, quantum debet, inflammat, ſed verbum prolatæ contumeliæ tanto citius partitur, quanto, & ex qua radice prodeat, ſentatur, *Greg. in moral.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Indulgentia homines ad vitia proniores facit. *Franc. Petrarcha de Repub. lib. 9. c. 2.*

Indulgentia eſt amor in liberos, ac deſcendentes noſtros, & in eos, qui imperio noſtro ſubiecti ſunt, *Idem de Regno, lib. 8. c. 6.*

¶ SIMILITVDINES.

*Tertulliani.* Nonne ſapientes patresfamilias de induſtria quædam ſeruis ſuis offerunt, atq; permittunt, vt experiantur, an æqualiter permiſſis vtantur, ſi probe, ſi modeſte? Quanto autem laudabilior, qui abſtinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam Domini. Sic igitur & Apoſtolus: Omnia, inquit, licent, ſed non omnia ædificant. Quanto facilius illicita timebit, qui licita verebitur? *Lib. de cultu fœminar.*

*Plinij.* Simia catulos fere complexu necat: Ita nonnulli parentes immodico erga liberos affectu & indulgentia corrumpunt illos, *Lib. 9. c. 54.*

*Coccygis pullus*, vbi adoleuerit, cum ſit nothus, tamen legitimos deuorat, vnaque matrem ipſam: Ita quidam magna indulgentia, ſtultoq; amore quorundam educati, ſubuerterunt eos *Lib. 10. c. 9.*

*Roterodami.* Fœnum Græcum quo tractatur peius, hoc prouenit melius: Ita liberi quidam, quanto habueris indulgentius, tanto minus valent: neglecti vero & vexati euadunt in viros. *In Similibus.*

*Auriga* no ſemper adducit habenas, ſed aliquando remittit: Ita pueris nonnihil indulgendum, *In ſimil. ex Plut.*

*Thrtucri.* Sicuti eſt illiberalis patris, ſupplici filio recuſare quod vtile eſt: Ita admodum imprudentis, concedere, quod cum diſcrimine eſt, *In apoph. 86.*

*Veſtes*, quæ raro induantur, fere à tineis eroduntur: & pueri, qui nimis indulgenter habentur, ferme à morbis, & internis animi vitiis corrumpuntur. *In apoph. 120.*

¶ HISTORICA EXEMPLA.

*Nerua* princeps alioqui optimus, populo in Domitiani miniſtris & amicis puniendis plus ſatis indulſit: vt non immerito Fronto conſul ad populum dixerit: malum eſſe ſub principe viuere, qui nihil: peius ſub eo, qui omnia permitteret, nihil prohiberet. *S. Aurel. Vict.*

*Piſiſtratus* cum diſſidium inter ipſum & filios extitiſſet, eoque lætari aduertiſſet inimicos, aduocata concione, cupiſſe ait filios ſe in ſuam adducere ſententiam: cæterum quia contumaces ſint, illis velle obſecundare, & obtemperare, *Plut. l. 1. quæſt conuiu. q. 1*

*Antigonus* Rex Aſiæ, Demetrii Poliorcetis F. delicias, luxum, potationes non moleſte ferebat, *Plut. in Demetrio.*

*Phineus rex Thraciæ* Ideæ vxori nimium contra priuignos indulſit. Hæc enim calumniis ſuis, cum ſe à priuignis violatam eſſe diceret, effecerat, vt hos pater verberibus cæſos, in terram viuos defodi imperauerit: qui tamen ab Argonautis à tam crudeli morte liberati fuere, *P. Oroſius ex Diod. l. 4.*

*Alexander*, delato ad eum, aliquid ſorori cum formoſo iuuene interceſſiſſe: non excanduit, ſed ait: permittendum illi quoq; nonnihil frui regno, *Plut. in polit.*

*Dionyſius* maior atrociter in alios ſontes animaduertens, furibus veſtium parcebat: vt deſinerent Syracuſani vna cœnare & conuerſari, *Plut. in Reg. apoph.*

*Conſule locum de Venia.*

# Induratio.

¶ LOCI BIBLICI.

INduratio Dei opus eſt, quatenus ea vtitur ad puniendam in reprobis voluntariam correptionem, in qua indurantur, *Exod. 7. v. 3. 22. & 8. v. 19. 32. & 9. 12. Deut. 2. 30. Ioſ. 11. 20. Rom. 9. v. 8.* Induratio reprobis ſpontanea eſt, quia eorum corruptione in ſenſus Dominus eos ſic indurat, vt eorum voluntate ad exercendum ſuum iudicium vtatur, *Exod. 8. 15. & 9. 34. 2. Paral. 36. 13. Act. 13. 46.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

*Induratio oritur ex gratiæ ſubtractione iuſta.*

Vide vt omnia oſtenta, quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum meum, *Exod. 4.*

Ego enim indurauí cor eius, & ſeruorum illius, 10.

Et indurabo cor eius, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius. 14.

Igitur non eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra, Ergo cuius vult, miſeretur: & quem vult indurat. *Rom.9.*

Nunquid Iſrael non cognouit? Primus Moſes dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem inſipientem: in iram vos mittam. Eſaias autem audet & dicit: Inuentus ſum à non quærentibus, palam apparui his, qui me non interrogabant. Ad Iſrael autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. 10.

*Ex gratia repulſione iniqua.*

Et teſtificatus eſt in Iſrael & Iuda, per manum omnium Prophetarum & videntium dicens: Reuertimini à viis veſtris peſſimis & cuſtodite præcepta mea. Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo. 4.*Reg.*17.

Audite me duro corde, qui longe eſtis à iuſtitia. Prope feci iuſtitiam meam, non èlongabitur, & ſalus mea non morabitur. *Eſa.*46.

Quare dixit populus meus: Receſſimus, non veniemus vltra ad te. *Ierem.*2.

Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltem amodo voca me. Pater meus, dux virginitatis meæ es tu. Ecce locuta es, & feciſti mala, & potuiſti. Et pro verbis pœnitentiæ, verba ſuperbiæ blaſphemaſti. 3.

Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, renuerunt accipere diſciplinam indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam Domini, & iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipſi enim cognouerunt viam Domini & iudicium Dei ſui: & ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, & ruperunt vincula, 5.

Qua propter ſicut dicit ſpiritus Sanctus: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, &c. *Hebr.*3.

*Induratio dire punitur.*

Væ qui contradicit factori ſuo. *Eſa.*45.

Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala, quæ locutus ſum aduerſus eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, & non audierunt ſermones meos. *Ierem.* 20.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Indurationis exempla in Pharaone, *Exod.* 7.*v.*22.23.*&* 8.15. Pharaone & ſeruis eius, 6.*v* 34.*&* 1.*v.*45. Sihon Rege, *Deut.*2.30. Hiuæis, *Ieſ.*11.*v.*19.20. Iſraelitis, *Deut.*19.16.2.*Reg.*17.*v.*14.15.16.2.*Paral.*30.*v.*7.8. Filiis Heli, 1.*Sam.*2.25. Sedechia & vniuerſis principibus Sacerdotum, &c. 2.*Paral.*36.*v.*12.13. Iudæis, *Nehem* 9.*v.*16.17.29.30. *Ierem.* 5.3.*&* 7,25.*&* 16.12.*&* 17.23,*&* 19.15.*Ezech.*12.2.*Act.*13.46. in quibuſdam Epheſiis, *Act.*19.8. Indurat Deus quem vult, *Rom.* 9.18. ne induremus ceruices noſtras, *Deut.*10.16. corda noſtra, *Pſal.* 95.8. *Hebr.*3.15.

---

# Induſtria.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INduſtria, Græce ἀγχίνοια, ας, ἡ, & ἀγχίνοος, ȣ, ὁ, induſtrius dicitur. Eſt autem induſtria frequens exercitium circa rem honeſtam, vnde induſtrius dicitur, hoc eſt, ſtudioſus, vigilans, callidus.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Induſtria & ingenium animæ, quo quis munitus eſt, in ſingulis, quod decet, facile conicit mentis acumen, *Speuſipp. de Platon. definition.*

Induſtria eſt prudentiæ pars, *Ariſt. magn. mor.* 5.*c.*33.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Cleanthes* collectam pecuniolam aliquando proiecit coram familiaribus, dicens: Cleanthes alterum Cleanthem alere poſſet, ſi vellet, *Laert.l.*7.*c.*2.

*Nicoſtratus*, quum ob artem muſicam diſſideret? Laodoco citharœdo, dixit, illum in magna arte exiguum eſſe, ſe vero in exigua magnum. Non igitur ſolum laudabile eſt, rem familiarem & opes amplificare: ſed etiam artem ſtudio & induſtria, *Ælian lib.* 4. *de var. hiſtor.*

*Lacones* commune hoc prouerbium ſemper in ore habuerunt: Admota manu fortunam eſſe implorandam. Quo innuere voluerunt, fruſtra inuocari Deos, niſi addens induſtriam, manum rotæ admoueris etiam, *Plut. in Lacon.*

¶ ADAGIVM.

Dii facientes adiuuant.

*Significat, diuinam opem non ceſſantibus, ſed* [illegible] *ſua viril conantibus auxilio eſſe ſolere.*

Cum minerua manum quoque moue.

*Huic finitimum eſt,* Σὺν Ἀθηνᾷ χεῖρα κίνει, *id eſt,* [illegible] *nerua manum interim moue. Monet adagium, ne* [illegible] *pis induſtriam remittamus*, man muß mit Gott [illegible] en. Item. S. Niclaus beſcheret wol die Kühe [illegible] nem an das Seyl.

Manum admouenti fortuna eſt imploranda. [illegible] ϱοντα δεῖ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν.

*Admonet adagium, ita fidendum eſſe diuino* [illegible] *ſegnius noſtra adnitamur induſtria.*

Ni purges & molas, non comedes. [illegible] φαγῇς.

*Non contingit tibi victus, niſi tuâ item induſtria* [illegible]

Neque me, neque apes. μήτε μέλι, μήτε μέλιττας.

*In eos dici ſolitum, qui recuſant incommodum ferre,* [illegible] *commodo quopiam coniunctum.*

Qui vitat molam, vitat farinam. ὁ φεύγων [illegible]

*Qui refugit induſtriam non fruetur emolumento.*

Induſtriam adiuuat Deus.

*In aggrediendo negotio quadam humana ratione* [illegible] *quadam fortunæ commoditas, ipſaq; res ſuppeditat* [illegible] *merus Odyſſ.* λ.

Τηλέμαχ᾽ ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.
*Hæc partim ipſe tuo perpendes pectore tecum,*
*Partim diuum aliquis tibi ſuggeret.*

Manum admouere. τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν.

*Dicebatur, qui ſeſe inſinuaret in rei cuiuſpiam* [illegible] *nionem.*

Optimum obſonium labor ſenectuti. [illegible]

*Laborandum in iuuenta, quo ſeni ſuppetat* [illegible] *facultas.*

Lutum niſi tundatur, non fit vrceus, ὁ πηλὸς [illegible] γίνεται,

*Citra laborem nullus euadit in virum abſolutum.*

Manu fingere.

*Eſt arte curaque formare. Metaphora ſumpta* [illegible] *ſiue argilla fingunt imagines. Senec.*

Serere ne dubites.

*Quo monemur, ne quando pigeat eiuſmodi rerum* [illegible] *è quibus nihil omnino diſpendii, ſed plurimum* [illegible] *proficiſci: ſi non in præſens, certe in poſterum: ſi* [illegible] *poſteris.*

Qui arat oliuetum.

*Huic adagio locus fuerit, vbi ſignificamus,* [illegible] *voto potiatur is, qui curam extremam impenderit.* [illegible] *re ruſtica,*

Quid tandem non efficiant manus? τί δῆτα [illegible] ατο,

*Admonet, nihil eſſe rerum omnium, quod arte,* [illegible] *non efficiatur. Ariſtoph.*

Proba eſt materia, ſi probum adhibeas artificem.

*Id eſt: Egregia quidem indoles, ſi recte inſtruatur,* [illegible] *um, ſi præceptor contingat idoneus. Plaut.*

Artem quæuis alit terra. τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.

*Prouerbialis ſententia, qua ſignificatum eſt,* [illegible] *cum eſſe eruditionem aut artificium aliquod.* [illegible] men allenthalben auß. Item. Kunſt iſt ein guter [illegible] trägt nicht ſchwer daran. Item. Ein Handwerk [illegible] Boden.

Ex vmbra in ſolem.

*Ex vmbra in ſolem educere, eſt rem prius abditam* [illegible] *publicum & in communem vitæ vſum educere.*

Manus pretium.

*Manus pretium Cicero appellare videtur mercedem* [illegible] *tur pro materia, ſed quæ artis nomine debetur* [illegible]

Muli Mariani.

*Muli Mariani caſtrenſi prouerbio dicti ſunt* [illegible] *ex C. Marii Ducis inſtituto, in furca tabellatim* [illegible] *portare conſueuerunt. Feſtiuius erit, ſi detorqueatur* [illegible] *immenſo ſtudio aut perpetuis negotiis vehementer* [illegible]

---

# Infamia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INFAMIA, Græce δυσφημία, ας, ἡ, & [illegible] dicitur. Eſt autem infamia læſæ dignitatis [illegible] ta, quantum ad vitam & mores, per argumentum [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sicut fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vita & morib. comprobatus, & nullo diminutus. Eandem infamiam Apuleius infamationem vocat.

### ¶ Sententiae Poeticae.

Plaut. Perſ.

*Pater hominum immortalis eſt infamia,*
*Etiam tum viuit, cum eſſe credas mortuam.*

Ibidem.

*Quanquam res noſtræ ſunt, pater, pauperculæ:*
*Modicè, & modeſte melius eſt vitam viuere.*
*Nam ſi ad paupertatem admigrant infamiæ,*
*Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior.*

Horat. 1. ſerm. 7.

*Auidos vicinum funus vt ægros*
*Exanimat, mortiſq; metu ſibi parcere cogit:*
*Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe*
*Abſterrent vitiis.*

### ¶ Sententiae Philosophicae.

De Infamia. Dial. XXV.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Mea premor infamia. R. Timui tua ne conſcientia premereris. D. Infamia premor graui. R. Si iuſtam, non infamiam, ſed infamiæ cauſam deſle: ſin iniuſtam, errores hominum alto animo proculcans, te conſcientia ſolare. D. Graui infamia laboro. R. Ventoſo ſuſpicas, ſic ſuapte natura leuem ſarcinam ferentis imbecillitas grauem facit. D. Grauis in meum nomen ſurgit infamia. R. Re[...] orta radicib. ſi veri, viuet, augebitur, alioqui mox areſcet [...]. D. Magna mihi infamia conflata eſt. R. Bene ais: Flatus enim eſt infamia. Sæpe etiam impuri oris, qui vos adeo quatit ac terret. Atqui magna infamia magnæ famæ principium multis fuit. [...] vulgus, & vt iure ſuo errori adderet errorem, rebuſq; mo[...] cunctis excluderet, modicam infamiam immodicis laudibus [...] vicit. D. Multa vndiq; pulſor infamia. R. Circumflantibus [...] in portum redi, & ab aurium procellis in cubiculum cordis [...], cui ſi tranquillitas ſua eſt, habes, vbi iurgiorum feſſus re[...], & (vt dici ſolet) in ſinu gaudeas. D. Fuſca fama, conſcien[...] clara ſum. R. Tunc igitur fama eſſe clariſſima, conſcientia turpi [...], atq; obſcura? Itane penitus verum eſt illud Flacci: *Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret?* O rem vanam! vera quidē [...] poſſunt, & terrere, vmbras metuere non eſt viri. D. Infamia [...] ingens eſt. R. Si flagitio collecta, grauis fateor: ſi ca[...] honeſti ſtudio, glorioſa, ſiquidem bonis artibus quæſi[...] laus eſt. Inſultent fatui, & tu exulta lucro nobili virtutem [...] chariſſimam mercem, magnum licet, & quo nullum maius [...] pretio comparaſti. Is virtutis cultor verus eſt, qui in illa nihil [...], præter illam cogitat, ſed cum aliquorum clarus, tum cla[...] ſiue eſt contemptus famæ virtutis ſtudio ſuſceptus, cum pro[...] fama viris fortibus, non auro tantum, ſed vita etiam ſit cha[...]. Qui amore virtutis hanc ſpreuerit, is ſpreturus omnia credi de[...] quod præclarum ſed perrarum ſcito, quandoquidem magna [...], qui videri volunt virtuti operam dare, fama eius ap[...] ſic confeſtim in actione lenteſcant, vt intelligi det vnum [...], quod apparuerint, intendiſſe. D. Multi grauiter me infa[...]. R. Plures olim Fabium & grauius, plures etiam Africanum, [...] illis eximiam in gloriam verſa eſt. Communem cum talib. [...] queri deſine. Pauciſſimis accidit omni ſemper infamia ca[...]. Delicatiſſima res eſt fama homini, & quæ ſæpe rubiginem [...] contrahit ex cauſis. Et ad ſummam, vt nil clarius fama eſt, [...] obſcurari pronius. Nilq; peregrinarum (vt ſic dixerim) ca[...] impreſſionum. D. Graui vror infamia. R. Peſtis hæc verendis [...] meſta nominibus, viris quoq; ſanctiſſimis non pepercit, [...] princeps omnis expers culpæ, & ipſe tamen ab impiis in[...] oſtendit mali huius immunitatem, quæ nec Deo obtigiſ[...] hominibus non ſperandam. D. Dura atteror infamia. R. Virtu[...] non tentari vix poſſibile dixerim, ſufficiat non conuel[...] gloriam cum obtrectatione colligi, ſi pura ſi ſolida eſt, ſplen[...]. D. vexor infamia. R. Vulgaris aura cæcis ignorantiæ [...] ibus ſumma rerum cacumina verberat, ſed non quatit, [...] quatiat non euertit. Excellentiæ tibi cuiuſpiam ſignum ſit, in [...] linguas quaſi ſcopulos incidiſſe. Humilia enim & circa terram [...] nomina, nec præclaræ laudis lumen excipiunt, nec magnę [...] tempeſtatem. Sæpe quod ſpernitur, & quieſcit. D. Molle de [...] vulgus loquitur. R. Bene quod in linguas non in calamo incur[...]. Vehemens ſermo vulgi eſt, at minime diuturnus. Leuibus aut [...] orta cauſis, breuia ſint oportet, tacebunt cum multa latraue[...] fatigari citius ſolent, qui capere feruentius. D. Vulgi linguis [...]. R. Quid ſi oratoris, aut poetæ inſignis ſtilum impegiſſes? [...] olim, quos infames poſteritati traditos inimici eloquentia [...], vt ſicut nobile mihi ſuſpirium Alexandri Regis Home[...] AEacidæ inuidentis, ſic metus nobiles Alexandri principis vi[...] literatos, diſertoſq; viros ne quid de ſe aſperum ſcriberent [...] dantis, quanquam nec literatis obtrectatoribus ſuccumben[...], ſed vel pari ſtilo refellenda calumnia, quod Tullius Criſpo, quod Demoſthenes AEſchini, quod innumerabilibus fecit Cato vel inſigni fiducia, & omne theatrum ſuperante animi teſtimonio reſiſtendum eſſet, dicendumq; quod Caluo Vatinius perorante. Non quia iſte diſertus, idcirco ego damnandus ſum. At nunc periculi nihil eſt. Siquidem vulgus, vt multum ſtrepat, quamdiu tamen id faciet, cito vel volens, vel coactum deſinet. Veniet dies quæ ſtrepidulis his cicadis, loquacibuſq; ſilentium picis ponat. D. Malam famam apud vulgus habeo. R. Vt apud teipſum vtque apud bonos bonam, ac perpetuam, veramq; habeas enitere. Nempe iſta quam quæris euaneſcet. Inane genus ac trepidum mortales, qui ad vos, vel adulātium, vel detrahentium breue iſtud, & obſcurum murmur? Veniēt qui liberius iudicant, atq; æquius. Et qui ſunt inquies hi iudices? Noſſe illos non poteſtis, ſed ab illis noſci. Illos dico qui poſt vos naſcentur: quos nec veſtri odium nec liuor, ſed nec amor, nec ſpes torſerit aut metus. Si veſtrarum æſtimationem rerum, ac ſententiam incorruptam vultis, hos iudices expectare, breuis eſt mora. Properant ecce moxq; aderunt. D. Infamiam factis egregiis, & virtute cōtraxi. R. Eſt vbi amor damnis alitur, creſcitq; laboribus, inque amaro (dictum mirum) & maligno ſolo radices agit altius, vnde fit vt factionum amantiſſimos ſæpe illos videas, qui multa & grauia pro factionibus paſſi ſunt. Nota quidem & nimium trita res, veſtris in vrbibus. Proinde nemo, vel iuſtitiæ, vel veritatis amantior, quam qui pro hac flagellis ſeſe obtulit ac morti. Et tu igitur virtutem ama, magiſque ac magis illam cole, pro qua famam, rem pulcherrimam atq; clariſſimam amiſiſti, pro qua non leue ſupplicium fers infamiam, ſperniſq; & ſpretis omnibus eam ipſam quam tibi nemo vnquam eripiet, virtutem ſolam ſolus amplectere, atq; illi dicito. Hæc quidem ô regina! Pro te volens patior, tu me in integrum reſtitues, aut certe vna mihi pro omnib. ſatis es. Tu me ſola ſinu pio refoue, ſic non famæ tantum, ſed vitæ quoque damna non ſentiam. D. Vulgo paſſim in triuiis laceror. R. Boni conſule: Notum te vulgus faciet, clarum virtus, conſcientia ſecurum.

### ¶ Apophthegmata.

*Pericles.* Archiphroni volenti publico præconio quæri Alcibiadem, qui adoleſcens clam domo egreſſus ad amicum Democratem ſe contulerat, obſtitit dicens: Si forte nobis inſciis periit, præconio nihil aliud agetur, quam vt vno tantum die citius manifeſtum fiat illum interiiſſe: ſin ſaluus, ne per omnem quidem vitam ſaluus eſſe poterit. Ciuiliter excluſit Pericles adoleſcentis infamiam, quam nunquam potuiſſet educere. *Plut.*

### ¶ Similitudo.

*Roterodami.* Adyanton herbam etiamſi perfundas aqua, aut immergas, tamen ſiccæ ſimilis eſt: Ita in viro bono non hæret contumelia, aut infamia, etiam ſi quis infamare conetur. *In ſimil.*

### ¶ Exempla Historica.

*M. Horat.* Interfectæ ſorori crimine à Tullo Rege damnatus, ad populum prouocato iudicio eſt abſolutus: quorum alterum atrocitas necis monuit, alterum cauſa flexit, quia immaturum virginis amorem ſeuere magis quam impie punitum exiſtimabat: itaq; tantum gloriæ conſanguineo quantum hoſtili cruore retulit.

*Sergius Galba* à Libone tribuno plebis pro roſtris cum accuſaretur, quod Luſitanorum magnam manum interpoſita fide, in Hiſpania Prætor, intereniſſet, reus pro ſe nihil recuſans, paruulos liberos ſuos, & Galli ſanguine coniunctum filium, flens commendare cœpit, ſic mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, nullum pene triſte ſuffragium habuit.

*A. Gabinius* maxima infamiæ labe à Memmio accuſatore conſpurcatus, cum præſentiſſimum capitis impendere videret periculum: Siſennam filium adhibuit, qui ſe ad Memmii pedes proſtrauit ſupplex, quem truci vultu Memmius repulſum humi iacere aliquādiu paſſus eſt. Quo ſpectaculo commotus Lælius Tribun. pleb. approbantibus cunctis, Gabinium dimitti iuſſit: vt oſtenderet neque ſecundarum rerum prouentu inſolenter abutendum, neq; aduerſis propere animum abiiciendum eſſe.

*Tutia virgo* deæ Veſtæ inceſti criminis rea, ſinceritatiſque ſuæ conſcia, arrepto cribro dixit: Veſta ſi ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus, effice, vt hoc cribro hauriam ex Tyberi aquam & in ædē tuam perferam: Audacter votis ſacerdotis, rerum ipſa natura ceſſit.

*L. Piſo.* L. Claudio Pulchro accuſatus, quod graues ſociis iniurias intuliſſet, certi periculi metum fortuito auxilio vitauit. Nam cum de eo triſtes ferrentur ſententiæ, repentina vis nimbi incidit, cumq; proſtratus humi iudicum pedes oſcularetur, os ſuum cœno repleuit, quo conſpecto à ſeueritate ad clementiam cuncti conuerſi ſunt.

*Q. Flauius* à Valerio ædile apud populum reus, & quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus ſe innocētem opprimi proclamauit, cui Valerius clara voce reſpondit, nihil ſua intereſſe, dummodo periret: Qua violentia dicti commotæ tribus reo pepercerunt. Et ſic inſolentia accuſator victoriam in ipſa victoria perdidit.

*Quum cuidam* notam appoſitam deprecantibus familiaribus ademiſſet Claudius Cæſar, dixit, Litura tamen extat, Sentiens etiam remiſſa culpa, manere tamen infamiæ prioris veſtigium. Alludens ad ſcripturam, quæ licet ſpongia deleatur, relinquitur tamen raſuræ veſtigium.

*Appius Claudius* pulcherrima claſſe amiſſa infeſto populo obiectus, cum debitam pœnam effugere nullo modo poſſet, ſubita cœli tempeſtate ſuborta, tutus fuit à damnatione. Itaq; cui maritima tempeſtas perniciem, cœleſtis ſalutem attulit.

*Vide, Contumelia.*

# Infans.

## LOCI BIBLICI.

INfantes, in vrbium expugnatione reſeruandi, *Deut.*20,14. Chriſto oblati, *Matth.*19,13 (*vide & Marc.*9,*v.*36.37.) *Luc.*18,15. Infantibus ſimiles nos eſſe oportet, *Matth.*19,14. ſicut infantes modo geniti ſimus, 1.*Pet.*2.*v.*2.

Infantia quæ laudanda, *Matth.* 18,*v.*3,4. *Luc.*18.19, 1, *Cor.*14.'20, *Epheſ.*4,14, 1.*Pet.*2.*v.*2. Infantia ſpiritualis, 1 *Cor.*3.1. Vbi infantiam opponit Paulus adultæ ætati, ideoq; lactis nomine prima Chriſtianæ religionis tyrocinia ſignificat. Petrus vero, 1.*Per.*2.2.' infantiam priori illi corruptiſſimæ vitæ opponit, & perpetuum lactis, (id eſt, veræ & ſinceræ doctrinæ Euangelicæ) vſum commendat: vnde paret, infantiæ nomen diuerſo reſpectu & ſenſu à Paulo, quam à Petro vſurpati.

Ouid.15.Met.

*Editus in lucem iacuit ſine viribus infans.*

Lucret.5.

*Tum porro puer, vt ſæuis proiectus ab vndis*
*Nauita, nudus humi iacet infans indigus omni*
*Vitai auxilio, cum primum in luminis oras*
*Nixibus ex aluo matris natura profudit.*
*Vagituq; locum lugubri complet, vt æquum'ſt*
*Cui tantum in vita reſtet tranſire malorum.*

Ouid.13.Met.

*Nam tener & lactens, puerique ſimillimus æuo*
*Vere nouo eſt: tunc herba recens & roboris expers*
*Turget. & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſtes, &c.*

De infantis filii caſu miſero DIAL. XLIX.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Infantis filii miſerabilem caſum fleo. R, Humanum nihil flendū, homini præmeditata omnia eſſe debent, ſi non ſunt,: Non caſum filii, ſed inſcitiam tuam defle, & conditionis obliuionem. D. Filii infantis miſeram mortem queror. R. Nulla mors miſera, quam mors animæ non ſequitur, à quo periculo infans tuus immunis eſt. D. Infans meus præcipitio periit. R. Qualiter quis pereat, quid refert? modo nō turpiter pereat, & perire turpiter non poteſt qui ſine peccatis periit. D. Præcipitio periit infans meus. R. At Archemorus ſerpente, alii grauidæ lacte nutricas, alii morbis, qui pene plures illam in ætatem, quam in ſenectutem incidunt. D. Periit infans meus præcipitio. R. Repentina mors innocentibus optanda, nocentibus optanda, nocentibus metuenda eſt. D. Infans meus ex alto præceps periit. A. Languide pereuntibus mors durior ſæpe, & anguſtiæ longiores, dolor omnis, eo tolerabilior, quo breuior. D. Periit præcipitio infans meus. R. Præcipitari, & ruere illius ætatis eſt proprium, fecit infans tuus, quod faciunt omnes, & ſi non omnes caſu pereat. At tu ſine illum periiſſe, pereundum erat, & feliciter ſecum agitur prius pereundo, quam vitæ malis implicaretur, quæ quam multa ſint, ſciunt experti, & intenti. Nemo enim non expertus eſt, non intenti autem multi, qui quaſi ſomnum vitam agunt, cuius reminiſci nequeant experrecti. Periit innocens infans tuus, qui fortaſſe, ſi viueret. nocentiſſimus periiſſet. Noli illum in tuto poſitum deflere, fortunæ minas omnes euaſit, & præoccupauit mortem, quæ illum dilata præoccupaſſet. D. Lupus meum deuorauit infantem R. Iſta iam vermium eſt querela. D. Infantis miſeri corpuſculum lupus rapuit in cauernam ſuam. R. Felicis animam infantis in cœlum angeli rapuere.

Infantes primis 40. diebus neq; rident, cum vigilant, nec lachrymantur, ſed noctu & per quietem vtrumque interdum faciunt, nec ſentiunt magna ex parte, cum ſcalpuntur, & plurimam huius temporis partem dormiunt, in die autem ad vigilandum immutantur, ſomniantque, ſed ſero poſſunt meminiſſe imaginum. *Ariſt. hiſt. anim.*7.*c.*10.

Infantib. curandis motu perpetuo vti iubet Plato. Primo, quia motu geniti ſeruantur. Secundo, quia eiuſmodi motione vitæ moderata immoderatæ agitationi tum intrinſecus e natura, tum extrinſecus ab aere factæ reſiſtimus. Tertio, quoniam motus calorem excitat naturalem, corpuſq; totum æque viuificat. Q… trimentum concoquit, & digerit per membra. Quinto… nea excremēta ſecernit. Sexto, obſtruſa aperit & a… Septimo, conducit ad augmentum. Octo, membra… dit, & ſolida, non ſolum moderatione quadam… etiam numeri cuiuſdam proportione, motum no… gruere. *Fic, in Plat. de leg. dial.*7.

# Infelicitas.

## ¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

INfelicitas, Græce δυστυχία, ας, ἡ, & δυστυχήσις, … Felicitas & infelicitas deſcendunt à felix, quod eſt … felicitatem Virgil. *Viuite felices quibus eſt fortuna per…* Aliquando ſignificat, quod dat felicitatem. Virg. … *tuis.* Felix quandoque ſecundum ſignificat, quare felic… dicimus: & infelices, fructum non ferentes, Hinc e… verbum quod eſt felicem facio. Cuius oppoſitum infel… infelicem facio.

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Menander in Heroe.

Ὡς οἰκτρὸν ἡ τὰ τοιαῦτα δυστυχῶ μόνη,
Ἃ μηδὲ πιθανὰς τὰς ὑπερβολὰς ἔχει.
*Me miſeram, quæ ſola calamitates tales experior,*
*Quas præ immanitate nemo facile crediderit.*

Ouid lib.2. de Pont ad Maximum.

*Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt:*
*Quæ ſimul intonuit, proxima quæque fugat.*
*En ego non paucis quondam munitus amicis,*
*Dum flauit velis aura ſecunda meis,*
*Vt fera nimboſo tumuerunt æquora vento,*
*In mediis lacera puppe relinquor aquis.*

Menand. in Enchirid.

Οὔποθεν ἂν ᾤμην ἡ τύχη, καὶ πάντα δὲ
Τὰ μηδὲ προσδοκῶμεν ἔκστασιν ἔχει.
Ὡμοίως ἔχεται κακὸν ἐκ κακοῦ ἀεί.
*Nunquam putabam: Verum fortuna & omnia*
*Inexpectata animum ſuo ſtatu deiiciunt*
*Quam ſemper aliud malum poſt aliud malo …*

Euripides Tragicus.

Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
Αἱ μεταβολαὶ λυπηραί· ᾧ δ᾽ ἀεὶ κακῶς
Ἐστ᾽, οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν.
*Viro, qui felix aliquando vocatus fuit,*
*Moleſta eſt mutatio cui vero ſemper ſiniſtra*
*Fortuna fuerit nihil dolet, vt cui familiaris …*

Eurip. in Antigone.

Ἐπ᾽ ἄκρον ἥκομεν κακῶν γραμμήν.
*Malorum vltimam lineam attingimus.*

Item in Æolo.

Αὐτὸ μὲν γε ζῇ, δ᾽ μεθίσταται κακόν,
Τόδ᾽ οὐκ ἔφυνεν αὖθις, ἐξ ἀρχῆς νέον.
Νῦν δ᾽ αἰὲν πίσσω τόδ᾽ ἀέξεται ἄλλο νεῖρε
Πῆμα, κακῶ δ᾽ οὔπω γίνεται ἡσυχίη.
*Semper malum aliquod viget, alterum vero præ…*
*Et quod nouum ſecutum eſt deinceps, nondum …*
*Nunc vero ſemper concoquo interim aliud nouum …*
*ſcit*
*Damnum, cum à priori malo nondum me expe…*

Sophocles in Nauplio.

Τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία, μία
Νὺξ ἐστιν εὖ παθόντα ἢ περαθανεῖν.
*Infinitis oppreſſo malis, vna*
*Nox aduenit, quæ dum melior fortuna aſſeret …*

Menand. in Paracatatheca.

Εὔπιστος ἀτυχῶν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει,
Τὸν πλησίον γὰρ οἴεται μᾶλλον χρονεῖν
Ὁ τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἰδίοις πταίσων ἀεί.
*Homo infelix ſemper natura credulus eſt,*
*Proximum enim ſemper plus ſe ſapere putat*
*Ille, quem ſuæ rationes ſemper fallunt.*

Amphis in Auſpelurgo.

Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις,
Ἥκιστα τούτοις συμπλησιάζων ἥδεται.
*Quibus in locis calamitoſus aliquis fuit,*
*Ad ipſos accedere nequaquam gaudet.*

Pilatus in Cerere.

Ἦ μὲν δὴ πολέεσσι πεφύκασιν χαλεποῖσι
Θυμὸς γαληναίη δ᾽ ἐπιμίσγεται οὐδ᾽ ἐν ὀνεῖ(?)…
Ἀμφὶ δὲ τοῖ νέαι αἰὲν ἀνίαι ἐπέρχονται.
*Permultis equidem ſemper immerſus ei malis*

*Animi mi: tranquillitatem vero ne tantillam quidem expertus.*
*Semper autem noui dolores circa exasperantur.*

Τόσσους πελάει γαίης ὕπερ, ἠδὲ θαλάσσης
Ἐκ Διὸς ἀργαλέων ἴσχομεν ἂν ἐτέων.
Οὐδ' ἀπὸ μοῖρα μελέων κακῶν φέρει, ἀλλὰ φέρουσιν
Ἔμπεδον, καὶ τοῖσιν ἄλλα προσαυξάνεται.

*Hinc est quod semper oberro terra marique,*
*Dum fœcundi à Ioue restringuntur anni:*
*Nec mihi parca malorum finem affert: sed manent*
*Constanter, & præsentibus accrescunt alia.*

Menander.

Ἔξωθέν εἰσιν, οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν,
Τὰ δ' ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι.

*Qui felices videntur, externam solum personam habent,*
*Intus autem cæteris hominibus similes ſunt.*

Diphilus.

Ὥσπερ κυαθίζουσ' ἐνίοθ' ἡμῖν ἡ τύχη,
Εἰ ἀγαθὸν ἐπιχέασα, τρί' ἐπαντλεῖ κακά.

*Fortuna nobis tanquam cyathos exſiccantibus.*
*Si vnum bonum infundat, tria mala affundit.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Infelicibus nulla tam familiaris patria, quam ſolitudo. *Franc. Patric. de Regnol. 5. c. 6.*

Si cui Deus bona non perfecte largiri voluerit, illum pecuniarũ copia exhibita, mentis & prudentiæ inopem facit: & ſic altero adempto, vtriuſque prior. *Antiph.*

Ἀτυχίαι τις ἴκοσ χαλεπωτέρη, ἐπολείπεται ἐλπὶς ἐπικουρίης.

Inopia publica grauior eſt, quam ſingulorum: Nulla cum ſubſidij ſpes relinquitur. *Democr.*

... ἐλπίζεται, ὅκως περ σκηνέος.

Quemadmodum corpori, ſic & familiæ, vitæque morbus accidere ſolet.

Εἶναί δ' ὁ βάσκανος δαίμων φιλοτιμότατος εἶναι πρὸς τὰς παραδόξους μεταβολὰς.

Inuidus dæmon maxime hoc videtur ſtudere, vt inopinatas calamitates inducat. *Gatus.*

Atqui, ô Socrates (nihil opus eſt antiquis exemplis ad te cõfutandum, ſiquidem recentibus, atq; adeo heſternis manifeſte plerosque iniuſtos eſſe felices, comprobari poſſit. Quænam iſta? Archelaum Perdiccæ filium Macedoniæ imperare vides? Et ſi non video, certe audio. Felixne igitur tibi, an infelix videtur? Neſcio equidẽ: nunquam enim ei conuerſatus ſum. Quid autem? ſi eius conſuetudinem habuiſſes, iam cognoſceres? Aliunde vero eius felicitatem non deprehendis? Non per Iouem. Conſtat igitur, o Socrates, te dicturum ignorare, vtrum Magnus Perſarum Rex ſit felix. Et vera quidem dicam. Ignoro enim, quo pacto, vel eruditione & iuſtitia ſit iuſtructus. Nunquid in hoc tota beatitudo conſiſtit? Certe meo iudicio. Aſſero enim, honeſtum bonumq; virum & mulierem eſſe felicem: iniuſtum vero & turpem eſſe miſerum. Miſer ergo iuxta tuum ſermonem eſt Archelaus? nimirum, ſi iniuſtus. *Plato in Gorgiae.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Bias, cum demum infelicem eſſe dictitabat, qui infelicitatem ſuam æquo animo ferre non poſſet. Senſit vir prudentiſſimus, eam calamitatem hominibus nocumento eſſe, quæ ratione gubernari non poſſit, vt vtilitatem aliquam patientia inde capias. *Laert.*

*Chilon Lacedæmonius* admonebat ſecundis rebus elato non applaudendum, nec arridendum. Infelix felicitas eſt, quæ hominem reddit inſolentiorem: eoq; non plauſum meretur, ſed lachrymas. Nam qui peccant, qui docent inſolentiam quam qui ea vtuntur. Nam populus clamat in auaritiam ac tyrannidem principum: quũ doceant illos hæc vitia. *Laert. li. 1. ca. 4.*

*Euclides.* Non omnino diis exoſos eſſe dicebat, qui in hac vita calamitatum varietate inctantur. Senſit philoſophus, infelicitatem prodeſſe hominibus, quibus ſi pro votis animi res procedãt, inſolentia agitantur, vt ex rebus proſperis iratos ſibi deos faciant. *Gnomol.*

*Diogen.* Alexander Macedo ad Antipatrum literas Athenas deferendas Athliæ cuidam tabellario dederat. Diogenes autem cum aſſiſteret, ad vocabulum alludens (Athlios enim infelix dicitur) Athlius, inquit, ad Athlium, per Athlium. Intellexit autem omnia in illa legatione eſſe infelicia. *Bruſ. li. 6.*

*Demetrius Stoicus* dicere ſolebat, nihil ſibi videri infelicius eo, cui nihil in vita accidiſſet aduerſi: quod oporteat talem hominem ſibi ignotum eſſe, aut qui nunquam ſui periculum fecerit, aut fortunam, vt quem prætererint veluti ignauum, nec idoneum cum quo conflictum. *Eraſm. li. 8. Apoph. ex Senec.*

¶ SIMILITVDINES.

*Maximi monachi.* Quemadmodum fuga fortem virum oſtendit: Sic calamitas vere prudentem. *Serm. 18. Eſt autem dictum Demonactis.*

*Archytæ Pythagorici* Quemadmodum cœcus ſiue lumen habeat, & claritatem viſibilem: ſiue in tenebris degat; ſemper miſer eſt: Si infelix ſemper malus habetur, ſiue adſit materia, ſiue deſit: male enim omnibus rebus vtitur. *In lib. de doctrina morali. Meminit & Stobæus in ſermone De virtute. quæ eſt in ordine prima.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

Fuit Troiæ *equus* ſemper exitialis. Ob Laomedontis equos primum vrbs capta eſt ab Hercule & exciſa: dein lignea effigie, pari euentu, venit in hoſtium poteſtatem: poſtremo Charidemi ductu, cum equus ferro confoſſus concidiſſet, fuit iacens Ilienſibus, quo minus fores irruentibus obiicerent hoſtibus, impedimento. *Sabellic. li. 9. c. 4 ex Plut. Sertorio.*

*Cn. Seius, Delobella, Caßius, & Marcus Anton.* omnes infeliciter periere, cum equum Seianum poſſiderent. *Gell. li. 3. ca. 9.*

*Zenodotus* Ariſtotelem auctorem citat, Cythnios vſque adeo diuexatos afflictoſq; fuiſſe ab Amphitryone: vt in prouerbium abierint, κυθνώδεις συμφοραί pro maximis cladibus & immenſis calamitatibus. Eſt autem Cythnus ex Inſulis Cycladibus vna, contra Dryopidem ſita, teſte Stephano. *Eraſm. in in Adagiis.*

*Glaucus Hephæſtionis medicus*, eo mortuo, ab Alexandro Magno cruci affixus eſt. *Plutarchus in Alexandro.* Sed vt infelix Glaucus, ita crudelis Alexander qui quod per inobedientiam peccaſſet Hephæſtion. Glaucum ignorantiæ nomine luere voluerit, *idem.*

*Deianira* apud Sophoclem Trachiniis ſuam infelicitatem coniugalem deplorat: quæ a monſtroſo primum Acheloo fluuio expetita multo certamine ab Hercule liberata fuerit. Subinde Herculis vxor, propter aſſiduas illius peregrinationes atq; pugnas, nouos ſemper timores concipiat. *Soph.*

*Ioan. Balsolus Scotorum Rex* infelix, regno exutus, ab Eduardo II. Anglo, in Gallia ſenex atque cœcus obiit, *Hector Boeth. lib. 14.*

*Xerxis* feliciſſimi Perſarum Regis infelix expeditio contra Græcos, hiſtoriarum monumentis conteſtata. *De ea Iuuenalis Satyr. 10.*

*Dionyſius Iunior*, Syracuſis expulſus exulauit Corinthi, ibique ludi magiſtrum egit. *Teſtis Cicero libro Epiſtolar. famil. 9. ad Papirium.*

Ouid. 4. de Ponto eleg. 3.

*Illa Syracuſia modo formidatus in vrbe,*
*Vix humili duram reppulit arte famem.*

*Pazaites Rex* Turcarum, Tamberlano victori equum inſcenſuro ſubinclinauit humeros & ſcabelli vſum præbuit. Vt etiam Valerianus Imperator optimus, Sapori Regi Perſarum fecit.

*Belliſarius Dux* exercitus Iuſtiniani, poſt tot tantaſq; victorias exocculari mandato Iuſtiniani iuſſus: victum in via publica à tranſeuntibus emendauit.

*Caſſius* toties triumphator, tertio conſul, capitali ſupplicio afflictus, vitam finiuit.

*Polycrates* Samiorum Tyrannus, poſt multos ridentis fortunæ zephyros, ab Oræte Cypri præfecto ſuperatus & ſuſpendio affectus eſt.

*Xerxes* qui Ægyptum ſubegerat, à Themiſtocle victus ab Artabano interfectus eſt: Artabanus autem ab Artaxerxe occiſus.

*Mithridates* Rex Ponti, qui Annis 50. Romanos variis cladibus affecerat, Aſiam occupauerat, Q. Oppium proconſulem & Aquileium legatum in vincula conieccrat: à Lucullo primum, deinde à Pompeio ſuperatus, mortem ſibi intulit.

*Pompeius Magnus* tot egregiis victoriis habitis à Cæſare victus in Theſſalia, iuſſu Ptolomæi, ad quem in extrema rerum deſperatione confugerat, interfectus eſt crudeliſſime.

*Cæſar Iulius* victor Maximus C. Caſſii, & Decii Bruti 23. vulneribus, in ſenatu confoſſus eſt. *Reliqua lege apud Valer. & Fulg. lib. 6. c. 11. de varietate caſuum.*

*Vide, Beatitudo, Felicitas, Fortuna.*

# Infernus.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

INfernus, Græce, ᾅδης, ου, ὁ, dicitur. Et eſt horridus, tenebroſus & pœnalis locus dæmonum. *B. Thomas ſecunda ſentent. diſtinct. 6. qu. 3.*

Infernus in eſt centro terræ, id eſt, in medio terræ. *Secundum eundem*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*eundem 2.ſent.diſt. 6.quæſt.3. artic.2.& 4.ſent.diſtinct. 44.quæſt. 3. art.2.*

Infernus aliquando adiectiuum eſt: ſicut infra eſt : ſicut ſupremus qui ſupra eſt:vnde inferne aduerbium,& inferiæ ſacra mortuorum, quæ inferis ſoluuntur,& furiæ infernæ & infernales.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Inferi,vel infernus, pro ſepulchro *Scheol. Geneſ.*42.38.& 44.29. *Iob* 14.13.& 17. 13.*Pſal.* 6.6. & 16. 10. & 18.6.& 30. 4.& 49.15. & 94. 17.& 115.17. & 141,9.*Eſaiæ* 38.18.*Ezech.*31.16.*Actor.*2.31. & 31.25. Inferi vel infernus, pro loco,eoque horribili puniendis reprobis deſtinato.*Nume.* 16.30. 33. *Deuteronom.* 32.22. *Prouerbior.*2.18.& 7.27. *Pſalm.* 11.6. & 21.11. & 14.15.*Eſai.*14.9. &c.28.15. 18. *Sapient.* 11.17. *Eccleſiaſtic.*21.10.*Eſa.* 30.33. & 33.11.& 24. 9. *Amos* 9. 2. *Abac.* 2.5. *Matth.*8.12.& 11.23. & 16.18.*Ierem.*9,15.*Malach.* 4.1,*Luc.*10.13.*Apocal.*1.18 & 6.8,& 20. *Verſicul.* 13.14. Infernus etiam ſumitur, pro ſummis cruciatibus & anguſtiis, puta quales reprobi ſentiunt,tum in præſenti vita,tum poſt illam, 1,*Sam.*2.6.*Pſalm.*116.&c.Pœna in inferno nunquam terminanda,*Eſaiæ* 66 14.*Matth.*25.4.46.*Marc.* 9.47.2.*Theſſ.*1.9. Quare falſa eſt eorum opinio, qui Diabolos & damnatos aliquando ſaluatum iri contendunt. Infernus deſcribitur, *Eſa.*30. 38. Infernus cum morte à Chriſto deuictus , *Oſe.* 13.14.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Infernus & perditio nunquam replentur, ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.*Prou.*3.7.

Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, ſufficit.Infernus, & os vuluæ, & terra,quæ nunquam ſatiatur aqua. Ignis vero nunquam dicit,Sufficit.*ibid.*30.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi.Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis:ibi erit fletus & ſtridor dentium.Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. *Matth.*13.

## ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

In inferno nulla eſt redemptio: quoniam qui illic damnatus & demerſus fuerit, vlterius non exibit,In inferno nulla eſt redemptio: quoniam nec pater ibi poteſt adiuuare filium,nec filius patrem. Ibi non inuenitur amicus vel propinquus, qui valeat & argentum & diuitias dare,quas nunc congregant auari videntes pauperes inopia tabeſcere,& præ nimia fame & ſiti nuditatem & mortem incurrere,non poterunt ſibi præſtare aliquod refugium : vnde miſeri præ nimia doloris amaritudine amariſſime flentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, dicent in inferno:Quid profuit nobis ſuperbia noſtra,diuitiæ,honores, dignitates luxuria, guloſitas, & omnes delectationes carnales quid profuerunt nobis? Ecce omnia tranſierunt quaſi ſomnia,quaſi fumus & vmbra, & quaſi non fuerunt, & nos cruciatibus deputati ſumus & ſuppliciis æternis. In inferno nulla eſt redemptio:quoniam ibi gemitus ſunt & ſuſpiria, & non eſt qui miſereatur. Ibi eſt dolor & planctus, & clamor,& non eſt qui audiat. *Aug, in ſer. ad Eremitas.*

Melius eſt dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore pœnarum,& illum pauperem in refrigerio gaudiorum eſſe,intelligendos non dubito: ſed quomodo intelligenda illa flamma in inferno , ille ſinus Abrahæ, illa diuitis lingua, ille digitus pauperis,illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerii, vix fortaſſe a manſuete quærentibus, contentioſe autem certantibus, vnquam inuenitur. *idem de Geneſi li.*8.

In inferno etſi erit ſtimulus pœnitudinrs,nulla ibi erit correctio voluntatis, à quibus ita culpabitur iniquitas , vt nullatenus ab eis poſſit diligi,vel deſiderari iuſtitia. *idem de fide ad* Petrum.

Ita diuiti illi, qui apud inferos torquebatur, fuit cura de viuis, quamuis quid agerent,omnino neſciret,quemadmodum eſt nobis cura de mortuis , quamuis quid agant omnino neſcimus. *Idem lib. de agenda cura pro mortuis.*

Anima illic poſita bene eſſe perdidit,& eſſe non perdidit. Ex qua re ſemper cogitur, & vt mortem ſine morte: & defectum ſine defectu, & finem fine ſine patiatur: quatenus ei & mors immortalis ſit,& defectus indeficiens,& finis infinitus. *Gregor.lib.* 4. *Dialogorum.*

Horrendo modo fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors ſemper viuit, & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. Mors perimit, & non extinguit,dolor cruciat, ſed nullatenus pauorem fugat flamma comburit, ſed nequaquam tenebras excutit.*Greg.li.*9.*Moral.*

Sicut vno ſole omnes tangimur,nec temen ſub eo vno ordine omnes æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis, ſentitur etiam pondus caloris:ſic damnatis vna eſt gehenna quæ affligit, & tamē non omnes vno calore comburit, quia quod hic agit diuerſitas
do corporum,hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum
*Moral.*4.*Dialog.*

Sicut in domo Patris manſiones multæ ſunt pro diuerſitate
tutum, ſic damnatos diuerſis ſuppliciis gehennæ
diſparitas criminis. Quæ ſcilicet gehenna, quamuis
non tamen cunctos vna eademque qualitate ſuccendit.
*Moral.*

Illa vltrix flamma tranſactorum vitiorum
bet,& lumen non habet: quia illos, quos gehennæ
rat, à viſione veri luminis cœcat, vt foris eos dolor
cruciet, & intus pœna cœcitatis obſcuret: quatenus
ſuo corpore & corde deliquerunt: ſimul corde & corpore
tur, & vtrobique pœnas ſentiant: qui dum hic
ſuis delectationibus ex vtroq; ſeruiebant. *idem* 9. *Moral.*

Quiſquis ad toleranda inferni mala deſcendit,
cem vlterius redibit: quia nequaquam vltra miſericordia
tis liberat,quos ſemel in locis pœnalib. iuſtitia
*idem.*

Tunc edax flamma comburit, quos nunc
polluit. Tunc infinitum patens inferni barathrum
inanis elatio nunc exaltat, atq; qui olim ex vitio
callidi perſuaſoris expleuerunt,tunc cum duce ſuo
menta perueniunt.*idem.*

Gehennæ ignis cum ſit incorporeus, & in ſe
corporaliter exurat,nec ſtudio humano ſuccenditur,
tritur:ſed creatus ſemel, durat inextinguibilis, &
indiget,& ardore non caret.

Iuxta modum culpæ pœna diſtinguitur, &
criminis,vnuſquiſq; damnatus, in inferni igne
*li.*15.*Moral.*

Vnus gehennæ ignis credendus eſt, ſed non
cruciat peccatores. Vnuſquiſq; enim quantum
illic ſentiet pœnam. *Gregorius libro quarto Dialogorum*

Eiicientur in tenebras exteriores,vt illic dentes
de edacitate gaudebant, nam fletus de ardore,
de frigore.Ibi duplex oſtenditur eſſe gehenna,
ris,& intolerabilis feruoris. *Greg.ſuper illud Matth.*
*tenebras exteriores.*

In inferno erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis
immortalis, fœtor intolerabilis,tenebræ palpabiles
tium, horrida viſio dæmonum , confuſio peccatorum
omnium bonorum. Erit enim miſeris mors ſine
ſine defectu, quia mors ibi ſemper incipit, &
*dem.*

Multi gehennam abhorrent , ego autem caſum
multo amariorem gehennæ pœna aio.

Decem millia quis ponat gehennas, nihil tale
beata gloria excidere, à Chriſto audire, quod non
ſari, quod eſurientem vidimus,nec cibauimus. *Ioan.*
*Matth.hom.*33.

Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam
conſolatio, nullus terminus , vbi guttam aquæ
accipere non meretur.*Bern.ſer.*4.*de Quadrag.*

Ignis gehennæ lucebit miſeris ad augmentum,
doleat, & non ad conſolationem,ne videant vnde
*dor.li.*1.*de ſummo bono.*

Intende nunc quaſcunq; ſeculi pœnas, quoſcunque
dolores, quaſcunq; dolorum acerbitates, & compara
gehennæ,& leue eſt omne quod pateris Duplex
na eſt in gehenna, nam & mentem vrit triſtitia,
*idem de meditatione gehennalis ſupplicii.*

Infernus lacus eſt ſine menſura, profundus ſine
ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili,
innumerabili, ibi miſeria, ibi tenebræ, ibi ordo
æternus,ibi nullæ ſpes boni,nulla deſperatio mali.
*nima.*

Primum igitur dicimus,tantam Dei eſſe poteſtatem
corporalia comprehendat, &, quemadmodum
Nam & angeli Deum metuunt: quia caſtigari ab eo
rabili quodam modo: & dæmones reformidant,
ab eo,& puniuntur. Quid ergo mirum, ſi,cum ſint
nimæ tamen patibiles ſint Deo? Nam cum in ſe nihil
dum & contrectabile,à ſolidis & corporalibus nullam
ſunt,ſed quia in ſolis ſpiritib.viuunt,à ſolo Deo tractabiles
virtus & ſubſtantia ſpiritualis eſt. Sed tamen docet
teræ, quemadmodum pœnas impii ſint laturi.Nam
corporibus contraxerunt,rurſus carne induentur,
piaculum ſoluant: & tamen non erit caro illa, quam
ſuperiecerit, huic terrenæ ſimilis,ſed inſolubilis ac
ternum,vt ſufficere poſſit cruciatibus, & igni ſempiterno
natura diuerſa eſt ab hoc noſtro , quo ad vitæ
qui niſi alicuius materiæ fomite alatur, extinguitur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...ſeipſum ſemper viuit, ac viget ſine vllis alimentis, nec ad... habet fumum, ſed eſt purus ac liquidus, & in aquæ mo... ...dus. Non enim vi aliqua ſurſum verſus vrgetur, ſicut ...quum labes terreni corporis, & fumus intermiſtus exilire co... ...ad cœleſtem naturam cum trepidatione mobili ſubuolare. ...tur diuinus ignis, vna eademue vi atque potentia & cre... ...impios & recreabit: & quantum è corporibus abſumet, tan... ...poſuet, ac ſibi æternum pabulum ſubminiſtrabit, quod poe... ...vulturem Titii tranſtulerunt. Ita ſine vllo reuiuiſcentium ...rum detrimento aduret tantum, ac ſenſu doloris afficiet. Sed ...cum iudicauerit Deus etiam igni eos examinabit. Tum, ...m peccata vel pondere, vel numero præualuerint, perſtrin... ...igni atque amburentur. Quos autem plena iuſtitia, & ma... ...virtutis incoxerit, illum ignem non ſentient. Habent enim ...in ſe Dei, quod vim flammæ repellat ac reiiciat. Tanta eſt e... ...virtus innocentiæ, vt ab ea ignis ille refugiat, innoxius, qui ac... ...à Deo hanc poteſtatem, vt impios vrat, iuſtis obtemperet. Nec ...quiſquam putet, animas poſt mortem protinus iudicari. Nā ...in vna communique cuſtodia detinentur, donec tempus ad... ...quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tum quo... ...fuerit probata iuſtitia, hi præmium immortalitatis accipient: ...autem peccata, & ſcelera detecta, non ſurgent, ſed cum im... ...in eaſdem tenebras recordentur, ad certa ſupplicia deſtinati. *...tius Firmianus libro ſeptimo, capite vigeſimo primo, diuin.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Lucret. 3.

*Cerberus & furiæ tam vero, & lucis egenus*
*Tartarus, horriferos eructans faucibus æſtus.*
*Qui neque ſunt vſquam, nec poſſunt eſſe profecto.*
*Sed metus in vita pœnarum pro malefactis*
*Eſt inſignibus inſignis, ſceleribusque numella,*
*Carcer, & horribilis de ſaxo iactatu deorſum,*
*Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.*
*Quæ tamen & ſi abſunt, at mens ſibi conſcia facti,*
*Præmetuens, adhibet ſtimulos, torretque flagellis:*
*Nec videt interea cui terminus eſſe malorum*
*Poſſit, nec quæ ſit pœnarum denique finis,*
*Atq; eadem metuit magis, hæc ne in morte graueſcant*
*Hinc Acheruſia fit ſtultorum deniq; vita.*

Lucan. 3.

*Sedibus Elyſiis campoq; expulſa piorum*
*At Stygias, inquit, tenebras, Maneſque nocentes*
*Poſt bellum ciuile trahor.*

Claud. 2. Ruff.

*Quæſitor in alto*
*Conſpicuus ſoli pertentat crimina Minos,*
*Et iuſtis dirimit ſontes: quos nolle fateri*
*Viderit, ac mala mox tranſmittit verbera fratris:*
*Nam iuxta Rhadamanthus agit congeſta ſuperni*
*Curriculi: totos qui dum perſpexerit actus,*
*Exæquat damnum meritis.*

Senec. Herc. fur.

*Atque auidum Chaos,*
*Gratumq; retro flectere haud vnquam ſinunt*
*Vmbra tenaces.*

Ibidem.

*Sed nemo ad id ſero venit, vnde nunquam*
*Cum ſemel venit, potuit reuerti,*
*Non vnquam amplus.*

Idem Hipp.

*Conuexa tetigit ſupra, qui merſus ſemel,*
*Adiit ſilentem nocte perpetua domum.*

Horat. 2. Carm. 13.

*Quam pæne furuæ regna Proſerpinæ,*
*Et iudicantem vidimus Aeacum,*
*Sedeſque diſcretas piorum, &*
*Aeoliis fidibus querentem*
*Sappho puellis de popularibus,*
*Et te ſonantem plenius aureo*
*Alcæe plectro dura nauis*
*Dura fugæ mala, dura belli!*

Horat. 2. Carm. 14.

*Viſendus aer flumine languido*
*Cocytus errans, & Danai genus*
*Infame, damnatuſq; longi*
*Siſyphus Aeolides laboris.*

Sen Herc. fur.

*Quod quiſque fecit patitur, authorem ſcelus*
*Repetit, ſuoque premitur exemplo nocens,*

Silius 13.

*Has inter formas coniux Iunonis Auernæ*
*Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina Regum.*
*Stant victi, ſeroque piget ſub iudice culpæ.*
*Circumerrant Furiæ, pœnarumq; omnis imago,*
*Quam vellent nunquam ſceptris fulſiſſe ſuperbis.*
*Inſultant duro imperio, non digna, non æqua, &c.*
*Non licitum viuis, tandem permiſſa queruntur.*
*Tunc alius ſæuis religatur rupe catenis.*
*Aſt alius ſubigit ſaxum, perque ardua montis*
*Vipereo domat hunc æterna Megæra flagello.*
*Talia lethiferis reſtant patienda Tyrannis.*

Stat. 2. Theb.

*Forte ſedens media regni infelicis in arce*
*Dux Erebi populos poſcebat crimina vitæ*
*Nil hominum miſerans, iratuſq; omnibus vmbris*
*Stant Furiæ circum, variæque ex ordine Mortes,*
*Sæuaq; multiſonas exercet Pœna catenas.*
*Fata ferunt animas, & eodem pollice damnant.*

Val. Flac. 3.

*Quiſq; nec in ventos, nec in vltima ſoluimur oſſa.*
*Ira manet, duratq; dolor.*

Ibidem.

*Quiſq; ſuos ſontes, inimicaque pectora pœnis*
*Implicat, & varia meritos formidine pulſat.*
*At quibus in vita maduerunt ſanguine dextræ,*
*Si ſors ſæua tulit miſeros, vel proxima culpa,*
*Hos variis mens ipſa modis agit, & ſua carpunt*
*Facta viros reſides, etiam nil amplius auſi*
*In lachrymas humileſque metus, ægramque fatiſcunt*
*Segnitiem.*

Senec. Herc. fur.

*Spartana tellus nobile attollit iugum,*
*Cenſus vbi æquor Tænarus ſyluis premit:*
*Hic ora ſoluit Ditis inuiſi domus,*
*Hiatque rupes alta, & immenſo ſpecu*
*Ingens vorago faucibus vaſtis patet,*
*Latumque pandit omnibus iter.*
*Hinc ampla vacuis ſpatia laxantur locis.*
*In quæ omne merſum pereat humanum genus,*
*Nec ire labor ipſa deducit via:*
*Vt ſæpe puppes æſtus inuitos rapit,*
*Sic pronus aer vrget.*

Silius 12.

*Hic vicina palus fama eſt: Acherontis ad vndas*
*Pandere iter, cæcas ſtagnante voragine fauces*
*Laxat & horrendos aperit telluris hiatus,*
*Interdumque nouo perturbat lumine manes.*

Stat. 2. Theb.

*Hoc, vt fama, loco pallentes deuius vmbras*
*Trames agit, nigroque Iouis vacua atria ditat*
*Mortibus, Arcadii perhibent ſi vera coloni.*
*Stridor ibi, & gemitus pœnarum, atroque tumultu*
*Feruet ager: ſæpe Eumenidum voceſq; manuſque*
*In medium ſonuere diem, lethique triformis*
*Ianitor agricolas campis auditus abegit.*

Val. Flac. 1.

*Ingenti iacet ore Chaos, quod pondere foſſam*
*Materiem, lapſumque queas conſumere mundum,*
*Hic geminæ æternum portæ, quarum altera dura*
*Semper lege patens, populos Regeſque receptat.*

Claud. 1. Ruff.

*Eſt locus extremum pandit qua Gallia littus*
*Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlyſſes*
*Sanguine libato populum mouiſſe ſilentum,*
*Illic vmbrarum tenui ſtridore volantum*
*Flebilis auditur queſtus: ſimulacra coloni*
*Pallida, defunctaſque vident migrare figuras.*

Idem 2. Ruff.

*Eſt locus infauſtis, quo conciliantur in vnum*
*Cocytus, Phlegethonque vadis, inamœnus vterque*
*Alueus: hic voluit lachrymas, hic igne redundat,*
*Turris per geminos flammis vicinior amnes*
*Porrigitur, ſolidoque rigens adamante, ſiniſtrum*
*Proluit igne latus, dextera Cocytia fundit*
*Æquora, triſte gemens & fletu concita plangit,*
*Huc poſt emeritam mortalia ſecula vitam*
*Deueniunt, vbi nulla manent diſcrimina fati,*
*Nullus honor: vanoque exutum nomine Regem*
*Perturbat plebeius egens.*

Sen. Herc. fur.

*Vera ne eſt fama inferis*
*Tam fera reddi iura, & oblitos ſui*
*Sceleris nocentes debitas pœnas dare?*
*Quis iſte verit rector, atque æqui arbiter?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem Troad.

*Tenara & aſpero*
*Regnum ſub domino, limen & obſident*
*Cuſtos, non facili Cerberus oſtio.*
*Rumores vacui, verbaque inania,*
*Et par ſollicito fabula ſomnio.*

Lucret. 3.

*Poſt mortem denique noſtram*
*Num quid ibi horribile apparet? num triſte videtur*
*Quidquam? Nonne omni ſomno ſecurius exſtat?*
*Atque ea nimirum, quæcunque Acheronte profundo*
*Prodita ſunt eſſe in vita ſunt omnia nobis:*
*Nec miſer impendens magnum timet aere ſaxum*
*Tantalus, vt fama eſt, caſſa formidine torpens:*
*Sed magis in vita Diuum metus vrget inanis*
*Mortales, caſumque timet quem cuiq; ferat ſors.*
*Nec Tityon volucres ineunt Acheronte iacentem,*
*Sed Tityus nobis hic eſt in amore iacentem,*
*Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor,*
*Aut alia quauis ſcindunt torpedine curæ, &c.*

Silius 2.

*Tum demum ad Manes perfecto munere Erinnys*
*Iunoni laudata redit, magnamque ſuperba*
*Exſultao rapiens ſecum tartara turbam.*

Virg. 6. Æneid.

*Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci*
*Luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ,*
*Pallenteſque habitant morbi, triſtiſque ſenectus,*
*Et metus, & male ſuada fames, & turpis egeſtas,*
*Terribiles viſu formæ, lethumque laborque:*
*Tum conſanguineus lethi ſopor, & mala mentis*
*Gaudia, mortiferumq; aduerſo in limine bellum,*
*Ferreique Eumenidum thalami, & diſcordia demens,*
*Vipereum crinem vittis innexa cruentis.*
*In medio ramos, annoſaq; brachia pandit,*
*Vlmus opaca ingens, quam ſedem ſomnia vulgo*
*Vana tenere ferunt, foliisque ſub omnibus hærent,*
*Multaq; præterea variarum monſtra ferarum,*
*Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæq; biformes,*
*Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ,*
*Horrendum ſtridens flammiſque armata Chimæra,*
*Gorgones, Harpyiæq; & forma tricorporis vmbræ:*
*Hinc via tartarei quæ Acherontis ad vndas,*
*Turbidus hic cœno vaſtaq; voragine gurges*
*Aeſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.*

Inferorum decem portæ.

*Cingunt regna decem portæ, quarum vna receptat*
*Belligeros dura gradiui ſorte creatos.*
*Altera qui leges poſuere, atq; inclyta iura*
*Gentibus. & primas fundarunt mœnibus vrbes.*
*Tertia ruricolas Cereris iuſtiſſima turba,*
*Quæ venit ad manes, & fraudum illæſa venena,*
*Exin qui lætas artes vitaque colenda*
*Inuenere viam, nec dedignanda parenti*
*Carmina ſuperſunt Phœbo, ſua limina ſeruant,*
*Proxima quos venti, ſæuaque hauſere procellæ,*
*Naufraga porta recipit. ſic illam nomine dicunt.*
*Finitima huic noxa grauido, & peccaſſe fatenti*
*Vaſta patet populo, pœnas Rhadamanthus in ipſo*
*Expetit introitu mortemque exercet inanem.*
*Septima fœmineis reſeratur porta cateruis,*
*Liuentes vbi caſta fouet Proſerpina lucos.*
*Infantum hinc gregibus. verſas ad funera cædas*
*Paſſim virginibus, turbaque in lumine lucos*
*Eſt iter extincta & vagitu ianua nota,*
*Tam ſeducta loco, & laxata lucida nocte*
*Clauſtra nitent, quæ ſecreti per limites vmbram*
*Elyſios ducunt campos, hic turba piorum,*
*Nec Stygio in regno. cæli nec poſta ſub axe,*
*Verum vltra Oceanum ſacro certamina fonti,*
*Lætheos potat latices obliuia mentis.*
*Extrema hinc auro fulgens iam lucis honorem*
*Sentit & admoto ſplendet ceu ſydere luna.*
*Hac animæ cælum repetunt, ac mille peractis*
*Oblitæ Ditem redeunt in corpora luſtris.*
*Has paſſim nigrum pandens mors lurida rictum,*
*Itque reditque vias & portis omnibus errat.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

Bion dicere ſolebat, facilem eſſe ad inferos viam: nam illuc homines abire clauſis oculis. Morientibus enim clauduntur oculi, *Laer, l. 4. c. 7.* Vnde virgil.

*Facilis deſcenſus Auerni.*
*Noctes atque dies patet atri ianua Ditis, &c.*

*Demonax* interrogatus olim, qualiſnam eſſet inferio-
tio? Expecta, inquit, & ſimul atque illuc venero,
ſignificabo omnia. Sentiebat autem nullos eſſe infero-
*apoph.*

*Bion.* In fabulis eſt, Danaidas puellas apud inferos
eſſe ſupplicio, vt pertuſis vaſis deferant aquam in
ſum: Bion dicebat, grauius fore ſupplicium, ſi integr-
pertuſis idem facerent, tum enim irent onuſtiores.
*pit. 7.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Quantum malum ſit æternorum bono-
ne priuari, accipe ſimile. Ponamus adoleſcentem aliquem
rabilem eundemque & cunctis florere virtutibus,
orbis imperium tamque in omnibus eſſe perfectum,
erga ſe homines patrio ardere faciat affectu. Quid
patrem pati exiſtimatis libenti animo, ne talis filii
quio: quod vero vel exiguum, vel grande malum
rum modo, vt illum etiam videat, atque illius præſentia
tur? etiam ſi virtutibus mille decoretur, deſiderabilis
rabilis, vt cœleſtium fructus bonorum, ac reſolui
ſto: intolerabilis quidem res eſt etiam gehenna, quis
cium illud horribile. Tamen ſi mille aliquis ponat
hil tale dicturus eſt, qualè eſt à beatæ illius gloriæ
exoſumque eſſe Chriſto, & audire ab illo: Non noui
nim ſatius, mille fulmina ſuſtinere, quam vultum
tudinis, pietatiſque plenum, nos tamen auerſantem
totius tranquillitatis oculos nequaquam nos aſpicere
*Hom. 24. in Matth.*

*Nidus eſt* præſens vita ex feſtucis & luto coagmentata
hi magnas ædes oſtentes, ſiue regias ipſas auro
gemmis, nihil ab hirundinum nido differre cenſeto.
dem inſtante, omnia ſponte corruent. Hyemem vero
dicii, non omnibus hyemem: quoniam & Deus
diem vocat, illud quidem ad peccatores, hoc autem
iuſtos. Itidem & ego nunc, hyemem ipſam voco
te alamur, vt poſſimus volare inſtante hyeme. Non
ſcipient, ſed eſurire ſinent, perire, vel nido ruente
enim nidum, quin imo & facilius quam nidum, omnia
deſtruet, Delens & tranſmutans omnia, volatu vero
ſti non valentes occurrere in aera, ſed ita vulgariter
ues habeant pennas, ea quæ pati tales eſt veriſimile,
Hirundinum itaque pulli cum conciderint, ſtatim
vero non morimur, ſed continuo punimur. Hyeme
pus, quinimo hyeme difficilius: non enim aquæ
unt, ſed ignis flumina, non ex nubibus tenebræ
ſolubiles: & omni luce carentes tenebræ, vt neque
tur, nec aer, ſed plus quam terra obruti comprimamur.
*Matth.*

*Si quis rex*, vel Regis filius profectus, & bellis
expeditis, admirationi habitus, & vniuerſum habens
liquam oſtenderet ciuitatem curru cum trophæis,
ris ordinibus, cum aureis clypeis, circa ſe miniſtris
& coronata tota ciuitas eſſet, & omnes orbis principes
pſum autem omnis alienigenarum gentium captiua
queretur: mox duces, ſatrapas & ciues, præſentibus
ſtratibus, cum illo ſplendore occurrentes ſuſciperet
manum porrigeret, & omnem exhiberet fiduciam,
ſtantibus tanquam ad amicos loqueretur, & diceret,
am illam ſe propter eosfeciſſe, & in regias deduceret,
communicaret: licet alii non punirentur, quantum
rum priuatio comparanda? Si vero coram hominibus
eſt, ab hac excidere gloria, multo magis coram Deo,
virtutes aderunt cum Rege, cum victi dæmones, &
nati, & ipſe Diabolus agetur captiuus, & omnis
do, cum virtute cœlorum, cum ipſo venerint in nubibus
*quadrageſima octaua. De ira.*

*Non velim* exiſtimes, vt hic fieri ſolet, ita & in futuro
tingere, vt ſcilicet ſolatium aliquod ferat, ſocio
vnde id conſtat? Ex ſubiecto ſcilicet exemplo. Dicamus
damnatus ignibus filium quoque ſuum vna intueatur
ex ipſius carne aſcendentem hauriat naribus,
ſi hi quoque qui ſani ſunt, dum hæc fieri vident,
multo magis id paſſuri ſunt, qui ea clade vexantur.
pronum humanum genus, aliorumque calamitatibus
mouemur. Quo pacto pater filium in eadem damnatione
videns, ſolatium capiat? Contra pœna illi ex ſocietate
dem ratione, ſi vir vxorem, frater fratrem, &c. *Ibid. Homil.*
*geſima octaua. De ira.*

*Origenis.* Sicuti ciuitatum portæ proprium quæque
habent: eodem modo portæ inferorum nominari
ſpeciem peccatorum: vt vna quidem inferorum porta
ſcortatio, per quam ambulant ſcortatores; altera

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…qui Deum ab negant, deſcendunt ad inferos. *in capite*

…Quod nullus labor eſt vento, puluerem diſſipare, & …rum in plateis ingredientes proprie calcaſſe non ſentiunt. …illi inferni facile eſt impios delere atque diſpergere. quos …rum ratio & in lutum ſoluerit, & poſuerit in puluerem, non …neque ſubſtantia firmitatis, cum puluis & lutum ſint, & per …puluis & lutum ſunt, in natura tamen pœnalis ſubſtantiæ … *in Pſalm.* 1.

…Sicut in hoc mundo ſub vno ſole multi conſiſtunt, nec …eundem ſolis ardorem æqualiter ſentiunt, quia alius plus æ… alius minus: Ita illic in vno igne non vnus eſt modus incen… quod hic diuerſitas corporum, hoc illic agit diuerſitas …rum, vt ignem non diſſimilem habeant, & tamen eoſdem …diſſimiliter exurat. *Lib. Dialog.* 4.

…*erti Abbatis Tuitienſis.* Ægyptus terra fuit exemplum in… Illic detinebatur populus captiuus fratrum Chriſti, id eſt, …um populus: quod omnes ſtatim tranſduxit per mare rub… eſt per ſanguinis, & aquæ decurrentis ex latere ſuo ſacra… & inimicos eorum, id eſt, peccata eorum operuit mare il… vſque nunc operit inimicos noſtros, qui eodem ſacramento …ti ſumus. Ad iſtam Ægyptum Chriſtus per omnia fratribus …tus deſcendit, vt eos faceret cohæredes ſui: *Ex Ægypto … catus eſt filius meus. In Matthæum lib.* 2.

# Infinitus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

…nitus, Græce ἀπερίληπτος, ὁ, ἡ, & ἀπέραντος, ἀόριστος. ἀπέ… ἄπειρος dicitur. Eſt autem infinitum, cuius ſemper ſecun… quantitatem accipientibus eſt aliquid accipere. *ſecund. A… Phyſic.*

…itum eſt, quod non habet finem, vnde infinitio & infini… dicuntur. Hinc etiam & infinitiuus modus, quo Grammati… …, qui nec à perſonis aliquibus nec numeris finitur. Hæc … à finibus deſcendunt, à quo pariter præfinio, hoc eſt, præ… & quaſi finem, quem non tranſgrediaris, oſtendo. Vnde …itum, præſcriptum: Infinite & infinitum aduerbia, ſignifi… ſine fine. A finio veniunt etiam definio & diffinio.

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

…quod infinitum eſt, aut ex adiunctione, aut ex diuiſione, … modo dicitur. *Lib. 3. de Natura, cap. 4. T.* 34.

…titatis ratio & definitio, quantitatem adhibet, non eſſenti… qualitatem, *Lib. 1. de Nat. c. 2. T.* 15.

…es Philoſophi rem infinitam principium eſſe ponunt nec … *Lib. 3. de Nat. c. 4. T.* 30.

…finitæ nullum principium eſt: eius enim finis eſſet. *Ibi-*

…itum quidem à rebus iis, quæ ſenſibus percipiuntur, ſe… …r nunquenon poteſt, ita vt ſit quoddam αὐτάπειρον. *lib. 5. … T.* 35.

…um eſſe non poteſt in iis quæ re ipſa ſunt, & in eſſen… …am principii vim locumque obtineat. *Lib. 3. de Nat. c.* …

…non ſit res infinita, fiet vt multa incommoda conſequan… temporis principium quoddam erit ac finis: & magni… magnitudinem diuidi non poterunt: & numerus infini… *Lib. 3. de Nat. c. 6. T.* 56.

…um, id eſt: cuius ſemper aliquid extra, ii qui ratione quan… …ſerint, accipere poſſint. *L. 3. de Nat. c. 7. T.* 63.

…materiæ cauſa eſt id, quod infinitum eſt: & vis eius atque …priuatione, *l. 3. de Nat. c. T.* 72.

…quæ infinita innumerabiliaque ſunt, nihil eſt primum. … *c. 2. T.* 13.

…immenſum eſt, motu cieri & quieſcere totum poteſt. … *T.* 17.

…infinitum eſt, ferri non poteſt. *Libro primo de Cœlo, c.* …

…natura nulla eſt, alioqui rei infinitæ & immenſæ natura …ion eſt. *Lib. 1. Breuio Metaph. c. 2. T.* 12.

…infinitum eſt, non ita vi & poteſtate, quaſi futurum ſit, vt …rum atque diuiſum, ſed vt animi cogitatione, *lib. 1.* 7. … *T.* 11.

…qua ex parte infinitum eſt, id neque indefinitum eſt, …nitum, *Lib. 1. de Cœlo c. 12. T.* 130.

…tum eſſe actu non eſt intelligibile. *Ex B. Thom. quodlib.*

# Infirmitas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INfirmitas, Græce ἀρρωστία, ας, ἡ, & ἀρρωστέω, infirmo, & ἄρρωστος, ου, ὁ, infirmus. Eſt autem infirmitas, debilitas & imbecillitas. & infirmus debilis: ab infirmoq; ducuntur, quod eſt debilito. A firmus omnia hæc veniunt: firmus vero à ferendo, quod omnia conſtanter ferat, vnde firmitas: de qua ſupra in dictione Firmitas: & Firmitudo eiuſdem ſignificationis.

## ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Ifirmitas, pro humiliatorum abiectione, *Gal.* 4 13. pro imbecillitate, quæ in hominibus maxima eſt, *Matth.* 26.41. Infirmitas corporalis. *vide Ægritudo.*

Infirmi, pro abſolute & omnino ad opus bonum ineptis, *Rom.* 5.6. pro imbecillis in fide, & horum habenda eſt ratio, *Luc.* 22.32. *Act.* 20.35. *Rom.* 14.1. & 15.1.1. *Corinth.* 8.7.9. & 10.28.29.1. *Theſſ.* 5.14. eorumq; ignorantia toleranda, non fouenda, *Rom.* 14.1. Infirmitatis in fide *exempla*: Moſes, *Num.* 11. v. 21.22. Gedeon, *Iudic.* 6. *v.* 13.14.15. Petrus, *Matth.* 14. *v.* 30.31. Diſcipuli, 8.26. & 20.56 3 *Marc.* 14.50. *Ioac.* 11.8. Nicodemus, *Ioan.* 3.2. Pater Demoniaci, *Matth.* 9.24. multi Principes, *Ioan*, 12.42. Ioſeph. Arimathæus, 19.38.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Infirmitas grauis ſobriam facit animam. *Eccl.* 31.

Virtus in infirmitate perficitur, Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti, 2. *Cor.* 12.

Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te, *Eccl.* 38.

Liuor vulneris abſterget mala, *Prou.* 20.

Ante languorem adhibe medicinam: & ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem. *Eccl.* 8.

Melior eſt mors, quam vita amara, & requies æterna, quam languor perſeuerans. 30.

*Infirmitatum conſolatio.*

In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolabere illum in exitu ſpiritus ſui, *Eccl.* 38.

Infirmus eram, & viſitaſtis me. *Matth.* 25.

Infirmatur qui in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. *Iacob.* 5.

*Modus vitandi cauſa.*

In multis eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Qui autem abſtinens eſt, adiicit ſibi vitam. *Eccl.* 37.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Qui veram oſtendit corporis infirmitatem, humane tractandus eſt: Qui autem falſam prætendit, & conuinci non poteſt, Deo dimittendus eſt, *Auguſt. de opere monachorum.*

Corporis debilitas nimia etiam vires animę frangit, mentis quoque ingenium marceſcere facit; Quicquid cum modo & temperamento fit, ſalutare eſt, *Hieron. in quadam Epiſtola.*

Corporales infirmitates populi fidelis ſuſcipere in ſe debet Euangelii prædicator, iuxta quod ſcriptum eſt: Quis infirmatur & ego non infirmor? *Ambroſius & habetur 24. quæſt. 1. can. Quæ dignior.*

Venit Dominus, quum ad iudicandum properat. Pulſat vero quum per ægritudinis moleſtias mortem vicinam denuntiat, cui confeſtim aperimus, ſi hunc cum amore ſuſcipimus. *Gregorius ſuper illud Lucæ duodecimo: Beatus ſeruus, quem cum venerit Dominus.*

Qui dolorem capitis non patimur benigne, quomodo pro Chriſto capitis abſciſſionem pateмur? Qui flagellum timent, quomodo tormenta ſuſtinerent? *Hugo lib. 1. de clauſtro animæ.*

Quoſdam præſciens Deus multa peccare poſſe, flagellat cor infirmitate corporis, ne peccent, vt eis vtilius ſit frangi languoribus ad ſalutem, quam remanere incolumes ad damnationem. *Hugo lib. 1. de anima.*

Quidam pro libito ſuo viuunt, & ſemper ſunt vegeti, quidam à regulis Hippocraticis non deuiant, & aſſidue ſunt infirmi. … *in quadam epiſt.*

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. 3. Triſt. 8.

*Nec cœlum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ,*
*Heu nil perpetuus corpora languor habet!*
*Seu vitiant artus ægræ contagia mentis,*
*Siue mei cauſa eſt in regione mali:*
*Vt tetigi Pontum, vexant inſomnia, vixq;*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Oſſa tegit macies, nec iuuat ora cibus*
*Quique per autumnum percuſsis frigore primo*
*Eſt color in foliis, quæ noua læſit hyems:*
*Is mea membra tenet, nec viribus allevor vllis.*
*Et nunquam queruli cauſa doloris abeſt.*

Idem 4. Triſt. 6.

*Nam neq; ſunt vires, nec qui color eſſe ſolebat.*
*Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa, cutem.*

Sen. Oed.

*Admonitu recreatur amor, vulnuſq; nouatum*
*Scinditur: infirmus cauſa puſilla nocet.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Non videmus, quam multa nos incommoda exagitent, quam male nobis conueniat hoc corpus: nunc de capite, nunc de ventre aut de pectore, aut de faucibus querimur; Alias nerui nos, alias pedes vexant, nunc deiectio, nunc diſtillatio: aliquando ſupereſt, aliquando deeſt ſanguis: hinc atque illinc tentamur & expellimur, *Senec. in epiſt.*

In omni morbo tria grauia ſunt: metus mortis, dolor corporis, intermiſſio voluptatis, *Senec. 72. epiſt.*

Morieris non quia ægrotas, ſed quia viuis. Quum conualueris, non mortem, ſed valetudinem effugies, *ibid.*

Nihil æque ſanitatem impedit, ſicut remediorum crebra mutatio: non conualeſcit planta, quæ ſæpe transfertur. Nihil magis ægris proteſt, quam ab eo curari, à quo voluerint, *Epiſt. 2.*

Bona valetudo iucundior eſt eis, qui de graui morbo curati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt, *in epiſt.*

Bene dormit, qui non ſentit, quam male dormit, *in Prou.*

¶ EMBLEMA.

Obnoxia infirmitas.
Andr. Alciat. Emblema CLXIX.

*Piſciculos Aurata rapit medio æquore ſardas,*
*Ni fugiant pauidæ, ſumma mariſq; petent,*
*Aſt ibi ſunt mergis fulicisq; voracibus eſca:*
*Eheu intuta manens vndiq; debilitas!*

# Infortunium

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INFORTVNIVM, Græce συμφορὰ, ᾶς, ἡ, dicitur. Et eſt, cum aliquid magnum malorum euenit. *Secundum Ariſtotelem libro 2. Phyſicorum.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Menander,

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.
*Quercu cadente omnis vir ligna colligit.*
Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.
*Oportet hos quidem eſſe infelices, hos vero felices.*
Ἐπ' ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν.
*In virum infelicem ne obiicias malum.*
Ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.
*Ex voluptate enim naſcitur infeliciter agere.*
Μὴ ἐμβαίνει δυστυχοῦντι κοινὴ ἡ τύχη.
*Ne inſulta infelici: communis enim fortuna.*
Μηδέποτε σαυτὸν δυστυχῶν ἀπελπίσῃς.
*Nunquam de te ipſo infeliciter agens deſperabis.*
Νόμιζε κοινὰ πάντα δυστυχήματα.
*Exiſtima communes omnes infelicitates.*
Οἴμοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν μανίαν ποιεῖ.
*Heu mihi. Nam repente infeliciter agere, inſaniam gignit.*
Τῶν δυστυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος.
*Infelicium fortunatus nullus amicus.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Nemini calamitatem obieceris. Communis enim fortuna eſt, & quid futurum ſit, non liquet. *Iſocr.*

Ego illum plane ſtolidum iudico qui cum homo ſit: & homini fortunam exprobrat. Quomodo enim conuenit de fortuna gloriari, vel eam obiicere alteri, illum, qui ipſe neſciat an ſibi conſtans vel ad veſperum permanſura ſit, quamuis in præſentia ſe quam optimi & feliciſſimi vitam agere putet? *Demoſt.*

¶ ADAGIA.

Aſinus inter ſimias. ὄνος ἐν πιθήκοις.

*Vbi quis incidit in homines naſutos & contumelioſos ipſe ſtolidus, à quibus impune irrideatur. Quin & hodie ſimile quiddam dicunt: Noctua inter cornices, vbi ſtupidior aliquis in homines petulantes ac dicaces incidit.* Ein Eul vnter die Affen.

Nouacula in cotem: ξυρὸς εἰς ἀκόνην.

*Dici ſolitum in hos, qui forte in eas res inciderunt, in quas minime volebant.*

Victus ſpinoſus. βίος ἀκανθώδης.

*Poteſt de minutis intelligi & acciſis facultatibus*

Hodie nihil ſuccedit.

*Plautinus in Amphytrione alluſit ad vulgi ſuperſt... quidam dies credebantur rebus gerendis auſpicati... ces. Quod ſi vnum atq; alterum parum ſucceſſit ex ſen... æſtimantes totum diem, dicunt: Hodie nihil ſuccedit... bus negotiis abſtinent.*

Tempeſtas rerum.

*Quum ſignificabimus magnam rerum confuſionem... lis verſibus Homericis, quos vſurpat Marcus Tullius li... Q. Fratrem:*

Ἦμαρ' ὀπωρινῷ ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
Ζεύς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ.
*menſibus autumni vehementer Iuppiter imbrem*
*Effundit, cum ſuccenſens mortalibus inſtat.*

Aqua & terra reddamini. ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

*Pro eo quod eſt: Redigamini in nihilum, ac pereatis. ...um eſt Homericum.*

Aſinus inter apes. ὄνος ἐν μελίτταις.

*Dici ſolitum, vbi quis infeliciter incidit in homines ... que importunos. Suidas.*

In apes induxiſti, εἰς μελίττας ὁδόμακας.

*Vbi quis præter opinionem in ingens agmen velut ... rum immergitur.*

Dicas tria ex curia. εἴποις τὰ τρία παρὰ τοῖς αὐλαῖς. Zenod.

*Antiquitus qui iudicum ſententiis fuiſſent ad capit... um condemnati, priuſquam ad mortem ducerentur ... cedebatur, vt vino ciboq; expleti, tria quadam, ... eſſet, dicerent. Quæ ſimulatq; dixiſſent, promulgata ... producebantur ad ſupplicium.*

Ad aquam malus. ἐφ' ὕδωρ κακός.

*In infimæ ſortis homines dicebatur, ac ſordidiſſimi ... dictos, propterea quod antiquitus litigantibus aquam ... dras tenues quidam ac nullius frugi homines infundebant ... ſabantque.*

Canis in vincula. κύων ἐπὶ δεσμά. Zenodot.

*Dicebatur, vbi quis ſeipſum in ſeruitutem aut in ... quod iniiceret.*

Mitte in aquam βάλλ' ἐς ὕδωρ. Plutarch.

*Hoc eſt: Aufer è medio. Dicitur in hominem vel ... gnam.*

Ad Cynoſarges. ἐς Κυνόσαργες.

*Erat Cynoſarges locus in Attica quiſpiam, in quo ... exercebantur: vnde vel contumeliæ cauſa dicebatur ... veluti in ſpurium, vel imprecando, quaſi dicas: In malam ...*

Ad coruos. βάλλ' ἐς κόρακας.

*Perinde valet, quaſi dicas: Abi in malam crucem ... rem, atq; in exitium. Ariſtophanes: Ocyus hinc ad cor...*

Das dich die Rappen freſſen.

In lapidicinas. εἰς λατομίας, Lucian.

*Cum ſignificamus quempiam è medio tollendum, ... lam aliquo auferendum.*

In puteo cum canibus pugnare. ἐν φρέατι κυνομαχεῖν.

*Dici ſolitum, vbi cuipiam negotium incidit cum ... contentioſo, à quo ſe nequeat extricare.*

In beatam. βάλλ' εἰς μακαρίαν. Ariſtoph.

*Aufer te in beatam, pro eo quod eſt: In malam rem.*

In Orciculum incidas. ἄδου πρωκτῷ περιπέσοις.

*Sermo perniciem & extremum exitium imprecans.*

Charontis ianua. Χαρώνειος θύρα.

*De imminente capitis periculo, ſiue de re magnopere ...*

Aurum habet Toloſanum Gellius.

*In eum, qui magnis ac fatalibus afficitur malis, ... rando exitio perit.*

Equum habet Seianum.

*Olim prouerbio dicebatur in calamitoſum, & ad ex... opiam redactum.*

Tragicum malum. Τραγικὸν πάθος,

*Tragicum malum dicetur ingens, cuiuſmodi ſingu... gœdiis.*

Muſtelam habet. γαλῆν ἔχει. Diogen.

*In eum quadrat, cui omnia ſunt inauſpicata, ... Diis iratis, vt aiunt.*

Cadmea victoria. Καδμεία νίκη.

*Sunt qui Cadmeam victoriam appellabant infelicem ... victoribus.*

Fortunatior Strobilis Carcini. οὐδ' εὐμοιρέστερος Καρκίνου ...

*Ironia prouerbialis in infelicem & improbum.*

Iſſa, Ἴσσα. Suidas.

*Prouerbialis erat acclamatio in eos, qui ζ litera ... quique modis omnibus eſſent infortunati.*

Genius malus.

*Adagium apparet è priſcorum opinione profectum, ... binos genios attribuunt, quos dæmones vocant, quorum ... ciem nobis moliatur, alter iuuare ſtudeat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vel hoſti miſerandus.

Eſt hyperbole. Nam hoſtis non facile commouetur miſericordia erga illi. Quod vel ipſe probet Momus.

Mala vero adſunt.

Idem & vulgo dicitur: Mala vltro adeſſe, non innocata.

Per medium annulum traharis oportet. Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι.

Id eſt: per annulum trahendus es. In eum quadrabit, qui ſe vehementer extenuato gracilique corpore, ſeu morbo, ſeu cura, ſeu ſtudio, ſeu qua alia re. Ariſtoph.

E tribus malis vnum τῶν τριῶν κακῶν ἕν.

Sunt qui dicant iis, qui ſententia capitali damnati fuiſſent, tria ſolere deferri, gladium, laqueum, & aconitum.

Extrema extremorum mala. ἐσχάτων ἔσχατα κακὰ διαπέπρακται.

Vtemur, quoties ingens infortunium ſignificare velimus.

Ogygia mala. Ὠγύγια κακά.

Recte dicuntur vel ingentia mala, vel antiqua.

Diolygium malum. Διωλύγιον κακόν. Plato.

Id eſt: Ingens malum. Dicitur de eo, qui malo quopiam ingenti et diuturno tenetur.

Labore laborioſus. πόνῳ πονηρός.

Ipſa figura hyperbolen habet laboris immodici. Eſt autem iocus in amphibologiam vocis. πονηρὸς enim Græcis vt laborioſum ac miſerum ita ſignificat & malum aſtutumque.

Lemnium malum. Λήμνιον κακόν.

De malis immenſis ac miſerandis.

Magnetum mala. Μαγνήτων κακά.

De malis ingentibus dictum videtur, aut iis, quæ in authores ſuos recidunt.

Malis mala ſuccedunt.

In eum, qui variis exercetur fortunæ incōmoditatib. nunc morbo, nunc rapinis, nunc aliis atq; aliis malis, conuenier illud Homeri:

*Ἄλλοτε μέν τε Νότος Βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,*
*Ἄλλοτε δ᾽ αὖτ᾽ Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.*
*Tradebat Notus hunc Boreæ quandoque vehendum,*
*Nunc rurſum Zephyro tractandum tradidit Eurus.*

Tænarium malum. Ταινάριον κακόν.

Siquid crudelius ſæuitum eſſet in famulos, Tænarium malum dicebant, propterea quod olim Lacedæmonii captiuos, qui in Tænarum confugerant, reductos, capitis affecerunt ſupplicio.

Tam perit quam extrema faba. Pomp.

Quadrabit in hominem, ſeu rem, omnibus omnium iniuriis expoſitam. Da der Zaun am nidrigſten iſt / da wil jederman hinüber ſteigen.

Viuens vidensque.

Quod in Eunuch. dixit Terent. Viuus videnſque pereo: id M. Tull. indicat prouerbiali figura dictum eſſe in orat. pro P. Seſtio. Vſurpat & aliquot locis D. Hieronym.

Ilias malorum. Ἰλιὰς κακῶν.

De calamitatibus maximis ſimul & plurimis: propterea quod in Iliade Homerica nullum mali genus non recenſetur.

Lerna malorum. Λέρνη κακῶν. Cic.

De malis plurimis ſimul in vnum congeſtis & accumulatis.

Semper Ilio mala. ἀεὶ Ἰλίῳ κακά. Athen.

De vehementer calamitoſis & afflictis.

Sybaritica mala. Συβαριτικὰ κακά. Idem.

Quadrabit adagium in eos, qui neglectu Deorum, aut ob intemperantem luxum ſubuertuntur.

Mare malorum. κακῶν θάλασσα. Plaut.

Dici ſolitum de calamitatibus immenſis & omnigenis.

Alio relinquente fluctu, alius excepit. Ariſt.

Non inconcinne deflectetur ad incurſus malorũ, cum, vt vere fit, calamitas calamitati ſuccedit, iuxta illum prouerbiale verſiculũ.

*Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.*

Cybes malorum. Κύβεις κακῶν.

De vehementer improbis, & omnium facinorum genere contaminatis.

Malorum Panegyris. Κακῶν Πανήγυρις.

De malis agminatim ingruentibus, & inuicem ſibi ſuccedentibus. Aſcribitur Plauto.

Per tenebras quæ apud quercum. τὸ περὶ δρῦν σκότος.

De ingenti ac fatali calamitate dicebatur. Ariſtoph.

Grauiora Sambico patitur. δεινότερα Σαμβίκου πάσχει.

In eos, qui cruciatibus exquiſitis torquentur, aut quibus inſignia mala accidunt. Plut.

Malo aſino vehitur. ἐπ᾽ ὄνου πονηροῦ ὀχούμενοι.

Malo aſello vehi dicuntur, quibus res ſunt parum ſecundæ. Feliciores egregiis equis inſidere gaudent.

Quæ ex antiqua. τὰ ἐκ παλαιοῦ.

Id eſt, Quæ ex antiqua ſubaudiendum. Tyro. Perinde valet, quaſi dicas ſummam moleſtiam, extremumque malum. Plut.

Miſerior monomachis. τῶν μονομαχούντων ἀθλιώτερος.

Id eſt: Miſerior his, qui monomachiam exercent. Nam hi duriſſima lege committuntur, vt aut alter, aut vterque pereat.

Cuiuſmodi portento me inuoluit fortuna? οἵῳ μὲ ὁ δαίμων τέρατι ſυνέζευξε;

Dici conueniet, vbi negotium incidit cum homine moroſo difficiliq́;, cum quo non queas viuere, nec à quo te poſſis extricare.

Myſortitus es. ἔλαχες τὸ μῦ.

Id eſt: M. litera tibi ſorte obtigit. Ænigma in ſtultos.

Nephaſti dies. ἀποφράδες ἡμέραι.

Olim vocabantur inauſpicati, & quibus publica non licebat agere, Vnde receptum, vt homines inuiſos ac deteſtandos ἀποφράδας appellarent.

Seruabis bouem. βουκολήσεις.

Id eſt: Bubulcus eris. Hoc velut ænigmate ſignificabant exilium.

Inus dolores. Ἰνοῦς ἄχη.

Intolerandum & exanimantem dolorem ſignificantes dicunt Ἰνοῦς ἄχη. Nam ἄχος proprie dolor dicitur apud Græcos, qui prorſus obſtupefacit ſuiq; ſenſum adimit homini.

Niobes mala. Νιόβης πάθη.

De maximis & acerbiſſimis malis dicebatur.

Antiopæ luctus. Ἀντιόπης θρῆνος.

Dici conſueuit, vbi quis innumeris calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur.

Cythnicæ calamitates. Κυθνώδεις συμφοραί.

Ariſtoteles citat, Cythnios vſq; adeo diuexatos afflictoſq; fuiſſe ab Amphytrione, vt in prouerbium abierint.

Cyrnia iactura. Κυρνία ἄτη.

De magnis diſpendiis & expilationibus dicebatur.

Argi collis. Ἄργου λόφος.

Vbi quis ingentibus malis eſſet implicitus: Poteſt accommodari vel ad locum, vel ad negotium variis obnoxium calamitatibus.

Militauit cum Eraſinade. ἐστρατήγησε μετ᾽ Ἐρασινάδου.

Vulgo per iocum dicebatur de his, quibus res vndequaq; male procedunt. Suidas.

Excubias agere in Naupacto. φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ.

Aduerſus eos, qui pereunt ignauia ſua, aut qui munus odioſum ac plenum diſcriminis adminiſtrant. Zenodot.

Lemnia manu. Λημνίᾳ χειρί. Herod.

Dictum pro eo, quod eſt nefaria, impia, crudeli manu.

Lepus apparens infortunatum facit iter. φανεὶς ὁ λαγὼς δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους.

Id eſt: In auſpicatum iter obuius facit lepus. Torqueri poteſt ad interuentum cuiuſpiam, qui videatur incommodum aliquod allaturus. Suid.

Minxit in patrios cineres. Horat.

Qui à furiis ageretur, cuique cuncta cederent infeliciter, in patrios cineres minxiſſe dicebatur. Antiquitus enim paterni ſepulchri ſumma fuit religio.

Rupta crada. κράδης ῥαγείσης.

Dicebatur de his, qui repente tanquam quidpiam facturi prodiiſſent, deinde falſa omnium expectatione turpiter & indecore ſeſe geſſiſſent in negotio.

Commune naufragium. κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον.

Id eſt: Commune naufragium omnibus ſolatium. Multo faciliꝰ fertur malum, quod nobis eſt cum omnibus aut cum multis commune.

Obedientia felicitatis mater. πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας μήτηρ.

Principis eſt, conſulere ſaluti ciuium. Id conatur bonis & æquis legibus. Populi eſt his obtemperare, ſi velit eſſe felix. Sed vtinam non eſſent Iones ὀλέθριοι, quibus vxor ἀναρχία, & filia δυστυχία.

¶ EMBLEMA.

Semper præſto eſſe infortunia.

Emblema CXXIX. Andreæ Alciati.

*Ludebant parili tres olim ætate puellæ*
*Sordibus, ad Stigias quæ prior iret aquas.*
*At cui iactato male ceſſerat alea talo,*
*Ridebat ſortis cæca puella ſuæ:*
*Cum ſubito icta caput labente eſt mortua tecto,*
*Soluit & audacis debita fata ioci.*
*Rebus in aduerſis mala ſors non fallitur: aſt in*
*Fauſtis nec precibus, nec locus eſt manui.*

¶ FABVLA.

Aſini pellis.

Aufer me mors, inquit afflictus oneribus & verberibus aſinus, & eripe miſeriis. Exaudiit inuocantem illa ſe, & præſto fuit. Moritur aſinus, at pellis ipſius in tympana intenditur, & exanimus etiam tunditur.

Dicitur fabula de pertinacia & aſſiduitate infortunii.

*Vide Infelicitas.*

# Ingenium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INGENIVM, Græce εὐφυΐα, ας, ἡ, & εὐφυής, έος, ὁ, ἡ, induſtria & ingenioſus dicitur. Eſt autem ingenium extenſio intellectus ad intellectorum cognitionem. Ingenium ſignificat proprie naturam



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

turam cuique ingenitam. *Terent. Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, id eſt, cum hominibus eiuſmodi natura.* Huius diminutiuum eſt ingeniolum, item ingenuus, qui libera matre natus nec poſtea ſeruus factus eſt, & relatiuum libertini. Hinc etiam ingenuitas, quæ eſt contraria libertinitati.

Ingenium eſt animi vis, qua ſe extendit & exercet ad incognitorum cognitionem. Græcis dicta εὐφυΐα, & ſignificat alias naturam vnicuique ingenitam.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus, & conſilium. *Eccl. 25.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nihil per aliquod ingenium ita aſtruitur, quin ita acre ingenium econtra inueniat. *Aug. in ſer.*

Ingenii acumen, vel tarditas pręmium vel pœnam in futuro collocat. *Hier. in app.*

Non ſemper ingenii vena reſpondet ad votum, & quandoq; dicta laudabiliora caſu aliter ſcribenti ſe offerunt, quæ per ſtudii vehementiam, & indaginem laborioſæ meditationis inueniri non poſſunt. *Petr. Rau. in quadam epiſt.*

Sicut qui tardus eſt ad capiendum, pro intentione tamen boni ſtudii præmium percipit: ita qui præſtitum ex Deo ſibi ingenium negligit, condemnationis reus exiſtit: quia donum, quod acceperat, deſpicit, & per deſidiam derelinquit. *Iſidorus lib. 3. de ſummo bono.*

Quidam Dei iudicio donum ſcientiæ, quod negligunt, accipiunt, vt diutius de rebus creditis puniantur: tardiores autem, ideo quod ſcire cupiunt, difficulter inueniunt, vt pro maximo exercitio laboris maximum præmium habeant retributioni. *ibid.*

Non ego meo ingenio vel merito, ſed eius dono ſum, ſi quid laudabile ſum. Nam quædam acutiſſima & excellentiſſima ingenia tanto in maiori errant, quanto confidentius tanquam ſuis viribus cucurrerint, nec ſuppliciter ac veraciter Deum, vt vitam ſibi oſtenderet, petiuerunt. *Aug. ad Maced. epiſt. 1.*

Apis acriter pungit, & mel conficit: ſic paruo corpore anima ingenioſa & acerrima viget, & doctrinæ ſuauitatem profert, *Hieronym. ſup. illud Eccl. 11. Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus eius.*

Dum ingenioſi negligentia torpent, in prauis actionibus remanent, & ſimplices, quos ingenii penna adiuuat, ab obtinenda regni æterni mœnia, virtus operationis leuat. *Greg. ſuper illud Prouerb. 30. Stellio manibus nititur.*

Abſcondere talentum in terra, eſt acceptum ingenium in terrenis actibus implicare, & non lucrum ſpirituale acquirere. *Ioann. Chryſoſt. ſup. illud Matth. 25. Abiens fodit in terram.*

Semper in robuſto & vegetato corpore animus mollior iacet, atque tepidum cor: & rurſum in corpore debili & infirmo fortior viget & promptior ſpiritus. *Bernard. in Apolog.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Horat. in Epiſt.

*Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

Plaut. in Pen.

*Bono ingenio me eſſe ornatam, quam auro multo mauolo.*
*Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.*
*Bonam ego quam beatam me eſſe dici mauolo*
*Meretricem pudorem gerere magis decet quam purpuram*
*Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.*
*Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant,*
*Magno cum periculo cuſtoditur, quam multis placet.*

Ouid. 5. de Triſt.

*Adde quod ingenium longa rubigine læſum*
*Torpet, & eſt multo quam fuit ante minus.*
*Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,*
*Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.*

Ouid. lib. 15. Metam.

*Carne feræ ſedant ieiunia, nec tamen omnes,*
*Quippe equus & pecudes, armentaq; gramine viuunt.*
*At quibus ingenium eſt, immanſuetumq; ferumq;*
*Armeniæ Tigres iracundiq; leones.*
*Cumq; lupis vrſi dapibus cum ſanguine gaudent.*

Idem lib. 3. Amor. eleg. 7.

*An quiſquam ingenuas etiam nunc ſuſcipit artes?*
*Aut tenerum dotes carmen habere putat?*
*Ingenium quondam fuerat pretioſius auro:*
*At nunc barbaries grandis, habere nihil.*

Ouid. epiſt. Hero. ad Leandrum.

*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.*
*Vt corpus teneris, ſic mens infirma puellis.*

Ouid. Triſt. 3. Eleg. 7.

*Singula quid referam? nil non mortale tenemus,*
*Pectoris exceptis, ingeniiq; bonis.*
*En ego cum patria caream vobiſq; domoq;,*
*Raptaq; ſint adimi quæ potuere mihi,*
*Ingenio tamen ipſe meo comitorque fruorque,*
*Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil.*

Idem 3. Triſt. eleg. vlt.

*Ingenium fregere meum mala, cuius & ante*
*Fons infæcundus, paruaq; vena fuit.*
*Sed quæcunque fuit, nullo exercente refugit;*
*Et longo periit arida facta ſitu.*

Propert. 3.

*Nam neque Pyramidum ſumptus ad ſydera ducti,*
*Nec Iouis Elei cælum imitata domus,*
*Nec Mauſolei diues fortuna ſepulchri,*
*Mortis ab extrema conditione vacat.*
*Aut illis flamma, aut imber ſubducit honores,*
*Annorum aut ictu pondera victa ruent.*
*At non ingenio quæſitum nomen ab æuo,*
*Excidet, ingenio ſtat ſine morte decus.*

Plaut. Capt.

*Sæpe ſumma ingenia in occulto latent.*

Mart. 1.

*O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

De ingenio. DIAL. VII.
*Franciſc. Petrarch.*
GAVD.

At ingenium eſt velox. RAT. Ad virtutes vtinam. Al[...] velocius eo propius ruinæ. G. Ingenium expeditum eſt. R. [...] nis artibus applicabile pretioſa animi ſuppellex. Si minus, [...] ſa, periculoſa, laborioſa. G. Ingenium peracutum eſt. R. [...] non acumen, ſed æqualitas, atque conſtantia, veram laudem [...] petuam merentur, quorundam acumen tenui cuſpide [...] primoq; molimine deficiet, validiſſima etiam ſi ad [...] nuentur, infirma ſunt, ſic robur omne tenuitas atterit. G. [...] mum ingenium eſt mihi. R. Nihil ſapientiæ odioſius acu[...] mio. Nihil vero philoſophanti moleſtius, quam ſophi[...] uiſam Palladi finxere veteres araneam, cuius ſubtile opu[...] es telæ ſunt, ſed fragiles, nulliq; vſui. Vt mucronis ergo [...] nii acies ſit, non penetret modo, ſed ſubſiſtat. G. Promp[...] ſatile ingenium eſt. R. Hoc Mar. Catoni Cenſorio [...] quod literis ſimul, atq; armis bellicíſq; omnibus & vrba[...] ſticis artibus æque foret idoneus, quod ex parte Græci [...] Epaminondæ, Perſæ autem Cyro. Tum hoc verſatile, qu[...] gat, neu verſutum ſit, neue aliquid non agile ſed leue p[...] conſtans habeat caueto. Aliud eſt enim non poſſe con[...] facile ire poſſe quo velis. G. Ingenium eſt excellens. R. [...] refert, quo in genere excellas, huius enim quoq; verbi [...] vaga eſt, verumq; eſt, vbi intenderis ingenium valere. [...] ingenium bonum, quam excellens, quod illud in malu[...] quit, hoc in diuerſa volubile eſt. Nam & Criſpus Luci[...] nam magna vi animi fuiſſe ait, ſed ingenio malo prauoq[...] genium magnum eſt. R. Bonum cupio & modeſtum. [...] ſola ſuſpecta eſt. Sæpe magnum ingenium magnor[...] malorum fuit. Raro autem magni errores, niſi ex magn[...] prodiere.

Eſt vis certe quædam, quam ingenium vocant, qu[...] eſt, ea vt efficere poſſit & adipiſci, quæ ad propoſitum [...] tinent. Ac ſi finis quidem honeſtus ſit, laudanda: ſin ma[...] ditas eſt nominanda. *Lib. 6. Ethic. cap. 12. & lib. 1. Ma[...] capite 34.*

Eſt hoc maximum & præſtantiſſimum, quodq; nemo [...] pere ab alio poſſit, nec diſcere: ſed qualecunq; à natura [...] buatur, tale obtinebit. Cuius ſi ſumma & excellens qu[...] tura conceſſa ſit facultas, ea demum perfecta veraque [...] neceſſe eſt. *Lib. 3 Ethic. c. 5.*

Verum ingenium & indoles in eo eſt, vt poſſis ver[...] qui, & declinare falſum quod quidem ii, quibus acum[...] & indolem natura largita eſt, præclare efficere poſſunt. [...] amant & oderunt, & proponitur, vere de eo, quod [...] mum eſt, iudicant. *Lib. 8. Top. c. 5.*

Ingenium non idem valet quod prudentia, etſi ſin[...] nullo modo poſſit. *Lib. 6. Ethic. c. 12.*

Is demum bene natus, & bene animo conſtitutus, [...] nus à natura datum eſt, vt quaſi aſpectum quendam [...] vere iudicabit, atque id, quod vere bonum eſt, ſequ[...] *Ethic. c. 5.*

Vis duplex eſt eius, in qua ſedes eſt opinionis, inge[...] dentia. *Lib. 6. Ethic. c. 13.*

Poteſt ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub [...] latere; poteſt ex deformi humiliq; corpuſculo formoſus [...] magnus exire. Non enim deformitate corporis fœda[...] ſed pulchritudine animi corpus ornatur. *Senec. epiſt. [...] rianum.*

Nullum ingenium poteſt eſſe magnum, antequam [...] quid admixtum de furia. *Senec. de tranquillit. anim[...]*

Tria ſunt quæ in tota rerum varietate, excellen[...]

munificentiæ donum (ſcilicet philoſophiam) extollant: Non ſufficientiæ conceptus: futuræ felicitatis appetitus: mentis illuſtratio. Quorum primo nihil honeſtius, ſecundo nihil facilius, tertio, nihil ad amborum compendioſam adeptionem efficacius. *Ex lib. Empedoclis.*

Igitur præclara facies, diuitiæ, ad hæc vis corporis, & alia huiuſmodi omnia breui dilabuntur: at ingenii egregia facinora, ſicut anima, immortalia ſunt: poſtremo corporis & fortunæ bonorum, vt initium, ſic finis, *Salluſt. in Iugurth.*

Inter bonas artes integrum ingenium breui adolet. *idem.*

Ingenium vbi intenderis valet, *idem.*

Punitis ingeniis gliſcit authoritas. *Corn. Tacit.*

Ingeniorum velut præcox genus non temere vnquam peruenit ad frugem. *Quintil. inſtit. orat. lib.* 1.

Acutiora ingenia, & ad intelligendum apertiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer ſit purus ac tenuis, quam eorum, qui vtuntur craſſo cœlo atque concreto, quin etiam quo vtaris cibo, intereſt ad mentis aciem. *Cic. 2. de nat. Deor.*

A magnis ingeniis vt magnæ virtutes, ita vitia etiam magna proficiſcuntur. *Plut in Demetrio.*

Decora ingenia, gliſcente adulatione deteruntur. *Tacit. Annal. libro primo.*

Credunt plæriq; militaribus ingeniis ſubtilitatem deeſſe: quia caſtrenſis iuriſdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agens calliditatem fori non exercet. *Tac. in vita Agric.*

Augeſcente corpore ingenium pariter augeſcit, & conſeneſcente conſeneſcit, atq; ad res omnes elangueſcit. *Herod. l.* 3.

Aſſueti ſunt homines quod maxime affectant, id ſpei inconſideratæ permittere: quod non affectant, id principi rationi committere. *Thucyd. l.* 4.

Verum omnino & vbiq; eſt illud Sophocleum, Monitis malis proſſo eſt obedientia. Etenim leuis & procliuis eſt via ad id quod volumus: pleriq; autem ob ignorationem & imperitiam rerum bonarum peſſima volunt. *Plut. in Artoxerxe.*

Quo plura habet ingenium humanum, eo ampliora cupit. *Iuſtin. hiſt. lib.* 6.

Suum cuique ingenium audaciam aut pauorem facit. *Liuius, Decad.* 3. *l.* 6.

Naturaliter audita viſis laudamus libentius: & præſentia, inuidia, præterita, veneratione proſequimur: & his non obrui, illis inſtrui credimus. *Velleius Paterc. lib.* 2.

Communi fit vitio naturæ, vt inuiſis, latitantibus, atq; incognitis rebus magis confidamus, vehementiuſq; exterreamur. *Cæſar, lib.* 2. *de bello ciuili.*

Cupidine ingenii humani libentius obſcura creduntur. *Tacit. hiſt. lib.* 1.

Inſita mortalibus ea natura eſt, propere ſequi quæ piget inchoare. *idem eod. lib.*

Proprium eſt ingenii humani odiſſe quem læſeris. *Tacitus in vita Agric.*

Quantum præterita odimus, tantum de futuris bene ſperamus. *Herod. in Pertinace.*

Cohibendæ cupidini ingenium ni iuuet, eruditio imbecillis eſt, *Aurel. Vict. lib. de Cæſaribus.*

Mos eſt hominum, res nouas alienis periculis ſpectare & experiri velle. *Procop. de bello Vandilic. lib.* 1.

Aſſolent humanæ mutabilitati omnia ſordere præſentia. *P. Oroſius hiſt. lib.* 3. *c.* 2.

Plus poteſt ingenium adminiſtrando bello quam vires corporis: tamq; tum demum omnia ſibi vendicat, cum prudentiæ locus relinquerit etiam inter maximas opes potentiamq; relictus. *Io. Io. Pontan. hiſt. l.* 2.

Ingenium hominis omnia domat, *P. Æmyl. l.* 1.

Natura ita comparatum eſt, vt ſua quenq; damna magis quam alienus dolor moueat: nec vllum acrius quam rei nummariæ temere inueniri poſſit, *idem lib.* 6.

Mens ieiuna, infirmumq; per ſe pectus, ſuæ ſibi imbecillitatis conſcium, auxilia aliunde quærit, ſe dolo inſtruit, fraude armat, inſidiis hoſtem petit, hæc cum primum vanæ euadunt, eo abiectiore animo trepidat, quo & plus præſidii in illis & in cæteris minus ſpei poſitum fuerit, *idem, lib.* 7.

## ¶ Apophthegmata.

*Iſocrates* pueros candidos, ac felici ingenio natos appellare ſolebat θεῶν παῖδας. id eſt, Deorum filios: quod hominis mens diuinæ originis, qua qui præcellit, Deos parentes referre videtur. Priſci dæmonibus attribuebant corpora, eoſque Deorum filios appellabant. Dæmones autem à ſcientia dicti ſunt, quaſi δαήμονες. Idem de duobus auditoribus ſuis Theopompo & Ephoro, quorum prior erat acerrimo ingenio, alter leni dicere ſolebat, ſe alteri adhibere calcaria, alteri frenos. Præcipuum eſt, vt Doctor animaduertat ingenium ac naturam diſcipulorum. *Meminit M. Tullius lib. de claris Oratoribus.*

*Demetrius Phalereus* hominum faſtuoſorum ſublimitatem dicebat amputandam, ſed relinquendam ſobrietatem. Talia enim ingenia non ſunt deſperanda, ſed quod redundat, recidendum eſt, *Laert. lib.* 5. *c.* 5.

*Cicero* de C. Cæſar dicere ſolebat? Quoties huius aſtutiam & ambitionem video ſub humanitatis ſpecie latitantem, metuo reip. tyrannum: rurſum quum comas molliter fluẽtes, & ipſum vno digito ſcalpentem caput intueor, vix animum inducere poſſum, vt tantum facinus animo concipiat. *Eraſm. l.* 4. *apoph.*

## ¶ Similitvdines.

*Hieronymi.* Quomodo lætæ ſegetes, & vberes agri interdum culmis ariſtiſque luxuriant: Ita præclara ingenia, & mens plena virtutibus, in variarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos Philoſophus ille laudatur, qui omne, quo vteretur, vſque ad pallium & annulum, manu ſua factum gloriatus eſt. Hoc idem poſſumus & de iſto dicere, qui baſilicas Eccleſiæ, & martyrum conciliabula diuerſis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrarit, vt quicquid placebat in Eccleſia, tam diſpoſitione quam viſu, presbyteri laborem & ſtudium teſtaretur, *Ad Heliodor.*

*Plutarchi.* Vt multa agreſtia ſubnaſcentia in agro, mala quidem ipſa ſunt, ſed tamen ſigna felicis atq; vberis ſoli, ſi quis excolat: Sic animi affectus per ſe mali arguunt ingenium non malum, ſi accedat recta iuſtitutio. *In Moral.*

*Ciceronis,* Vt multa maiora ſunt opera animi quam corporis: Sic hæ res, quas proſequimur ingenio, gratiores ſunt, quam illæ quas viribus, *Lib.* 2. *Officiorum.*

*Quintiliani,* Vt vaſa anguſto ore difficilius recipiunt, ſed retinent certius liquorem: Ita ingenia, quæ tardius percipiunt, fere meminerunt tenacius, *Lib.* 1. *Orator. inſtit.*

*Roterodami,* Adamas vna re molleſcit, ad ictus ferri alias indomitus: Ita nullum eſt ingenium tam ferum, quod non aliqua ratione queat expugnari, *In ſimil.*

*Minor vis* ineſt in radicibus herbarum ſalubrium, cum ſemen matureſcit: Ita deterior fit ingenii naturæq; vis, quoties liberis gignendis datur opera, *In ſimil.*

*Senecæ.* Vt qui ſpinas habet in pedibus, vbique ſpinas calcat: ita ſterili ingenio omnis materia ſterilis eſt. *Apud Eraſm.*

*Vt horologii vmbram* progreſſum ſentis, progredientem non ſentis, & fruticem aut herbam creuiſſe apparet creſcere: Ita & ingeniorum profectus, quoniam minutis conſtat auctibus, ex interuallo ſentitur, *In ſimil.*

*Plinii,* Rhombus, & ſquatina, & rheia, & paſtinaca, cum cantatiſſimi ſint piſcium, tamen ſæpe reperiuntur habentes in venire mugilem omnium velociſſimum, ſolertia & ingenio capientes: Ita quidam arte ſuperant longe potentiores opibus aut viribus. *Lib.* 9. *capite* 24.

*Roterodami,* Plutarchus teſtatur, ſe vidiſſe in Africa coruos, qui lapillos in aquam aggeſſerint, donec aqua eo ſurgeret, vt contingi poſſet: idem narrat de cane coniiciente lapillos in amphoram olеariam: Ita nobis, quod viribus diminutum erit, ingenio ſupplendum eſt, *In ſimil.*

*Vt ingentia* pondera, quæ nullis hominum viribus tolli poſſunt, machinis facile tolluntur: Ita quod vi nequeas efficere, ratione & arte facile efficias. *In ſimil.*

*Chamæleon,* quia pauidiſſimum animal, ſubinde colorem mutat: Ita qui viribus non pollent, ad varias artes confugiant neceſſe eſt, *In ſimil.*

*Senecæ,* Quemadmodum lana quoſdam colores ſemel ducit, quoſdam, niſi ſæpius macerata & recocta, non perbibit: Sic alias diſciplinas ingenia cum accepere, protinus præſtant: hæc niſi alte deſcendit, & diu ſedit, animum non colorauit, ſed infecit, nihil ex his, quæ promiſerat, præſtat, *Lib.* 2. *epiſt.* 72.

*Roterodami,* Vt inter tot hominum millia nullæ facies per omnia ſimiles, nec vllæ voces: Ita ſuum cuiq; ingenium eſt, ſuus cuiq; mos, *In ſimil.*

*Sicuti vinum* alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos, pro corporum habitu: Ita eadem ſtultitia & ignorantia veri quoſdam incitat ad ſtudium pecuniæ, quoſdam ad voluptates. *In ſimil.*

*Anthraciti* carbunculorum generi peculiare eſt, vt coniectus in ignem velut intermortuus extinguatur; contra aquis perfuſus exardeſcat; Ita quoſdam contraria mouent; ſi exhorteris, magis langueſcunt, ſi dehortaris, magis accenduntur, ſi bene merearis, redduntur inimici, ſin male, pluris te faciunt. *In ſimilibus.*

*Quemadmodum* adamas aduerſus omnia inuictus, hircino ſanguine, eoque calido ac recenti, maceratus, malleo frangitur: Ita quædam ingenia nulla vi peruincas, blanditia emollienda ſunt. *In ſimil.*

*Vt nonnullæ* mulieres ex viris quibuſdam non concipiunt, aliis adiunctæ fœcundæ fiunt: Ita ſunt, qui apud quoſdam præceptores indociles, aliis traditi doctoribus proficiunt: quod ſint vt corporum, ita & ingeniorum cognationes, ac diſſidia. *In ſimilibus.*

*Vt ſol* lutum indurat: ceram liquefacit: Ita eadem oratio ab eo-

dem dicta hunc emolliet ad pœnitudinem erratorum, hunc irritabit ad contumaciam. *In ſimil.*

*Ex maioribus* cedris, quæ florent, non ferunt fructum; quæ frugiferæ ſunt, non florent: Ita nonnunquam quibus adeſt dicendi lepos, non adeſt ſapientia: quibus ſuppetit rerum vtilium cognitio, deeſt eloquii venuſtas, *in ſimil.*

*Plutarchi*, Vt terra, quo melior eſt natura, hoc magis corrumpitur, ſi negligatur: Ita ingenia, niſi recte excolantur, quo ſunt feliciora, hoc pluribus vitiis obducuntur, *in Moral.*

*Si qua* terra referta ſit ſaltubus, feris, & herbis ſylueſtribus multoq; limo, protinus diſplicet imperito colono: at peritus agricola ex ipſis coniectat ſoli molliciem ac feracitatem, tantoq; impenſius dat operam, vt eam repurget: Sic magnis ingeniis magna vitia ſolent innaſci, quæ non conuenit ſtatim tollere, ſed potius mederi, expectanda ætas, donec ad frugem bonam reducatur. *in Moral.*

*Seneca*, Ignis quo clatior fulſit, citius extinguitur: Viuacior eſt, qui cum lenta difficiliq; materia commiſſus, fumoq; demerſus ex ſordido lucet: eadem enim detinet cauſa, quæ maligne alit: Sic ingenia, quæ illuſtriora, breuiora ſunt. Nam vbi incremento locus non eſt, vicinus occaſus eſt, *De conſolat. c. 23.*

*Generoſus equus* melius geſtabit ſarcinam, quam ignauum iumentum, nemo tamen imponit: Ita magna ingenia ſunt quidem & ipſa idonea functioni munium, ſed indigna, quæ tam ſordidis occupationibus onerentur. *apud Eraſm.*

*Plinii* Oliua ſero prouenit, ſed fructum habet egregium: ſalix ſtatim adoleſcit, ſed ſterilis eſt: Ita præcox ingenium, *Lib. 16. c. 26. in finib. & lib. eod. c. 27.*

*Tradunt*, in Albania naſci homines glauca oculorum acie, qui noctuarum ritu plus noctu quam interdiu cernant; Ita quidam plus ſapiunt in rebus facinoroſis, quam in bonis ac præclaris, aut in ſordidis potius, quam in egregiis, *Lib. 7. c. 2.*

*Trochus* piſcis ipſe ſe init, & ex ſeſe concipit; Ita quidam ingenii felicitate ipſi literarum ſemina infundunt ſibi, quos αὐτοδιδάκτους vocant Græci, *Lib. 9. c. 52.*

*Vt arbores* quædam belle florent, verum nullum adferunt fructum: Ita quorundam puerorum indoles magnam vitæ frugem pollicetur, qui ſimul atque adoleuerint, ad ineptiſſimas merſi voluptates, fallunt expectationem omnium. *Lib. 16. c. 26. & 27.*

*Vt ad Naphtham* (id eſt bituminis genus) etiam procul viſam ignes tranſiliunt, ob naturæ cognationem: Ita ingenia literis nata ſtatim eas arripiunt, *Lib. 2. c. 108.*

*Eraſmi*. Sicuti vina languidiora vappeſcunt ætate: Ita deſipiſcunt ingenia vulgaria, eximia etiam ad extremam durant ætatem. *In ſimil.*

*Terra*, quæ gignit ſalem, nihil aliud gignit: Sic ingenia fœcunda in literis in cæteris fere rebus non perinde valent. *in ſimil.*

*Ex arboribus*, quæ vehementer fœcundæ ſunt, eo celerius ſeneſcunt: Ita raro ſunt viuaces egregia præditi ingenio, & optima quæque mortalium fugaciſſima ſunt, *in ſimil.*

*Salix* ante maturitatem abiicit ſemen, vnde & Homerus frugiperdam vocat. Ita quædam ingenia præcocia citius proſiliunt ad docendum aut ſcribendum, quam oportet, *in ſimil.*

*Vt quædam* terræ mergam (ea eſt candida medulla) in ſe continent, quæ ſtercorentur ac pingueſcant: Ita ingenium probum ſecum habet, vnde fiat melius, *in ſimil.*

*Plutarchi*, Vt culmus primus in altum ſurgit impetu, deinde crebris geniculis interſecatur, poſtremo in ſummo venti flatibus laborat: Sic quidam initio feruent, deinde ſubſiſtunt & offenduntur, in extremo deficiunt defatigati, *in Moral.*

### ¶ Adagia.

Lupus pilum mutat, non mentem, ὁ λύκος τὴν τρίχα, οὐ τὴν γνώμην ἀλλάττει.

*Hoc eſt: Senecta canitiem affert improbis, non item aufert malitiam.* Der Wolff mag greiſſen/er läſt aber ſeine Tücke nicht.

Naturam expellas furca tamen vſq; recurret.

*Senſus eſt: Haud facile dediſci, quæ nobis natura penitus indidit atq; inſeuit.* Art läſt von Art nicht. Das Vnkraut wil auß dem Gartem nicht. Item. Die Katz läſt jhr mauſen nicht. Item. Wo Wäſſer geweſen iſt/ da kompt Waſſer wider hin.

Lignum tortum haud vnquam rectum. ξύλον ἀγκύλον οὐδέ ποτ' ὀρθόν.

*Hoc eſt: Diſtorta prauaq; ingenia vix vnquam ad bonam frugem traducuntur.*

Æthiops non albeſcit. Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται.

*De iis dicitur, qui nunquam mutaturi ſunt ingenium,* Die Krãh läſt jhr huppſen nicht.

Qui ſemel ſcurra, nunquam paterfamilias.

*Senſus eſt: cum quem ſemel depuduerit, quique contempta fama ſcurram agere cœperit, vix vnquam ad bonam frugem redire.*

Occaſione duntaxat opus improbitati, vel malitiæ. προφάσεως δεῖται μόνον ἡ πονηρία.

*Quadrabit innocendi cupidos, qui, ne temere læſiſſe videantur, cauſas prætexunt,* man find bald ein Brügel/wann man den Hundt ſchlagen wil. Item. Einem Dieb darffeſt du nur die Thür auffthun.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu.

*De inſtitutione prima dicitur adagium, monetq; tenaciter hæ[illegible] re id, quod rudibus annis perceperimus, proinde optima [illegible] primis ſtatim annis addiſcenda eſſe,* was man in [illegible] thut/ das ſauret bald.

Saliuam imbibere.

*Itidem de inſtitutione. Sumpta autem eſt metaphora [illegible] bus, quibus præmanſum cibum in os inſerunt, non ſine [illegible] quum aſſueuerint, nihil iam illis ſapit, quod ab illorum [illegible] guſtu diuerſum ſit.*

### ¶ Historica Exempla.

*Apud Indos* Cathæos & Brachmanes editum infantem [illegible] menſes in publico concilio ſpectandum exhibebant. [illegible] les probaretur, bonis ille formabatur diſciplinis: [illegible] vel exponebatur in ſyluas, vel ſtatim in conſpectu [illegible] debatur, *Sabel. lib. 9. Ennead. 4.*

*Spartanos* pueros ludentes ſpectabant maiores natu; [illegible] contentiones inter eos & certamina ſerentes, non [illegible] cuiuſque ad audendum, & non cedendum in pugnis [illegible] aduertebant, *Plut. in Lycurg.*

*Themiſtoclis* indolem præceptor eius plane perſpectam [illegible] cum diceret: nihil, fili, mediocre eris, ſed omnino vel [illegible] triæ lumen, vel magna peſtis. *Plut. in eius vita.*

*Ariſtotelem* Stagiritam in diſciplinarum proœmiis [illegible] & obſcuritati rerum ſimul ac verborum ſtuduiſſe [illegible] ratione ingenuorum animos acrioribus ſtimulis [illegible] vero à pulcherrimarum rerum cognitione deterreret. [illegible]

*Origenes* puer parentem ſuum Leonidem (qui [illegible] ſæpe de abditis Scripturæ ſenſibus interrogabat, ita vt [illegible] modi præcoci ſapientia retrahere illum cogeretur: [illegible] ne ſupra ætatem ſaperet. Verum noctu accedens, & [illegible] quaſi ſancti Spiritus templum deoſculabatur, [illegible] iudicabat, *Euſeb. l. 6. c. 3. & Suidas.*

*P. Virgilius Maro.* qui primum in lucem editus, [illegible] lum emiſit, poeticam puer exercere cœpit: & in Baliſta[illegible] giſtrum, ob infamiam latrociniorum lapidibus co[illegible] chon fecit:

*Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus:*
*Nocte dieq; tuum carpe viator iter.*

*Donatus in eius vita.*

*D. Auguſtin.* ſemetipſum in ſecunda pueritia (anno [illegible] tatis duodecimo) legiſſe & intellexiſſe Logicos & Rhetor[illegible] ſtotelis libros, *teſtatur lib. 4. confeſſ.*

*Commodus, M. Antonini Philoſophi Imper. & Fauſtinæ* [illegible] à pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinoſus [illegible] diatorem magis, quam Imperatorem oſtendit, crudelita[illegible] pla multa præbuit. *Cuſpin. ex Herodiano.*

*Otho Magnus Imp.* Henrici Aucupis F. tam læte [illegible] ab omnibus Amor mundi diceretur: & re ipſa poſtea [illegible] morem mundi eſſe, in imperio euidenter demonſtrauit. [illegible] *Chron. Germ.*

*Nero* tener adhuc, Circenſibus ludis Troiam conſtanti[illegible] uorabiliterque luſit, *Sueton.*

### ¶ Hieroglyphica.

Pindarus cum aliis plerisq; locis, tum præcipue Nem[illegible] promptitudinem & velocitatem per *Aquilam* oſtendit [illegible] ab eo comparatione, quod prædam etiam valde procul [illegible] mira pernicitate nanciſcatur: viſuq; ita polleat, vt [illegible] quæque proſpectet: quæ omnia ingeniorum acumini [illegible] modata, *Pier. Valer. lib. 19. p. 181.*

*Sphynx* haſtæ Palladiæ cuſpidi ſubiecta, vt in ea Miner[illegible] quam Athenis olim fuiſſe erectam ait Plinius, oſtend[illegible] abditum & reconditum eſt, quod ingenii acumine [illegible] proferri non poſſit. *Idem lib. 6. p. 57. A.*

### ¶ Fabula.

Vulpes & Teſtudo.

Suſcepto curſus certamine inter vulpem & teſtudinem [illegible] teſtudo ſe caudæ vulpinæ implicuiſſe, & ita hanc acu[illegible] raptatam fuiſſe ad locum præfinitum, à quo cum pro[illegible] vulpes, reſpexiſſe fertur, & per locum dixiſſe, non ſe p[illegible] celerem eſſe teſtudinem, cum illa de cauda ad ſignum [illegible] repere perrexit, & non animaduertente vulpecula, [illegible]

Docet fabula, ingenium viribus præſtare.

## Ingratitudo.

### ¶ Deinitio et Etymolog.

INgratitudo Græce ἀχαριστία, ας, ἡ, & ἀχάριστος, ὁ, ἡ, [illegible] tur. Eſt autem ingratitudo quælibet peccatum, qua [illegible] tum gratitudinis, quod eſt debitum honeſtatis. [illegible] *cunda Secundæ q. 107. art. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Veniunt autem ingratitudo & ingratus à gratus, qui eſt memor beneficij accepti. Cuius contrarium eſt ingratus, & gratuitum, quod gratis datur. Et gratificor, quod eſt aliud quam gratum facio, licet vtrumq; à gratum deducatur. Etenim gratum facere eſt quiddam minus, & prope idem quod obſequi, & inſeruire. Gratificari vero eſt quiddam maius, & quaſi idem quod beneficum eſſe, & beneficia conferre. Quapropter Deos non gratum facere-ſed gratificari hominibus dicimus. Ab hoc gratificatus & gratificatio deducuntur.

## ¶ Loci Biblici.

Ingratitudo & eius punitio, *Geneſ.*31.1.& 40. 23. *Exod.*1. 8. *Deut.* 32.15.&c. *Iud.*2.1.& 6.8 & 8.33.& 12.1.1. *Samu.*10.18 & 12.8 & 25, & 3. 2. *Sam.*14.30.2. *Paralip.*24.21. *Prouer.*17.13. *Sap.*16.29. *Eſa.*1.2. & 5. *Ierem.*2.v.5.6. *Ezech.*16.1.&c. *Oſeæ* 10.1. & 13. *verſ.*2.6, *Mich.*6.3.1. *Machab.*16.v.16.19. *Matth.*11.20. *Luc.*17.18. *Ioan.* 11. 46. *Rom.*1.21.2. *Tim.*3.2.

Ingratitudo damnatur, *Eccleſ.*9.15. *Rom.*1.18. *Coloſſ.*2.7.1. *Tim.*6.4. 2. *Tim.*3.2. 2. *Pet.*19.& 2.20. Ingratitudinis pœna, *Iud.* 8.16.2. *Paral.*24 *verſic.*25. *Prouerb.*17. *verſ.*13. *Ezech.*16.43. *Luc.*9.v.5. & 33.35. & 14.24.

## ¶ Sententiae Biblicae.

*Ingratitudo diligenter vitanda.*

Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. *Pſal.*102.

Super his omnibus benedicito Dominum, qui fecit te, & inebriantem te in omnibus bonis ſuis. *Eccl.*3.2.

Gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & Patri, ſubiecti inuicem, in timore Chriſti. *Epheſ.*5.

Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. *Coloſſ.*3.

In omnibus gratias agite. 1 *Theſſ.*5.

*Potenter punienda.*

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. *Prouer.*17.

Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua, *Sap.*16.

Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. *Eſa.*1.

Nunquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? *Ierem.*18.

Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. *Matth.*13.

Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet & quod videtur habere, auferetur ab eo. 25.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Quatuor differentiæ ſunt: Reddere bono pro malis non reddere mala pro malis: hæc bonorum ſunt: & prius melius. Non reddere bona pro bonis & reddere mala pro bonis: hæc duo malorum ſunt, ſed prius deterius. Reddere bona pro bonis, & pro malis mala: hæc mediocrium ſunt prius propinquum bonis, conuenit etiam quod Chriſtus non arguit, ſed plus oportere dicit, quia & Ethnici faciunt. Poſterius propinquum malis, conuenit tamen etiã vnde & lex modum vltionis ſtatuit, Oculum pro oculo, quæ poteſt iniuſtorum iuſtitia eſt: non quia iniqua eſt vltio, quã petunt, ſed quia vitioſa libido vlciſcendi, magiſque ad iudicem hoc inter homines diſcernere, quam bonum hominem ſi... Hic enim malum pro malo redderet, iudex vero pu... delectatione alienæ miſeriæ, quod eſt malum pro malo, ſed ... iuſtitiæ (iuſtum pro iniuſto) quod eſt bonum pro malo, ... Deus iudex facit. *Aug. in expoſitione Pſ.* 108. & *hab.* 23. ... *differentia.*

Ingratus enim exiſtit, qui plenus virtutibus Deum non omnino ... In hoc enim quiſq; peccator fit culpabilior, quo eſt Deo ac... Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abunda... *lib. de pœnitentia.* & *habet. de pœn. diſt.*5.*c. Conſideret*,§. *... ratus.*

Quanto maiora beneficia ſunt hominibus conſtituta, tanto grauiora peccantibus iudicia. *Ioan. Chryſoſt. ſuper Matth.*

Ingratitudo eſt hoſtis gratiæ, inimica ſalutis: quoniam nihil ita diſplicet Deo, quemadmodum ingratitudo. *Bernard. ſerm.* 1. *de ſeptem Miſericordiis.*

Quanti facit te Deus, ex his, quæ pro te factus eſt agnoſce, vt appareat tibi benignitas eius in humanitate. Quanto enim minorem ſe fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quã ... vilior tanto mihi charior eſt. Aduerte homo! quia limus ... non ſis ſuperbus: & quia Deo iunctus es, non ſis ingratus. *... ſerm.* 1. *in Epiphan. Domini.*

... gratiarum ceſſat diſcurſus, vbi recurſus non fuerit. Nec modo ... augetur ingrato, ſed & quod accipit, vertitur ei in perniciem. Fidelis autem in modico cenſetur dignus munere ampliori. *Bern. ſerm.*1. *in c. Ieiunii.*

Peruerſi cordis eſt occaſiones ingtatitudinis inueſtigare. Nemo id facit, niſi qui etiam gratis eſt ingratus. *idem ſerm.*52.

Nutriunt præmiorum exempla virtutes. Non eſt quiſquam, qui ad morum ſummam nitatur aſcendere, quando irremuneratum relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur. *Caſſiod. li.*2.*epiſt.*16.

Graue nimis, vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius, & cui debet pro ſedulitate conferri præmium, diſpendium patiatur iniuſtum. Et malorum omnium probatur extremum, vt inde quis cogatur detrimenta ſuſcipere, vnde credebat auxilia prouenire, moleſtiam pati ſine cauſa, pœnam ſine culpa, damna ſine delictis. *idem l.*4.*epiſt.*11.

At vero, ſi qua grauis neceſſitas preſſerit, tum Dei recordantur: ſi belli terror infremuerit, ſi morborum peſtifera vis incubuerit, ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauerit, ſi tempeſtas, ſi grando ingruerit, ad Deum confugitur, à Deo petitur auxilium, Deus, vt ſubueniat, oratur. Si quis in mari vento ſæuiente iactatur, hunc inuocat. Si quis aliqua vi affligitur, hunc potius implorat. Si quis ad extremam medicandi neceſſitatem deductus, victum precibus expoſcit, Deum ſolum obteſtatur, & per eius vnicum atque diuinũ nomen hominum ſibi miſericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminerunt, niſi dum in malis ſunt. Poſtquam metus deſeruit, & pericula receſſerunt, Deo quem ante in ſua ipſa neceſſitate implorauerant, ne verbo quidem gratias agunt. Nam tum Deus memoria hominum maxime elabitur, cum beneficiis eius fruentes, honorem dare diuinæ intelligentiæ debent. *Lactan. Firm. l.*2.*c. diuin. inſt. aduerſus Gentes.*

Nam ſi Diuinitas, quæ gubernat hunc mundum, incredibili beneficio genus humanum ſuſtentat, & quaſi paterna indulgentia fouet: vult profecto gratiam ſibi referri, & honorem dari. Nec conſtare homini ratio pietatis poteſt, ſi cœleſtibus beneficiis extiterit ingratus, quod non eſt vtique ſapientis. *Idem libr.* 4. *diuin. inſtitut. c.*3.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Menander ex 1. Epigram.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα,
Ἀλλά μ᾽ ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.
Αὐξηθεὶς δ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ κατ᾽ ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται.
Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται.
*Lupum ex propriis mammis nutrio inuita,*
*Sed me cogit paſtoris ſtultitia.*
*Auctus enim a me rurſus fera erit.*
*Beneficium mutare naturam non poteſt.*

Sophocl. in Aiace flagif.

Ὅτου δ᾽ ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
Οὐκ ἂν γένοιτο ποθ᾽ οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.
*Qui autem obliuiſcitur, beneficiis affectus,*
*Nunquam vtiq; eſſet hic generoſus vir.*

Idem in eodem.

Ὡς ταχεῖ᾽ τοῖς βροτοῖς
Χάριν διαρρεῖ καὶ προδοῦσ᾽ ἀναλίσκεται.
*Quam cito mortalibus*
*Beneficium perit, & amiſſum deprehenditur.*

Plautus in Perſa.

*Nam improbus eſt homo,*
*Qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit.*
*Nihil amas ſi ingratum amas.*

Terent. in Phorm.

*Ad hoc res rediit, ſi quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.*

Lucian. lib. 1. Græc. Epigram,

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
Πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Auſonius ſic vertit.

*Gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia: namq;*
*Quum fieri properat gratia grata magis.*

Idem.

*Si bene quid facies facias cito: nam cito factum*
*Gratum erit, ingratum gratia grata magis.*

Lucianus.

Φαῦλος ἀνήρ, πιθός ἐστι τετρημένος, εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.
*Malus vir dolium eſt perforatum, in quod omnes*
*Immittens gratias in vanum effudiſti.*

Cornarius.

*Pertuſum vas eſt ingratus homuncio: ſemper*
*Omne quod infundis, perfluit in nihilum.*

Luſcinius.

*Rimarum plenus perdit tua dona ſceleſtus.*
*Si ſapis, integro vina reconde cado.*

Petrus Crinitus lib. 2. poematum, de fugiendis ingratis.

*Ingratus eſt vitandus vt dirum ſcelus;*
*Nil cogitari peſtilentius poteſt.*

*Nec eſſe portentoſius quicquam puto.*
*Ingratus aut male facit, aut male cogitat,*
*Sibiq; tantum parcit, aliis detrahit:*
*Et odit omneis, qui bonis benefaciant.*
*Ingratus eſt audacior, quo nequior:*
*Et impudens ad omnia ſcelera trahitur:*
*Audaxq; cuncta ſemper in peius mouet.*
*Ingratus eſt ſeminarium ſcelerum omnium.*
*Hinc eſt auara mens, & animus perditus:*
*Hinc faſtus impotens, & ambitus grauis:*
*Ingratus hoc vnum benefacit: cum perit.*
*Nam tellus ipſa fœdius nihil creat.*
*Portentum id omnium eſt habendum maximum.*

Homer. Odyſſ. 5.

Μή τις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω,
Σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς,
Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' εἴη, καὶ αἴσυλα ῥέζοι.
*Poſthac ne placidus ſit quiſquam, neue benignus,*
*Nec mitis, iuſtiq; tenax rex ſceptriger vnquam.*
*Sed ſemper ferus eſto, & ſemper iniqua patrato.*

Ex Græcis Comicis.

Μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις.
*Poſt munera cito conſeneſcit gratia.*
Ἐπιλανθάνονται πάντες οἱ παθόντες εὖ.
*Beneficii memor eſſe non quiſquam ſolet.*
Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλαθοῦ.
*Accepta memineris, data obliuiſcere.*
Καλὸν δὲ θησαύρισμα κειμένη χάρις.
*Theſaurus eſt pulcher locata gratia.*
Χάριτας δικαίας καὶ δίδου καὶ λάμβανε.
*Iuſta beneficia confer, & iuſta accipe.*
Χάριν λαβὼν εὔκαιρον, ἐν καιρῷ δίδου.
*Dato tempore & loco, vt datum tibi fuit.*
Ἀχάριστος ὅστις εὖ παθὼν μὴ μνημονεῖ.
*Ingratus ille, qui beneficii immemor.*
Ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.
*Simul & miſertum eſt, interitq; gratia.*
Ἀεὶ δ' ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριστος φύσει.
*Seruatus vſq; ingratus eſt immemor.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

### De ingratis. Dial. XXVIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Multos experior ingratos, graue vitium. R. Ingratitudinem vituperare ſuperuacuum, omnium nempe mortalium, hanc ſermo cōdemnat. Non eſt laborādum, vt ſuadeas, quod omnibus perſuaſum eſt, & inextirpabiliter inſitum. Eſt qui ſummum, eſt qui ſolum in virtute bonum locet. Eſt qui neutrum, ſed in voluptate virtutis hoſte ponat omnia. Sunt qui caſtitatem pulcherrimum ornamentum vitæ dicant. Sunt qui hanc ipſam in ſe ſpernant: in aliis vero vel ridiculum, vel difficilem certe, longeq; laborioſam putent, quod Auguſtinus tantus vir futurus in ſe ſenſit, vbi Ambroſii cœlibatum laborioſum ſibi viſum ait, qui aliis non laborioſus modo, ſed damnabilis vitæ ſtatus viſus erat. Vnde illud Platonis: Qui quum cœlibē caſtamq; vitam diu tenuiſſet, ad extremum ſacrificaſſe legitur naturæ, vt ſibi illam placaret, quam ſic viuendo violaſſe, & in quam grauiter peccaſſe videretur Mirum id iam docto homini videri potuiſſe, ſed viſum eſſe non eſt dubium. Erunt quoq;, qui Fortitudinem eminentiſſimam, clariſſimamq; virtutem ducant: vulnera aduerſis excepiſſe pectoribus, campum rutile ſanguine cruentaſſe, intrepidiq; demum animis mortem oppetiiſſe. Erunt, qui hæc omnia ſummæ tribuant inſaniæ. Et nil melius ſecuro atq; imbecilli ducant otio. Venient deniq;, qui iuſtitiam gubernatricem rerum humanarum, & virtutum matrem cenſeant. Qui religionem iter ad æternā vitam credant, & ad cœlum ſcalam. Venient contra, qui Iuſtitiam ignauiæ: Religionem amicitiæ ac ſuperſtitioni adſcribant. Hi ſunt, de quibus ſcriptum eſt, quiduis habent in viribus, qui omnia virorum fortium eſſe confirment, neq; ſolum ex hoc genere violentorum hominum raptorumq;, ſed ex ipſa doctorum acie, quantos oppugnatores habeat iuſtitia, facile eſt in libris Reipublicæ Ciceronis aduertere. Sunt qui fidem, & promiſſorum obſeruantiam magnis & meritis laudibus efferunt. Sunt qui fidem frangere, non fallere dicant eſſe, ſed plus ſcire, & eſſe ingenii melioris. Quæ, licet vulgo multorum hodie ſit opinio, & multorum vox, apud Lactantium nominatum Mercurio tribuitur, dicenti: (ſicut ille ait) Non fraudis eſſe decipere, ſed aſtutiæ, Pulcher enim ingenii Deus & eloquii. Et ad ſummam: Nulla virtus tam laudata eſt, quin vituperatores inueniat. Gratitudinem nulla barbaries gentium, nulla morum immanitas non laudabit, nemo vſquam non vituperabit ingratitudinem, ſit fur, ſit ſicarius, ſit proditor, ſit ingratus, vitium ſuum excuſare non audebit, ſed negare, Quæ, quamuis ita ſint, nihilominus tamen innumerabiles ſunt ingrati. Nec eſt vere vitium aliud, quod tam multis verbo damnatum, tam multis rebus ipſis am-
plectantur, ac teneantur. Quid concludam: damnan[...]
ſolum verbo, ſed animo maxime atque iudicio, & [...]
fugiendum, ac vitandum: In altero tolerandum [...]
bus humanum ſcatet genus, quibus mali abundant [...]
tur. Perfer igitur. & gaude potius ingratum ferre, qu[...]
fieri. Dol. Ingratos multos inuenio. R. Vide ne qu[...]
ſic Multi enim, dum benefici dici volunt, iactatores [...]
probratores. Oneroſum genus, quorum beneficia [...]
præferunt. quam gratiæ. Idque nihil eſt aliud, quam [...]
parere. Mercimonium inſanum Dol, Bene meritus, [...]
memores, & ingratos patior R. Tunc hoc illis inuide[...]
cum illorum ſorte commutatum cupis? Noli obſcu[...]
que ſit virium, virtus tua veniat in partem D. Multis [...]
gratos. R. Quid expectas audire, benefacere vt de[...]
alterius culpa tuum ipſe damnum facias. Quin tu po[...]
um fac, & qui multos habes, cura nunc etiam, vt habe[...]
bebis autem ſi multis benefeceris. Multi enim ſemper [...]
plures hodie, vereorque ne confeſtim gratum eſſe [...]
Ita in dies retro eunt omnia. Ea petentium improb[...]
bentium obliuio atque ſuperbia eſt, neq; ideo deſi[...]
que cœcorum æmulatione eruendi oculi quos po[...]
bet aliena cœcitas cariores. D. Mihi multi ſunt [...]
An tu multis idem fueris recordare. Vna enim ingra[...]
punit, ſicut in reliquis. Vnum ſæpe peccatum alie[...]
D. Multis ingratis profui. R. Multis indignis pr[...]
quam vni digno defuiſſe. Proinde perge, nec malorum [...]
mores exuas, nec prodeſſe aliis ceſſes, quod ab aliis [...]
tum. Cognoſcent hi fortaſſe melius, ſine id qu[...]
Deum. Noſce te ſatis eſt. Non eſt vera virtus, c[...]
præmium non ſufficit. D. Profuiſſe multis infelic[...]
ne vnius crimen obſit alteri, quodque eſt grauius ti[...]
lios, cedet forte felicius. Quidam præterea diu ingr[...]
nimum pudore, tandem fuere gratiſſimi, magnoque [...]
ſpes amiſſa rediit, Ad hæc ſæpe, quod requiſitus de[...]
vltro non debitor obtulit. Nullum bonum opus [...]
Qui bene agit ante alios ſe cogitet. Vna quidem vir[...]
deſt, ſed prima & maxima pars virtutis in agentem [...]
mali omnes, & ingrati ſint, non idcirco vir bonus bene[...]
Nam quæ in multos ſpargit, in ſe cumulat, ſibi ipſe be[...]
ſaltem non ingrato. D. Proieci beneficia in ingratos. R. [...]
dare, nec auarus metuat. Eo autem liberalitas maior qu[...]
mii minor eſt.

Nemo gratiarum immemor eſt gratus inuentus. [...]
*ad Senat. Cic.*

Omnes immemores beneficii oderunt 2. *Offic.*

In ingratitudine nihil mali non ineſt. *Ad Attic. 8.*

Nihil eſt tam inhumanum, tam immane, tam ferum [...]
mittere, vt beneficio, non dicam indignus, ſed vict[...]
*Pro Planc.*

Non ſolum gratus debet eſſe, qui accepit benefic[...]
is, cui poteſtas accipiendi fuit. *De prouin. conſul.*

Cui gratia referri non poteſt, quanta debetur, habe[...]
quantam maximam animi noſtri capere poſſunt. *Phil.*[...]

Officium liberalitatis, vide in Liberalitas. *Seneca* [...]
*ficiis.*

Quidam quo plus debent, magis oderunt: Leue [...]
bitorem facit grauem inimicum.

Quereris incidiſſe te in hominem ingratum. Si h[...]
vitare volueris, non dabis beneficia. Ita ne apud alium [...]
pud te peribunt.

Ingrati eſſe vitemus non aliena cauſa. ſed noſtra.

Venenum, quod ſerpentes in alienam perniciem [...]
ſua læſione continent: non ita vitium ingratitud[...]
Torquet ſe ingratus, & macerat oditq; accepta (qua[...]
& extenuat, iniurias vero dilatat atq; auget.

Quid autem eſt eo miſerius, cui beneficia excid[...]
riæ?

Quæris, quid ſit, quod obliuionem nobis accept[...]
piditas accipiendorum. Cogitamus, non quid impe[...]
petendum ſit: neſcimus æſtimare res, de quibus non [...]
cum rerum natura deliberandum eſt.

Eo producturus eſt furor, vt periculoſiſſima res ſi[...]
aliquem magna conferre. Nam quia putat turpe non re[...]
vult eſſe, cui credat: habe quod accepiſti, non rep[...]
profuiſſe tutum eſt. *Seneca in epiſt.*

Non referre gratiam de beneficio, turpe eſt.

Per ſe fugienda eſt res, ingratum eſſe: quoniam nil [...]
diam humani generis diſſociat ac diſtrahit, quam ho[...]
*lib. de beneficiis.*

Vir bonus omnia recte facit. Si omnia recte faci[...]
non poteſt.

Gratum hominem ſemper beneficium delectat, [...]
mel.

Nec mirum eſt, inter plura maximaque vitia nu[...]
quentius, quam ingrati animi. Id euenire ex cauſis [...]
Prima, quia non eligimus dignos, quibus tribuam[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtituti, diligenter patrimonium, & vitam debitoris inquirimus.

Quiſquis de accipiendo cogitat, oblitus accepti eſt nec vllum habet malum maius cupiditas, quam quod ingrata eſt.

Sapiens non cupit habere gratiam, ſed cupit referre. Errat, ſi quis ...us beneficium accipit, quam reddit.

Quanto hilarior eſt, qui ſoluit quod mutat, tanto debet lætior eſſe qui ſe maximo ære alieno accepto, exonerat, quam cum maxime ...gatur: tanto autem plus ſoluendum eſt, quanto tardius ſol... Ingratus eſt, qui beneficium ſoluit ſine vſura.

Nihil charius æſtimamus, quam beneficium, quod diu petimus: ...nil vilius, cum accepimus.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Antiſthenes*, audiens Platonem de ipſo male loqui: Regium eſt, inquit, cum benefeceris, audire male. Excelſi profecto animi eſt, ingratitudine hominum non deterreri à ſtudio bene merendi de omnibus. *Laer. lib. 6. c. 1.*

*Diogenes*, quærenti, quid apud homines celerius ſeneſceret? Beneficium, inquit Dici enim vix poteſt, quanta accepti beneficii apud pleroſque ſit obliuio. *Stob.*

*Themiſtocles*: Athenienſibus, ipſum contumelia afficientibus: Quid tumultuamini, inquit aduerſus eos, à quibus ſæpenumero ...s affecti commodis? Aiebat autem, ſe ſimilem platanis, ſub quarum vmbra accurrunt homines afflicti tempeſtate, & eaſdem ſimul vt redit ſerenitas, vellunt, conuitiiſque petunt, Sentiens, hūc eſſe populi morem, vt in belli periculis implorent opem fortium virorum, in pace contemnant ac vexent eoſdem. *Plut. in apoph.*

*Plato* nominare ſolebat Ariſtotelem, mulum. Quid autem hoc ...nomen voluerit, ex eo liquet: Quod mulus, cum ſaturatus eſt lacte materno, calcibus petit matrem Significabat igitur Plato, inuoluto quodam ſermone, ingratitudinem Ariſtotelis Etenim is, cum ...ma philoſophiæ ſemina & acceſſus à Platone accepiſſet, ſuffar... optimis quibuſq;, aduerſatus, ſcholam contra Platonem ape... & in Peripato cum ſuis familiaribus & diſcipulis aduerſus eum ...nauit, Platonis perpetuus aduerſarius eſſe cupiens. *AElian. li. ... de var. hiſt.*

...dem, cum accepiſſet, Xenocratem diſcupulum multa in eum ...diſſe: Non eſſe credibile, circamſtantibus dixit, vt quem tan... amaret, ab eo inuicem non diligeretur, ſed ſuggillaretur et... Senſit ingratitudinem nequaquam locum habere apud eos, ...pientiæ ſtudiis ſe dederunt. *Bruſon li. 3. ca. 11.*

*Ariſtoteles*, cuidam interroganti, cur reliquiſſet Athenas? reſpondit, quoniam noluiſſet committere, vt Athenienſes bis peccarent in Philoſophiam. Notauit autem magnam Athenienſium ingratitudinem, qui Philoſophos de patriæ ſalute plurimum ſollici... ac de Athenienſium Republica bene meritos, non accuſarunt ...m, ſed damnarunt etiam. Subobſcure taxans Socratis mortem, ...nquoq; periculum. *AElianus 6. de Var. hiſtor.*

*Idem*, cum iudicum metu Athenis profugiſſet, interroganti cuidam qualis eſſet ciuitas Athenienſium? reſpondit pulcherrima ...dem eſt, ſed in ea pyrus ſuper pyrum, & ficus ſuper ficum conſe... Notans Athenienſium contra benemeritos ciues calumnias ...delitatem *AElian. lib. 3. de Var. hiſt.*

*Demoſthenes* inter fugiendum fertur ſubinde reſpiciens ad arcem Palladis, ſublatis manibus dixiſſe; O Pallas vrbium domina cur ...infauſtiſſimis beſtiis delectari, noctua, dracone, & populo? Noctua quum ſit auium inauſpicatiſſima, tamen Palladi ſacra eſt: ...admodum & draconem habet pro geſtamine: populus autem ...eſt multorum capitum, peſſimam gratiam referre ſolita o... meritis: velut Socrati, Phocioni, Scipioni & aliis complu... *Plut.*

*Hippocratidas*, acceptis literis à Cariæ ſatrapa, in quibus continebatur. Lacedæmonium quendam, quum fuiſſet conſcius inſidiarum, quas quidam ipſi ſtruxerant, non indicaſſe rem, ſed ſilentio ...ſimulque rogabat, quid de illo facturus eſſet? reſpondit hunc modum: Si quo magno beneficio illum affeciſti, interfice: ſin ...e regione ad virtutem formidoloſum. Ingratitudinem ...benemeritum cenſuit morte plectendam. Cæterum quod eſſet non per malitiam, ſed per formidoloſitatem cōmiſſum, ei ſatis ...iudicabat exilium. Non enim ipſe ſtruxerat inſidias, ſed ſibi ...non prodidit. *Plut. in Lac.*

*Epaminondas* reuerſus è Laconia, accuſabatur, quod Bœotarchiam quatuor integro menſes contra leges geſſiſſet. Collegas igitur ...vt in ipſum culpam deriuarēt, quod ſe inuitos coegiſſent. Ipſe ...in curiam ingreſſus, non meliores rebus geſtis rationes ſe ha... dicebat. Sin minus, ſe quidem interfici poſtulabat: verum in... columnæ, quod nolentes repugnanteſq; Thebanos Epaminondas coegiſſet, vt Laconiam quingentis ante annis intactam ab ...ibus incendio ferroq; vaſtarent, & vt ædificarent iterum. Meſ... ...m 330. annis deſolatam, quod Arcades bello in ſocietatem per... ...ſſet, & Græcis libertatem reſtituere coegiſſet. His auditis, pudo... ...ti iudices, liberum pronunciarunt. Cumq; regrederetur è curia, & Melitenſis catellus blandiretur cauda, dixiſſe fertur ad præſentes: Hic mihi pro beneficio gratiam reponit: at Thebani, de quibus ſæpe multumq; ſum præclare meritus, mortem mihi iudicio pœnam conſtituerunt. *AElian. li. 13. de var. hiſt.*

*Philippus*, cum Athenienſes, quotquot apud Chæroneam capti fuerant, gratis dimiſiſſet, illi vero etiam veſtes ſtragulaſq; repoſcerent, atq; hac de cauſa Macedones in ius vocarent, riſit Philippus, dicens. Quid? nonne videntur Athenienſes arbitrari, ſe à nobis in talorum ludo victos eſſe? Tam ciuiliter tulit victor victorum ingratitudinem, qui non ſolum gratias non agerent, quod ipſi & incolumes & gratis fuiſſent dimiſſi: verum etiam criminarentur, quod nō ſolum & amictus & ſtragulas redderent, quaſi neſcirent, quale eſſet ius belli: quaſiq; nihil aliud eſſet certare armis, quam certare talis, qui ludus eſt puerorum, *Plut. in apoph.*

*Cato*, Multis Publii Sulpitii ingratitudinem incuſantibus quod Catoni de ſe optime merito oppoſuiſſet competitorem: Cato ſic excuſauit, dicens: Minime mirandum, ſi quod quis maximum bonum duceret, id alteri noſſet concedere, *Eraſ. li. 5. apoph.*

*Domitius Afer*, quum haberet ingratum litigatorem, ipſius conſpectum vitandem, ne cogeretur agnoſcere patroni beneficium, in foro per nomenclatorem illi dixit: Amaſne me quod te non vidi? Tecte exprobrans ingratitudinem, cui gratum eſſe non videri à benemerito, ne cogeretur illi gratias agere. *Eraſm. li. 7. apophtheg.*

*Anonymus.* Cæſar Auguſtus æs alienum cuiuſdam Senatoris, quem charum habebat, non rogatus diſſoluerat ac pro eo numerarat quadragies nummum. Senator autem ea re cognita, pro gratiarum actione nihil aliud adſcripſit Cæſari, quam mihi nihil. loco velut expoſtulans etiam, quod cum numeraſſet omnibus creditoribus, ipſi nihil numeraſſet. *Stob.*

*Pompeius.* Quum iam detecta eſſet Pompeii cum Cæſare ſimultas, ac Marcellinus (vt Plutarchus aliorum iudicio Marcellus) vnus ex eorum numero, quos Pompeius euexiſſe putabatur, à Pompeio ad Cæſarem tranſtuliſſet animum, adeo vt non veritus ſit in Senatu multa in Pompeium dicere: hunc ita compeſcuit Pompeius: Non te pudet, inquit, Marcelline, ei maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eo productus, vt vomitum nō teneas? Grauiter obiecit ingratitudinem homini, qui hoc ipſo, quod habebat dignitatis, authoritatis & eloquentiæ, abutebatur in eum, cui debebat acceptum ferre. Nam hoc ingratitudinis genus eſt, ſed tamen heu nimium vulgare? *Plut. in apoph.*

*Alphonſus*. quum obiurgaretur, quod in Aluarum Lunam, hominem ſibi plane ingratum, tanta contuliſſet beneficia, quorum ne memor quidem iam eſſet: An ignoratis, inquit Rex, ingenti beneficio non niſi ingenti ingratitudine ſatis ſemper fieri? *Panorm. lib. de reb. geſt. Alphonſi.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi*? Si quis ſeruum nactus, qui in multis offenderit illum, & non flagri cæciderit, verum peccatis indultis, futura vitare monuerit in poſterum, ne in eadem decidat, magnis quoq; muneribus præterea illuſtrauerit, ac beneficiis fouerit: quænam obſecro futura eſt tam perfida mens, tam ingrata anima, quæ huiuſmodi gratia non ad meliora ſectanda prouocari ſufficeret? in 2. *ad Tim. homil. 5.*

*Clementis*, Tale eſt hoc, quale ſi quis æger ad medelam ſui medicum pariter & venenarios inuitet, cum illi nocere quidem poſſint, curare non poſſint: verus autem medicus venenis illorum recuſet ſua medicamenta miſcere ne aut pernicies bono, aut ſanitas nocentibus adſcribatur. Dicis ergo: Indignatur aut inuidet Deus, ſi cum non ipſe benefaciat, aliis gratiæ referantur. Etiamſi indigentur, non vult tamen erroris author exiſtere, vt illi operis beneficio inani dolo fides detur. Quid certe tam impium, tam ingratum, quam à Deo beneficium conſequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? *Lib. 3. Recognitionum.*

*Salomonis*, Ingrati ſpes tanquam hyemalis glacies tabeſcet, & fluet tanquam inutilis. *Sapient. 16.*

*Baſilii*, Quemadmodum oculi, quæ nimium prope admota ſunt, non cernunt, ſed iuſtam requirunt diſtantiam: Ita & ingratorum animi præteritam gratiam ſentire videntur, quum boni ab eis alienantur. *Apud Anton. Monach.*

*Maximi Monachi.* Perinde facit, qui in ingratum beneficium confert, ac ſi cadauer pretioſo oblinat vnguento. *Serm. 8.*

*Plutarchi*, Vt hedera adhærens arborum ramis, ope aliena in altum erigitur: Sic obſcuri conſuetudine potentum creſcunt, deinde præfocant, à quibus euecti in altum. *in Moral.*

*Senecæ*, Quomodo malæ filiæ conſulit, qui illam contumelioſo & ſæpe repudiato collocauit: quomodo malus paterfamilias habebitur qui negotiorum geſtorum damnato, patrimonii ſui curam mandauerit quomodo dementiſſime teſtabitur, qui tutorem filio reliquerit, pupillorum ſpoliatorem. Sic peſſime beneficia dare dicetur;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cetur, quicunq; ingratos eligit, in quos peritura conferat. *Lib.4.de beneſic.c.17.*

*Quomodo* fœnerator quoſdam debitores non appellat, quos ſcit decoxiſſe, & in quorum pudorem nihil ſupereſt, niſi quod pereat: Sic ego quoſdam ingratos palam ac pertinaciter præteribo, nec ab vllo beneficium repetam, niſi à quo non ablaturus ero, ſed recepturus. *li.5, de beneſic.c.21.*

*Quemadmodum,* qui optat diuitias alicui in hoc, vt illarum partem ipſe ferat, quamuis pro illo videatur optare, ſibi proſpicit: Sic qui optat amico aliquam neceſſitatem, quam adiutorio ſuo fideq; diſcutiat, quod eſt ingrati, ſe illi præfert, & tanti exiſtimat illum miſerum eſſe, vt ipſe gratus ſit, & ob hoc ipſum ingratus eſt. *Lib. 6. de beneſic.c 34.*

*Roterodami*, Siphnius lapis oleo excalfactus dureſcit, alioqui molliſſimus: Ita quoſdam benefactis reddas deteriores. *in ſimilib.*

¶ ADAGIA.

Ingratitudo vulgi.

*Qui ſignificabit ſibi moleſtam ingratitudinem, quod intelligat ſuperiorum officiorum nullam haberi rationem, non inconcinniter vſurpauerit illud ex Odyſſ.1. quod idem eſt & alijs locis:*

Μήτις ἔτι πρόφρων, ἀγαθὸς. καὶ ἤπιος ἔστω
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς,
Ἀλλ᾽ αἰεὶ χαλεπός τ᾽ εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι.
*Poſthac ne placidus ſit quiſquam, neue benignus,*
*Nec mitis, iuſtiq; tenax rex ſceptriger vnquam.*
*Sed ſemper ſerus eſto, & ſemper iniqua patrato.*

Viuum noueris.

*Antea retulimus viuorum meminiſſe oportere. Id meretricula in Truculento detorquet in alium ſenſum, amatorem pro mortuo ducens, qui deſierat eſſe dando. Pecunia, iuxta Heſiodum, anima eſt mortalibus: ea amiſſa exanimis eſt homo.*

Ale luporum catulos.

*Theocritus in Hodæpor.*

Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας ὥς τὸ φάγοντι.
*Paſce canes qui te lanient, catuloſq; luporum.*

*In eos qui læduntur ab iis, de quibus benemeriti ſunt, aut in ingratos.* Junge Wölffe aufferziehen.

Aries nutricationis mercedem perſoluit, κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν.

*Quadrat, vbi quis pro benefactis maleficium reponit.* Wer einen andern vom Galgen erlöſet/der brächte jhn gern hinan.

Qui canem alit externum, huic præter funiculum nihil fit reliqui. ὃς κύνα τρέφει ξένον, τούτῳ μόνος λίνος μένει.

*Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam.* An ander Leute Kindern/ vnnd an frembden Hunden/ hat man das Brodt verlohren.

Hirundines ſub eodem tecto ne habeas. ὁμορόφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν.

*Recte Pythagoras conuictorem ingratum, parumque firmum hirundinis ſymbolo monuit ablegandum.*

Pro beneficentia Agamemnonem vlti ſunt Achiui, ἀντ᾽ εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα τῖσαν Ἀχαιοί.

*Dicebatur in ingratos, qui pro ſummo beneficio ſummum remetiuntur maleficium.*

Pro Perca ſcorpium. ἀντὶ πέρκης σκόρπιον.

*Vbi quis optima captans, peſſima capit.*

Nemo benemerito bouem immolauit præter Pyrrhiam. οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν, ἀλλ᾽ ἢ Πυῤῥίας.

*Accommodabitur & in vulgatam mortalium ingratitudinem, adeo vt vix vnum reperias, qui meminerit officii: non abludit hinc exemplum Euangelicum, quo è decem lepra Chriſti beneficio liberatis, vnus duntaxat reuerſus eſt, qui gratias egerit:* wer auff Gnade dienet/dem lohnet man mit Barmhertzigkeit.

Simul & miſertū eſt, & interiit gratia. ἅμ᾽ ἤλετο, καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.

*Senarius dici ſolitus in ingratum, qui ſimul atq; leuatus eſt malis deſinit meminiſſe beneficiorum eius, cuius opera reſtitutus eſt.* Er hat den Danck ſchon geſſen.

In ſenem ne quod collocaris beneficium. γέροντι μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ποιεῖν.

*Dicitur hodieq; vulgo: Neq; in ſenem, neq; in puerum collocandū eſſe beneficium: propterea quod alter non refert, alter non meminit.* Es iſt alles verlohren/was man in alte Säcke ſchüttet.

Hoſtis non hoſtis. ἀπόλεμος πολέμιος.

*Id eſt: Citra bellum hoſtis. Dicitur, qui nulla laceßitus iniuria, tamen quæ ſunt hoſtium facit, aut qui pacis obtextu facit hoſtilia.*

Arietis miniſterium. κριοῦ διακονία.

*Dici ſolitum de officio in ingratum collocato, ſiquidem aries cornibus ferit paſcentem.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Ingratitudinis exempla. Laban. *Gen* 31.1. Præfectus pincernarum 40.23. Pharao nouus, *Exod.*1.8. *Act.*7.18 Iſraelitæ, *Exod.* 17.3. & 32.1. *Num.*11.1,4. *Iud.*2.2. & 8.35. 1. *Sam.*30.6. *Ier.*2.5. & 18. 20. *Ezech.*16. 22. & 20.8. *Oſeæ* 2.8. & 8.14. & 11.3. & 13.6. Ammonitæ & Moabitæ, *Deut.*25.4. Saul, 1. *Sam.*18.8. & 19.10. Viri Ceilæ, 23.11. Nabal, 25. 10. Hanon, 2. *Sam.* 10.4. Dauid, 11.5. Abſalon, 14.30. & 15.13. Ierobo-am 1. *Reg.*12.28. Rex Iſrael, 2. *Reg.*6.13.31. Ammonitæ, Moabitæ & Idumæi, 2. *Paralipom.* 20.10. Ioas Rex Iuda, 24.21.22. ... Syriæ, 25.14. Ozias, 26.16. Ezechias, 32.35. Iſrael, *Nehem.* ... Dauidis, *Pſalm.*35.12. & 109.4. Hebræa gens. 38.21. ... Iudæi, *Eſa.*1.v.c.2,3. & 5.v.4. *Ioan.*1.11. & 5.43. Tyri, ... zim & Bethſaida, *Matth.*11.21. *Luc.*10.13. Capernaum ... tati ad nuptias, *Matth.*22.v.3. Nazareni, *Luc.*4.29. Sam... 53. nouem leproſi, *Luc.*17.v.18. Cultores vineæ, 20. ... thoniſſæ, *Act.*16.v.19.20. Milites, 27. ver.42 Patres in de... v.10.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Ingratæ in Socratem Athenæ, virum Apollinis iudicio ... ſapientiſſimum iudicatum, cui pro Attica iuuentute ... enter inſtituta, venenum rependerunt. *Sabel.li.7.c2.*

*Apollonius Rhodius*, poeta clariſſimus, erga Callima... ceptorem ſuum ingratus, quum contumelia quadam ... ſet, occaſionem dedit Callimacho, vt contra eum ... virulentiſſimum componeret. Quod poſtea contra ... torem imitatus eſt exul Ouidius. *Gyraldus dialogo 3. poeta...* ræ.

*Alexander Magnus* immemor primæ nutricationis ... quod ab Hellanice nutrice infans biberat, eius filium C... fecit. *Theat. Zvving.*

*Antonius Caracalla* Romanorum Imper factus ... nocentiſſime vexari atq; occidi iuſſit: & inter alios ... qui ipſum educauerat, a quo multa acceperat beneficia ... fectus vrbis patris temporibus fuerat, quem ſæpenumero ... appellauerat. *Dion, Nicæ.*

*Ptolomæus Ceraunus* Syriæ regem Seleucum ... cum ipſe a patre pulſus (minorem enim natu filium, ... bernando idoneum, in regno ſuffecerat in Syria a Seleuco ... diu non ſine magna impenſa, magno in honore habitus ... *lib.3.c.3.*

*L. Cornelius Sylla* fugiens Sulpitium Tribunum, ... mum præter omnem expectationem ſe coniecit. A ... cum emiſſus dicitur, vt incolumis euaſerit. Verum ... tiam Mario retribuit. Nam occupata vrbe, in Marium ... am pronunciauit. *Plut. in Mario & Sylla.*

*L. Cinna*, licet Octauio ex inimico amicus factus, ... dicum dignitatem euectus eſſet, nihilominus tanti ... memor, aduerſus Octauium inſidias molitus eſt, O... cognita, cum eum ſeparatim in cubiculum vocaſſet, ... exprobrauit. *Seneca de Clementia.*

*Ceruus* ramo vno cornuum zonæ *Baſilii Macedonis* ... *ris* infixo, eum cornibus ſuſpenſum ſublimem ferebat ... accurrens, enſe diſſecta zona Imp. eripuit: cui ... ſuæ præclaram reddidit ille, capitis truncationem: ... quæſita, quod enſem contra Imp. ſtrinxiſſet. *Zonaras* ...

*Romani Scipionem* illum Africanum: cuius auſpicijs ... ſui imperii Carthaginem ſub iugum redegerant, ... ſuperauerant, accuſatum & Petilio, in ius vocauerunt ... pſerunt, quod pecuniam Aſiaticam non totam in ærario ... ſet. *Valer. de ingratitu. li.5.c.3.*

*Ludouicus Pius*, Caroli Magni filius, à filiis in cu... ctus eſt. *Ioan. Naucler. 2. Volu.1. Chronograph. Gen.28.*

*Beatrix Pannoniæ* regina, mortuo marito Mathia, ... Caſimiri Poloniæ regis filium in matrimonium & regnum ... uit, à quo tamen breui poſt tempore abdicata eſt.

*Iuſtinianus Imperator* Belliſarium ducem excæcatum ... menductu, Perſas in Oriente, Vandalos in Africa, & ... lia ſuperauerat, vnde vox mendicantis, nummum ... ſario date, quem virtus extulit, atq; in imum inuidia ... *Fulg. lib.5 c.3. de ingratis.*

*Sanctius Quartus* Rex Hiſpaniæ Alphonſum patrem ... nia redeuntem, regno occupato non admiſit. *idem.*

*Friſſus filius* Actii Ferrariæ principis, patrem in ... ctum, ibidem mori coegit ob inductam nouercam. *idem.*

*Cicero* iuſſu M. Antonii Triumuiri, interfectus eſt à ... nate, quem tamen capitis reum defenderat. *Valerius lib...* gratis.

*Lucius Oſtius*, tempore bellorum ciuilium, patrem ... malium proſcriptum, quem Triumuiri ad ſupplicium ... bant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet. *idem.*

*Darius* conſilium cepit de interficiendo patre A... tamen rex per indulgentiam creatus fuerat. *idem.*

*Imperator* Henricus V. Henricum patrem carcere ... dem.

*Alphonſus Primus*, Rex Luſitaniæ Tireſiam matrem ... la coniecit, quod poſt mariti mortem ſecundas ... *idem.*

*Phraates* patrem ſuum Orodem regem Parthorum ... *idem.*

*Romanus iunior* matrem à ſe reiecit, & animi dolore, ... de filii ingratitudine conceperat, ad mortem compulit. ...

*Ioannes Scotus*, cum bonas literas profiteretur in ... pulorum coniuratione graphiis interfectus eſt. *idem.*

hael Traulus Leonem imperatorem de medio ſuſtulit, cuius beneficio multas fuerat aſſecutus dignitates. *idem*.

¶ Fabvla.

Cerua & Vitis.

n fugeret cerua inſequentes venatores, occuluit ſe ſub vite. oribus autem paululum prætergreſſis, quod putaret, ſe cerua ſe in tuto, ſecura animi carpere pampinos, & mandere cœpit. m motus atque ſtrepitus venatores conuertit, atque illi, es erat, arbitrati ſub vite beſtiam aliquam latere, accurrunt, n ceruam iaculis configunt. Quæ moriens: Merito, inquit, hi euenit, quæ violare non dubitarim ſeruatricem meam. et fabula, vltionem numinis non effugere eos, qui pro be- malefacta rependant.

*le Beneficentia, Gratia, Gratitudo.*

# Inhumanitas.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

anitas, Græce ἀπανθρωπία, ας, ἡ, & ἀπάνθρωπος, ου, ὁ, inhu- s dicitur. Eſt autem inhumanitas, obduratio contra miſe- m, *ex B. Tho. ſecund. Secund. q. 135. art. 8.*

LOCI BIBLICI.

nanitas damnatur, *Prouerb.* 21, 13 & 28. 27. Abd. *Verſic.* 10 *Ro.*

¶ SIMILTVDINES.

*damı.* Angues in Syria erga indigenas venenum non ha- e ſpetunt, exteros cum cruciatu examinant: Ita inſulares tis humani, in alienigenas immitiſſimi. *in ſimil.*

*Proſpendio* malignus ſit, qui fontem ſcatentem obtegat, aut ſo- lem obradiantem prohibeat, aut lumen recuſet de ſuo lumine ac- cendere, aut viam monſtrare grauetur: Ita vehementer ſit inhu- manus, qui prodeſſe nolit citra vllum ſum incommodum. *in ſimi- litu.*

¶ Exempla Biblica.

Inhumanitatis exempla: Ciues Gabaon, *Iudic.* 19. *Verſic.* 15. Saul, *Sam.* 29. 15. Edom. *Amos* 1. 11. Principes Sion, 6. *Ver.* 6. Samaritani, *Luc.* 9. v. 53. Sacerdos quidam, 10. 31. Leuita quidam, v. 32. Filius ſe- *nior,* 15. v. 25.

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Andronicus Ducas*, homo ſordidus & perfrictæ frontis, ſi An- dronicus Comnenus Imperator aliquem excœcare vellet, etiam manus ei amputandas, aut in crucem agendum eſſe decernebat: ergato Andronico, quod in ſuppliciis ſumendis infra delictorū atrocitatem ſubſiſteret: tandem & ipſe crudeliter necatus eſt. *Nice- tas l. de imperio Andronici.*

*In Hybernia*, quæ in penitiſſimo Oceano extra terras inſula ſita eſt, cultu indomito & fero puniri ita aliti educatiq; ſunt, vt inter ar- ma & cædes aſſidue verſentur: matreſq; natura immites, ingenio barbaro, primos cibos edito infanti gladio admouere ferantur. *A- lex. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

*Dioni* Syracuſano datum fuit vitio, etiam ab amicis cordatis, moroſius & difficilius, quam pro ciuili vſu ageret cum ad- bus. Itaq; Plato ad eum ſcripſit, vti peruicaciam tanquam ſo- nis comitem declinaret. *Plut. de Dione.*

*ſcipius Imp.* per morum triſtium latebras, ac ſimilem habitū illius, quem in vita ſemel riſiſſe affirmat Lucillius, virit, hu- ſemper intuendo. *Cælius l. 3. c. 28. A. L.*

*Cato* Ptolomæo Ægypti regi domi ſuæ excipiendo inhuma- nus, dum in aluo leuanda occupatus, neq; regem adierit, neq; venienti ipſe vel obuiam proceſſerit, vel aſſurrexerit. *Plut. in Cat.*

*Nero Cæſar* tam difficilis atque moroſus erat: vt neque cum ſer- uis neque cum liberis ſermones conferret: ſed omnia quæ vellet, dicere ue in libellis ſcribere conſueuerat. *Xiphilinus in Nero- ne.*

*Marius*, vt moribus fuit aſper, ita quoque truci aſpectu, Cuius teſtimonium fert ſtatua marmorea Rauennæ illi poſita. *Plut. in Mar.*

*Vide Crudelitas.*

# Inimicitia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Inimicitia, Græce ἔχθρα, ας, ἡ, & ἐχθρὸς, οῦ, ὁ, inimicus dicitur. Eſt au- tem inimicitia ira vlciſcendi tempus obſeruans, *ſecund. Cic. lib. 4. Tuſ. qu.*

Ab amico amicitia deriuatur, quæ quid ſit, vide ſupra in Amici- tia. Huius oppoſitum, eſt inimicitiæ plulari numero, quanquam veteres etiam ſingulari nonnunquam protulerunt.

¶ Loci Biblici.

Inimicitiæ damnātur *Gal.* 5. v, 19. 20. inimicitiæ æternæ inter ſer- pentem & mulieris ſemen. *Gen.* 3, 13.

Inimicitiæ hominis, domeſtici eius, *Matth,* 10. 36. Inimici non paſſim contemnendi, 1, *Sam.* 14. *v.* 14 & 17. 45. 2, *Sam.* 21. 20. 1. *Reg.* 20. *v* 1. & *c.* 2. *Reg.* 14, 8. ſed diligendi, & beneficiis ſuperandi, ac de- uinciendi, *Exod.* 23. 4. *Matth.* 5. 44. *Luc.* 6. 27.

¶ Sententiae Biblicae.

*Inimicus diligenter probandas.*

Labiis ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos: Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſe- ptem nequitiæ ſunt in corde illius. *Prouerb.* 26.

*Prudenter vitandus.*

Ab inimicis tuis ſepara te. *Eccl.* 4.

Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim æramentum æruginat nequitia illius. Etſi humanitatis vadat curuus adiice ani- mum tuum, & cuſtodi te ab illo. Non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dextram tuam. 12.

In labiis ſuis inculcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſub- uertat te in foueam. *ibid.*

In oculis ſuis lachrymatur inimicus, & ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine: & ſi incurrerint tibi mali, inuenies eum illic priorem, & quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. Caput ſuum mouebit, & plaudet manu, ſuſurrans commutabit vultum ſuum. *i- bid.*

*Decenter reconciliandus.*

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. *Eccle- ſiaſt.* 6.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. *Matth.*

¶ Sententiæ Patrvm.

Ea eleemoſyna nihil eſt maius, quam quod ex corde dimitti- mus, quod in nos quiſque peccauit. Minus igitur bonum eſt erga eum eſſe beneuolum qui tibi nihil mali fecit. Illud multo grandi- us, & manifeſtiſſimæ bonitatis eſt, vt tuum quoque inimicum di- ligas: & qui tibi malum vult, & ſi poteſt, facit: vt tu ſemper ei bonū velis, faciaſq; quod poſſis *Aug. in Enchir.*

Quamdiu tibi inimicus es, inimicum habes ſermonem Dei: Eſto mihi amicus, & concordas cum ipſo: ſicque non ſolum nihil perdidiſti, ſed & teipſum, qui perieras, inueniſti. *De verb. Dom. ſerm.* 1.

Si is, qui non relinquit parentes propter nomen Dei non eſt Deo dignus, quanto magis qui diligit eius inimicos, acceptus Deo eſſe poterit. Ipſi enim grauiores inimici facti ſunt. *Ambroſ. in Pſal.* 118.

Virtus eſt, coram hominibus tolerare inimicos, ſed virtus coram Deo diligere, quia hoc ſolum Deus ſacrificium accipit, quod ante oculos eius in altari boni operis charitatis flamma incendit. *Greg. in Paſtoral.*

Inimicos Dei perfecto odio odiſſe eſt, & quod facti ſunt dilige- re, & quod faciunt increpare, mores prauorum premere, vitæ pro- deſſe. *ibid.*

Humana mens omnem, quem inimicum tolerat, etiam iniquū & impium putat, *in Moral.*

Fruſtra exteriores inimicos vincimus, ſi interioribus parcimus. *ibid.*

Vbi amicitia permanet, nihil facile creditur, nihil facile recipi- tur, quod diſſidium poſſit operari. Si vero inimicitiæ ſemel occu- pauerint animos, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, ita accipiuntur & intelliguntur, vt vel maiores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico, non creditur: ſi quid autem mali, hoc ſolum creditur & confirmatur. *Li.* 30. *Moral.*

Grauiſſimum inimicitiæ genus, eſſe corde aduerſarios, & lingua ſimulare deuotos. *Caſſ. in Pſal.* 54.

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

De inimicitiis. Dial. XXXII.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Inimicitias habeo. R. Fac vt iuſtitiæ ſis amicus, nullum cer- tius præſidium. Vera virtus fortunæ minas calcat ac deſpicit. D. Inimicitiæ mihi ſunt. Rat. Et cautior eris & notior. Multos ini- micitiæ illuſtrarunt, qui obſcuri manſiſſent, ſi hoſtibus caruiſſent. D. Hoſtes vndique mihi ſunt. R. Obſtabunt, ne inuiſibiles ani- morum hoſtes ſubeant voluptates. Non tam hoſtes tibi ſors ob- tulit, quam cuſtodes, malo malum maius arcebitur. Dol. Hinc illinc hoſtibus premor R. Illi quoque ſuis premuntur affectibus, eſtque apud illos vltor tuus, iſque non vnus, pro te partes faciunt ira metus, odium, inquietudo, necdum peracti pœnam crimi- nis exigunt, ſic interdum vltio præit offenſam, & fortaſſe non ſe-

quuturam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quuturam. Armabuntur, laborabunt, ſudabunt, æſtuabunt, anhelabuntur, trepidabunt, & fortaſſis horum ad te. Multi ſæpe grauibus odiis ſibi, non aliis nocuere. D. Eſt mihi pugna, cum hoſtibus. R. Et illis ſecum, & tutius aliquando cum hoſtibus quam cum vitiis pugnatur. Quiſquis alium odit, primum animæ ſuæ vulnus infligit, proximam nonnunquam ſuo corpori: Nimia nempe cupiditas feriendi nocendique multos incautos nudatoſq; dedit hoſtibus ſic ſemper prima pars malorum in ſuum authorem vertitur, interdũq; nouiſſima, Cum ſæpe interim ſit illæſus, in quem pernicies parabatur. D. Vndiq; mihi bella conſurgunt. R. Nunquã clarior ſanctiorque fuit, quam dum multis ac grauibus bellis occupabatur. Pax initium mali fuit, ſecum namque ſubiit libido blanda hoſtis, ac peſtilens. D. Graues inimicitiæ mihi ſunt. R. Magnæ plerunque magnarum amicitiarum fuere principium. D. Habeo inimicos R. Habeto fidem ſimul & clementiam, de reliquo quicquid euenerit, cura ſaltem, vt humanitate ſis ac virtute ſuperior. Sunt & ſua iura cum hoſtibus, cum quibus ita rem gere, vt amicos fieri poſſe non dubites Atque hoc ſanius conſilium ſcito, quam Biantis, qui ſic amicos diligi iubet, vt inimicos fieri poſſe memineris, quod dictum, quamuis ab aliis laudatum nec mihi certẽ, nec Tullio probatur. Eſt enim verum amicitiæ venenum. In odio ergo cogitandus amor, non odium in amore, longe Ariſtotelicum illud in Rhetoricis Bianteo conſilio præferendum, non oportet (vt aiunt) amare tanquam oditurum, ſed magis odiſſe, tanquam amaturum, quod profecto ſcribens Ariſtoteles Biantem ipſum, callidamq; eius & maleuolam ſententiam notabat. D. Inimicitias habeo. R. Sed inuitus habe, & armato ſemper in pectore cor amicum pacis habitet, atq; ita bellum exerceas, vt coactus videare, neu forte odio ſuccumbat humanitas, neu tam vindictæ ſtudeas, quam gloriæ, aut ſaluti. Scis, vt Romanis inuiſior eſt Hannibal, quam Pyrrhus? cum vterq; hoſtis, & prior Pyrrhus Italiam inuaſerit, at non delendi animo, vt Hannibal, ſed vincendi. Omnibus enitendum modis, vt in actu quolibet vera virtus emineat, ſic vt nihil bello quæri aliud quam pax honeſta videatur.

Nulla peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. *Boeth. 3. de conſol.*

Tacitæ inimicitiæ magis metuendæ ſunt, quam indictæ & apertæ. *Cic. in Ver.*

Quid homini inimiciſſimum? alter homo: inimicitias tarde ſuſcipe, amicitias moderate exerce. *Senec. li. 1. de morib.*

Cum inimico nemo in gratiam cito redit, de inimico ne dixeris male, ſed cogites, grauior eſt inimicus, qui latet in pectore, grandius malum eſt omne, quod ſub aſpectu latet. Inimicum vlciſci, vitam eſt accipere alteram. Inimicum quamuis humilem, docti eſt metuere. Inimicum cum retineas, exire incites. Quidam occiderunt quoſdam inimicos, non quia habebant, ſed quia metuebant. *idem in Prou.*

Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quam hæ, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo celſitudinis nomine. Nam eum, qui palã eſt aduerſarius, facile cauendo vitare poſſis, Troianos equus idcirco fefellit, quia formam miſericordiæ mentitus eſt. *ibid.*

Sumere vindictam ex inimico, ſi te inimicum ſenſerit, perdidiſti grauius aduerſarium ſecuritate deceptum, nocere neſcit, qui ſe velle nocere prodiderit. *ibid.*

Inimicitiæ oriuntur, cum alioqui diſcentium inuicem de iuſto, iniuſto, pulchro & turpi, bono & malo, ita ad idoneum ipſarum, iudicium diruere nequeunt. *Plato in dial. de ſanct.* Inimicis mala debemus. *De Repub. Dial.* 1.

Inimicorum malis gaudere nec iniuſti nec inuidi eſt, *in phil.*

Inimicis omnia inuia facienda ſunt, amicis autem peruia, & hominibus & pecoribus, & iumentis. *De reg. dial.* 6.

Inimicitiæ grauiſſimæ ex verbis leui admodum de re, & odia oriuntur. *Dial.* 11.

Inimicitiam ponam inter te & ipſum dicit Scriptura, non tibi & mulieri, quia in medio tanquam confinio voluntatis & ſenſus bellum non naſcitur. *Philo in legis alleg. l.* 2.

Inimicis non eſt male faciendum, nec vlciſcendum iniurias. *Ficin. in Plat. Crit.*

Inimici peſſimi ſunt, qui ſub amicorum ſpecie nos circumueniunt. *Ioan. Pic. Mir. in proœm. in Aſtrologiam.*

Inimicis ne via quidem communis eſſe debet. *Ariſt. Polit. c.* 11,

Inimicitiam concitat ira, incommodatio, calumnia. *Ariſtotel. Rhet.* 2.

¶ Poeticae Sententiae.

Periander.

*Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς εὐφράνῃς.*

*Infelicitatem occulta ne inimicos lætitia afficias.*

Pittacus.

*Μηδὲ τὸν ἐχθρὸν φίλον ἡγοῦ.*

*Neq; inimicum amicum tibi exiſtima.*

*Ἔχθραν διάλυε.* Id eſt: *Inimicitiam diſſolue.*

Menander.

*Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν.*

*Immortalem inimicitiam ne retine, mortalis exiſtens.*

*Ἐχθροὺς ἀμύνου, μηδὲ ἐπὶ τῇ σῇ βλάβῃ.*

*Inimicos vlciſcere, non tamen cum tuo damno.*

*Ἐχθροῖς ἀπιστῶν, οὔποτ' ἂν λάβοις βλάβην.*

*Inimicis non credens, nunquam vtique damn[um accipies.]*

*Λόγον παρ' ἐχθροῦ μή ποθ' ἡγήσῃ φίλον.*

*Sermonem ab inimico nunquam putabis amicum.*

Ouid. in Ibin.

*Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,*

*Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.*

Senec. Med. Act. 3.

*Dum terra cælum media libratum feret,*

*Nitiduſque certas mundus euoluet vices,*

*Numeruſque arenis deerit, & ſolem dies,*

*Noctem ſequentur aſtra: dum ſiccas polus*

*Verſabit Arctos, flumina in pontum cadent,*

*Nunquam mens ceſſabit in pœnas furor.*

Ennius 8. Annal.

*Pellitur è medio ſapientia, vi geritur res.*

*Spernitur orator bonus, horridus miles amatur,*

*Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis,*

*Miſcent inter ſeſe inimicitias agitantes.*

*Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro*

*Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolid[o]*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum ſi inſles in ſcintillam [...] incendium: contra ſi inſpuas, extinguis: & vtrumque [...] eſt, quoniam vtrumq;, inquit, ex ore tuo proficiſcitur. [...] inimicitia proximi: ſi inflatos ac vecordes ingeras ſer[...] tas ignem illius, accendis carbones: ſin mites ac mode[...] ueas ſermones, priuſquam ardeſcat, iram omnem ex[...] xeris igitur, hæc aut hæc audiui: quum hæc omnia [...] ſtate. Hoc enim pacto iram veluti ſcintillam, vel extinguere [...] cendere, furoremque vel excitare, vel contra ſedare [...] *Homil. 3. de Spectaculis.*

*Hoc ſpectat* medicus, vt morbo liberet ægrorum, non [...] rito an immerito ſibi morbum contraxerit. Tu quoque [...] dicus eſto ei, qui te læſit: vnum hoc quære, quo pacto [...] adimas. *Homil. 1. de Dauide & Saule.*

*Plutarchus.* Inter Agathallos & Acanthylides tan[...] um, vt ſi ſanguis eorum immiſceatur, continuo ſeparentur [...] & diſſiliant: Sic inter patritios & plebem, etiamſi qu[...] rum vſu coniunguntur, durat tamen vſque odium [...] *Moral.*

*Lynceus* per quercum videt, inimicus etiam per[...] amicum perſpicit, quid agas. *in Moral.*

*Vt cupimus* cloacas quam longiſſime ab ædibus [...] Ita in inimicos vitiorum purgamenta reiicere pro[...] *ral.*

*Vt Onomademus* noluit omneis tolli, qui diuerſarum [...] partium: ne ſublatis inimicis omnibus, cum amicis [...] mus digladiari: Ita conſumptis in hoſtes huiuſmodi [...] gis comes ſumus erga amicos. *in Moral.*

*Vt priſcis* ſatis erat, ſi à feris non læderentur, poſt[...] ſuum commodum vertere cœperunt, pellibus veſti[...] ci, felle mederi. Sic nobis agendum eſt, vt ab inimicis non [...] lædamur, verum etiam adiuuemur. *in Moral.*

*Vt agricolæ* iuxta allia & cepas, ſerunt roſas, quod [...] illis moleſti odoris, in hæc tranſeat: Sic inimicus, ſi [...] mali animi, id totum in ſe recipiens, ac conſumens [...] cis iucundiores. *in Moral.*

*Vt vultures* ad extincta corpora odore feruntur, [...] unt: Sic inimicus, ſi quid deliqueris, ſtatim olfacit, [...] facta ſtupidus, *in Moral.*

*Dionyſiaci* ſæpe negligenter inter ſe canunt in the[atro ...] cum certatur, tum multo diligentius agunt omnia [...] gerit, rem, qui ſcit vitam ſuam ab aduerſario ob[...] *Moral.*

*Vt hoſtis* ſemper imminens muris, in cauſa eſt, vt vigi[...] ſit ciuitas: Sic inimicus obſeruans, quid agas, facit [...] caſue temere. *in Moral.*

*Roterodami.* Apes facis ad opus & fœtum calore [...] vtuntur: vbi cœperint mella matureſcere, tum exp[...] dant: Ita ab inimicis quoq; ſumendum, ſi quo pacto [...] prodeſſe poſſint. *in ſimil.*

*Thrineri.* Vt ea, quæ rupta ſunt eo difficilius [...] fuerint prius ſibi inuicem coniunctiora: Ita quoque [...] cognatorum inimicitiæ maiores, quo fuerint priu[s ...] inter ſe obſtrictiores. *in apoph.* 179.

*Inimici* ſimiles ſunt venenis, quæ alexipharmaca [...] & ipſi licet mali, aliena mala tollunt, & corrigunt. [...] *miat.* 119.

¶ EXEMPLA PROFANA.

Iiſdem tutoribus vſi ſunt. *Themiſtocles & Ariſtides* [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ſins. Quare ſimul etiam ſunt educati, & ab eodem præcepto-...nuti. Atqui cum adhuc eſſent pueri, frequentibus diſſidiis ...ſe concertarunt: quæ controuerſia à primis annis vſq; ad ex...am ſenectutem inter illos perſeuerauit. *Ælian. de var. hiſt. l. 23.*
...ſali æterni Phocenſium hoſtes, quos vt ſacro bello grauiſſi...vinxerunt: ita ab iiſdem multo ante magnis affecti ſunt ſæpe ...ibus, *Pauſanias in Phocicis.*

...Exercuit idem malum rem Thebanam aliquandiu, Pelopida ...Rempubl. illinc Epaminonda, ab initio trahentibus. Tulit eos ...diſſentientes, quæ mox Rempub. concordi animo admini...ferre non potuit, *Sab. l. 7. c. 3.*

...*Periclis & Cimonis* æmulatio Atticæ profuit ciuitati: hinc ...populi fœdæ ille tempeſtates, Pericli viro ſummo, medio ...ardore alienis ſtimulis concitæ: vt vel quæ vtiliter fierent, eſ...ipſi Duci inuidæ, *Sabel. l. 2. c. 3.*

¶ FABVLA.

Inimici.

In eadem naui vehebantur duo, qui inter ſe capitalia odia exer...bant. Atq; vnus quidem in prora, alter vero in pupi conſederat. ...tempeſtate ingente, cum omnes de vita deſperarent, interro...us, qui in puppi ſedebat, gubernatorem, quam partem nauis ...um ſubmerſum iri, putaret? Cui gubernator, proram inquit. ...ille: iam non magis, inquit, mors mihi grauis futura eſt, ſi...dem ſum interitum aſpecturus inimici mei.

Significat fabula, multos non moueri ſuis malis, ſi iiſdem ini...os, & eas, quos odere, prius circumueniri videant. Itaq; Achil... Homericus non recuſat mori, ſi prius Hectorem interfecerit, ...ſciret poſt huius cædem ſibi quoque inſtare ac prope eſſe ex...um.

Canis & Gallus Gallinaceus.

Canis & Gallus ſocietate inita vna iter faciebant. Noctu in agro ...prehenſi, cum tenebræ viam obſcurarent, ſic acquieſcendum ita...ere, vt gallus in arboris ramis inſideret, inferius autem in cauum ...rum irreperet canis. Cantante autem ſuo more gallo, excitata ...pecula accurrit, atque illum hortatur, vt deſcendat, cupere eum ...complecti auem tam grata & ſuaui voce præditam. Cui reſpon...gallus ianitorem, qui fores pandat, prius ſuſcitandum eſſe, ...m, ipſe deſcendere poſſit. Stulta vulpecula non prouiſa fraude ...arborem accedit proprius, & ianitorem quanto poteſt altiſſimo ...cet, ergo canis experrectus, ſubito in vulpeculam inſilit, ...correptam dilaniat.

Docet fabula, vim & iniurias inimicorum, quibus ipſi pares eſſe ...valeamus, ad alios potentiores calliditate conſilii auertendas ...e.

Piſcator.

In fluuio quidam retibus expoſitis captabat piſces, tum ad fu...m lapide alligato aquas feriens, & limum turbans, quod pellu...da erat, illis adimebat, vt temere fugientes piſces retibus im...rentur. Hoc alius, qui propter eum fluuium habitabat, fieri, ...puras aquas inquinari, moleſte ferebat. Tum piſcator: Niſi, in, ...quæ commotæ turbidæ reddantur, mihi fame pereundum ...

Fabula oſtendit, principes ſæpe ciuitatum, ſuis commodis ſtu...es excitare ſeditiones conſueuiſſe. Et turbulentos homines, ...in pace nihil bonæ ſpei inueniant, ad commouendos ſtatus & ...tranquillitatem publicam incumbere. Quo nomine & Cleon apud ...ſtophanem reprehenditur, hoc modo:

*Namque id quod iis, anguillas qui captant, vſu tibi venit,*
*Si vnda ſi ſtabilis fiet, nil quicquam capere poſſint:*
*...ſum ſuſque deque concitauerint lutum in palude*
*Captura preſto eſt, vt lucrum tibi mota ciuitate.*

Alcedo.

Alcedo auis eſt amans ſolitudinis, & in alto degit, ac ferunt, inſi...s hominum vitantem in rupibus marinis nidificare, & axclude...pullos. Hæc quodam tempore oua paritura, nidum affixit ſco...lo, & fœtum in eo reliquit, ac euolauit ad paſtum. interea vento ...motum mare, & procellis elatum, fluctibus nidum obruit, at...que oua diſſipauit. Reuerſa mater, & cognito damno ſuo: Infeli...em me, inquit, quæ terram vt inſidioſam fugiens contuli me in ...mare multo infeſtius mihi atque nocentius.

Hæc fabula docet, quod nonnulli mortales metuentes ab inimi...is, incurrunt ſæpe concurſum amicorum opinione ſua, à quibus ...maioribus detrimentis afficiantur, quam quæ dari ab inimicis po...ſſent.

*Vide, Hoſtis.*

# Iniquitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INiquitas Græce, ἀνομία, ας, ἡ, & ἄνομος, ου, ὁ, ἡ, iniquus dicitur. Eſt ...autem iniquitas proprie in proximum, peccatum autem in ſe- ipſum Improprie vero ſunt idem, *ex Thom. 1. Secundæ q. 33. art. 1.*

¶ LOCI BIBLICI.

Inquitas pro ipſa pœna, vel punitione pro iniquitate inflicta, *Gen.* 9.15. Sic accipiunt nonnulli, & *Gen.* 3.43 1. *Sam.* 28.10. *Pſalm.* 32 5. & 69.28. Iniquitas abundauit, 4. *Eſd.* 5.2. & 14.16. *Matth.* 24.12. 1. *Ioan.* 5.16. Iniquitas omnis peccatum, *v.* 17. Iniquitas in Deo nulla, *Pſalm.* 91.26. *Rom.* 3. 5. & 9 14. Iniquitas impiorum: Iniquitatem ſuam portabit quiſque, *Deut.* 24.16. 2. *Reg.* 4. 6. *Paral.* 25.25.4. *Ezech.* 18. 20.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Iniquæ ne nobis res ſint, æquo ſunt animo ferendæ. *Fic. in Plat. Menexeno.*

Iniquitas eſt habitus, qui leges deſpicit. *Speuſippus in Plat. definitionibus.*

Iniquitas nulla maior, quam amicum fallere. *Ioan. Pic. Mir. in epiſtol.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi* Meretrix ad tempus tuum guttur impinguat, poſtea vero amarius felle inuenies, & acutum magis ferro bipennis: Sic iniquitas eſt, *Homil.* 74. *Matth.*

Sicut fumos oculis: Sic iniquitas vtentibus ea, Recte iniquitas fumo comparatur, quæ velut quadam ſeculari caligine, aciem mentis obducit, *Lib.* 2. *de Cain & Abel.*

*Vide, Impietas, Malum, Malitia.*

# Iniuria.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INiuria, Græce ἀδικία, ας, ἡ, & ἀδικέω, iniurior dicitur. Eſt enim iniuria, omne quod non fit iure, *vt habetur* 14. *quæſt.* 4. *cap. Quid dicam.*

Iniuriam facere, eſt ſimpliciter aliquem nolentem lædere, & ſcientiam, quem, & quo, & quomodo præter illius voluntatem *ſecun. Ariſt. lib.* 5 *Ethic.*

Iniuriam pati eſt, cum à volentibus iniuſta inferuntur. *ſecund. Ariſt lib.* 1. *Rhetor.*

Iniuriari eſt ſponte præter leges officere. *Vt ibid.*

Iniuria venit à iure, eo quod non fiat iure.

Iniuria proprie, *vt Vlpianus ſentit*, eſt iniquitatis atque iniuſtitia. Nam cum quis inique vel iniuſte ſententiam dixit, iniuriam dixiſſe manifeſtum eſt, quaſi non iuriam.

Iniuria etiam aduerbialiter ponitur, hoc eſt, ſine cauſa & immerito, quemadmodum iure, pro merito accipi ſolet. *Cicer. Neque iniuria factum eſt: hoc eſt, non ſine cauſa, non immerito.* Quandoque pro contumelia ponitur, *Plin. Tot. ab eo iniuriis affectus ſum, tot conuitiis laceſſitus.* Quandoque pro damno ponitur. *Pacu. Patior facile iniuriam, ſi eſt vacua contumelia.* Hinc iniurior & iniurius, qui alicui iniuriam facit. Et iniurioſus, contumelioſus.

Iniuriam Hebræi nominibus variis deſignant, 1. eſt *Auen*, moleſtia, iniquitas, iniuria ſeu iniuria dolorem afferens, à verbo *On*, moleſtia, ſeu iniuria & dolore affectus eſt, *Iob.* 11. 14. Si eſt iniquitas vel iniuria in manu tua, remoue eam, nec habitare ſinas in tabernaculis tuis iniuſtitiam. Iniuria, iniquitas, iniuſtita, idem inferunt, atq; in ius & æquum peccant. 2. Arabes iniuriam *Dhol* appellant. *Eſa.* 32. Beatus in cuius ſpiritu non eſt dolus, qui eſt ſincerus, ἄδολος, qui iniuriam in proximum non molitur. 3. Chaldæis, & Syris iniuria dicitur *Chathuph*, ad Hebr. verbo *Chataph*, Rapuit celeriter, corripuit vi quadam. 4. *Chamah* violentia, iniuria, iniuſtitia, rapina, â verbo *Chamah*, violenter ſurripuit, iniuriam intulit, iniurioſe tractauit. 5. *hivvel*, verbum, ſignificat iniuſte egit, iniurioſe fecit, perdidit iniuria. Inde nomen *heuel*, iniuria, iniuſtitia: & *havvel*, iniurius, vanus.

Iniuria eſt, vel vi, vel deſertione, vel fraude, alterius corpus, vel bona lædere, ſine iuſta cauſa. Fit aliquoties dolo malo, cum videlicet quis ſciens volens, re deliberata, proximi famæ, vitæ, facultatibus nocet.

¶ LOCI BIBLICI.

Iniuria nemini facienda, *Leuit.* 19. *v.* 13. & 25.17. *Pſalm.* 5.3. *Matth.* 7.12. 1. *Theſſ.* 4.12. Iniuria propria non vlciſcenda, *Deut.* 32. 35. *Eccleſ.* 28.1. *Matth.* 5.30 *Rom* 12. 19. *Hebr.* 10,30. Iniurias acceptas obliuiſci iubemur, *Leuit.* 19.18. Iniuria diſſimulanda, *Prou.* 12. 16.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. *Matth.* 6.

Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſeri-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tishominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtrá. *ide.6.*

Accedens Petrus ad Ieſum, dixit: Dominus, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vſq; ſepties? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuageſies ſepties. *idem.18.*

Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur & vobis. *Luc.6.*

## ❡ Patrvm Sententiae.

Qui iuſtus eſt, & iniuſte maledicitur, præmium illi creditur, *Auguſt. ſup. Pſalm.102. & hab.11.q.3. Qui iuſtus.*

Forte aliquis cogitat, & dicit: Multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi non habeo peccatum, ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero, vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero. Sed huiuſmodi cogitatio ei Diaboli calliditate ſuggeritur: nam, ſi totum tribuat parperibus, quod abſtulerat: addit potius peccatum, quam minuat. *Idem in Homil. & hab.14. & 5. Forte aliquis.*

Immolans ex iniquo, oblatio eſt maculata. Dona iniquorum non probat Altiſſimus: nec reſpicit in oblationibus iniquorum: nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium vita pauperis eſt. Qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit, neceſſario fratres ſunt. *Idem, & hab. ibid. Immolans.*

Nos in Dei iniuria benigni ſumus, & in noſtris contumeliis exercemus odia. *Hieronym. lib.3. ſup. Matth.5. Si peccauerit in te frater tuus.*

O formidoloſa ſententia! ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur. *Idem ſup. illud: Si non remiſeritis de cordibus veſtris.*

Denique ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quam grauari alterum. Ideoq; in cauſis pecuniariis interuenire non ſacerdotale, in quibus non poteſt fieri, quin alter lædatur frequenter, qui vincitur: quoniam interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe velle omnibus. *Ambroſ. lib. de Offic. & hab.14. q.5. Denique.*

Qui non repellit à ſocio, ſi poteſt, iniuriam, tam eſt in vitio, quam ille, qui infert. *ibid.*

Nil te cogitare de cœleſtibus oſtendis, ſed terrenam te habere conuerſationem ſignificas, dum pro vindicta propriæ iniuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuexiſti. *Gregor. Inuarior Epiſcopo, & habetur. 23. quæſt. 4. Inter querelas.*

Glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere quam reſpondendo ſuperare: & ſi ſeruus conuitium dicat, iuſtus taceat: ſi infirmus iniuriam faciat, iuſtus ſufferat: ſi pauper criminetur, iuſtus non reſpondeat, *idem in Moral.*

Patienter illatam iniuriam tolerat qui pie meminit, quod fortaſſe adhuc ex ſe habeat, in ſe habeat, in quo ipſe debeat tolerari: & quaſi aqua ignis extinguitur, quum ſurgente furore animi ſua cuique ad mentem culpa reuocatur. *idem. ibid.*

Parua verba multoties homicidium perpetrauerunt, & ciuitates integras euerterunt. Nunquam paruum exiſtimes fratrem ſtultum vocare, auferens ei prudentiam & intellectum, quo homines ſumus, & ab irrationalibus diſtamus. *Ioan. Chryſ. ſup. illud Matth.5. Qui dixerit fratri ſuo, Fatue.*

Quicquid à quolibet hominum paſſi fuerimus iniuſte, aut remiſſionem accipiemus omnium peccatorum, aut ſi tanta in nobis delicta non fuerint, clarioribus honorabimus coronis. *idem ſuper Matth.*

Si vindicare vis, ſile, & funeſtam inimico dediſti plagam. *idem ſuper Matth.*

Diſcamus exemplo Chriſti noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autem iniurias nec vſque ad auditum ſufferre: nam ſi in iuriis propriis patientiam tenere laudabile eſt, iniurias autem Dei ſuſtinere nimis impium eſt. *idem.*

Iniuria eſt verbo vel facto cum aliquo iniuſte agere, exprobrare eſt in faciem maledicere. *Iſidor.*

Grauiſſimum genus iniuriæ eſt, vſq; ad pedem contumeliæ peruenire. *Caßiod. ſup. illud Pſalm. Conculcauerunt.*

Neſcio, quis noſtrum poſſit implere, vt laceretur opprobriis fama noſtra, & exultemur in Domino. Eleganter enim in quodam volumine legimus, quod ſi non quæras gloriam, tamen dolebis, cum inglorius fueris. *Rabanus ſuper illud Matth.5. Gaudete & exultate.*

Vltra felicitatem conſtat eſſe victoriæ, inimicum ſaluum feciſſe, nec iniuriam vindicaſſe. *Valerius Epiſcop.*

## ❡ Sententiae Poeticae.

Philemon in Ecdicazomeno.

Ἥδιον οὐδέν ἐστι μουσικώτερον
Ἔστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.

Ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.
*Nihil eſt iucundius, & docto viro dignius*
*Quam ferre poſſe conuitiantem:*
*Quoniam ſi ille, cui conuitium ſit,*
*Diſsimulauerit, in ipſum authorem redundat*

Iuuenal. Satyr.3.

*Curandum in primis, ne magna iniuria fiat*
*Fortibus & miſeris: tollas licet omne, quod vſquam eſt*
*Auri atque argenti, ſcutum gladiumque relinques,*
*Et iacula & galeam ſpoliatis arma ſupereſunt.*
*Quod modo propoſui, non eſt ſententia, verum eſt.*
*Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.*

Iuuenalis Satyr.3.

*Vindicta.*

*Nemo magis gaudet, quam fœmina.*

Ouid. in Epiſt. Helenæ ad Paridem.

*Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis.*

Propter lib.3. Eleg.

*Non certa fides, quam non iniuria verſat.*

Ouid. lib.3. de arte amandi.

*Qualibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes.*

Teren. in Hecyra.

*Offerre iniuriam alicui immerenti, ...*
*Iniuriæ impunitas periculoſa.*

Sophocles in Oedipo tyranno.

Ὕβρις φυτεύει τύραννον, ὕβρις, εἰ
Πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν.
*iniuria & contumelia creat tyrannum, ...*
*Multis temere malis ſatiata fuerit.*

Solon Sapiens.

Οὐ γὰρ δὴ θνητοῖς ὕβριος ἔργα πέλει,
Ἀλλὰ Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος, ἐξαπίνης δὲ,
Ὥστ' ἄνεμος νεφέλας, αἶψα διασκίδνα.
*Non enim diu mortalibus iniuriæ opera permanent*
*Sed Iupiter finem inſpicit omnium, atque repente*
*Vt ventus nubes, illico diſſicit.*

Antholog. Sacr. Iacob Bill.

Maximæ laudis eſſe, acceptas iniurias
lato animo ferre.

*Qui læſus ruit in furias atque æſtuat ira,*
*Vindictaque grauis quem ferus vrget amor,*
*Paruulus eſt, paruos animos namque ...*
*Ira quæ comitem ſe dare læta ſolet.*
*At qui vindictæ ſtudium premit omne, ...*
*Magnus hic, & magnum dignus habere ...*
*Qui vero læſus gaudet, lucroque dolores*
*Deputat, huic tribui laus ſatis ampla ...*

Ex Græcis Comicis.

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία,
Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.
*Exiſtimandus ille præſtantiſsimus,*
*Iniurias qui ferre nouit plurimas.*
Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.
*Nil graue accidit niſi tibi vendicas,*
Δύσμοιρος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακήγορος.
*Sic calamitoſus, eſſe maledicus caue,*
Ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸ δὲ νοῦν λόγος.
*Vt corpus enſis, verba mentem ſauciant.*

## ❡ Sententiae Philosophorum.

In omni iniuria permultum intereſt, vtrum per... qua animi, quæ plerunque breuis eſt, & ad tempus, ... cogitato fiat iniuria: leuiora enim ſunt ea, quæ repentino motu accidunt, quam ea, quæ præmeditata & præparata ... tur. *M.T.Cic. lib.3. Offic.*

Qui non defendit, nec obſiſtit iniuriæ, ſi poteſt, ... tio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat. ... *Offic.*

Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens ... da, ſed fugienda iniuria ſemper eſt. *Idem de Offic.*

Cum autem duobus modis, id eſt, aut vi aut fraude fiat ... fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrumque ... lieniſſimum eſt. Sed fraus odio digna maiore: Totius ... ſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui cum ... id agunt, vti boni viri videantur. *Idem de Offic.*

Nulli mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur: ... æquo habuere. *Salluſt. in Catilin.*

In omni certamine qui opulentior eſt, etiamſi accipit ... tamen quia plus poteſt, facere videtur. *Idem in Iugurth.*

Specioſius aliquanto iniuriæ beneficiis vincuntur, ... odii pertinacia penſantur. *Valer. Max. lib.4.*

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. *Aul. Gell. ... Atticar. lib.18.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Iniuriam pati melius eſt, quam aletri nocere. *Ariſt. l.1. Ethic.*

Sapientem perfectum eſſe non poſſe, dicit Plato, niſi cæteris ingenio præſtet & artibus, & potentiæ partibus imbutus ſit. Deniq; ſapiens nec in ſecundis rebus effertur, nec contrahitur in aduerſis, cum ſe ornamentis ſuis ita inſtructum ſciat, vt ab his nulla vi ſegregetur, hunc talem non ſolum inferre, ſed nec quidem referre, oportet iniuriam. *Ariſt. lib.1. Ethic.*

Iniuria iniuſte irrogata, eius eſt infamia, qui facit, vtrumque ab homine alieniſſimum eſt. Sed fraus odio digna maiore, totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni videantur. *Laert. Diog. de vita & moribus Philoſophorum.*

Ita habet aliquam voluptatem, & dulce eſt dolorum reddere? Minime. Non enim vt in beneficiis honeſtum eſt, merita meritis repenſare, ita iniurias iniuriis: illinc vinci turpe eſt, hic vincere inhumanum verbum eſt, & quidem pro iuſto receptum, vltio & talio non multum differunt, niſi ordine: qui dolorem regerit, tantum excuſatius peccat, *Senec. c.33. de Ira.*

Sæpius autem ſatius fuit diſſimulare, quam vlciſci. Potentiorum iniuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ ſunt, verum etiam facient iterum, ſi ſe feciſſe crediderint, hoc habent peſſimum animi magna fortuna inſolentes, quos læſerunt & oderunt: nouiſſima vox eſt eius, qui in cultu regum conſenuerat: Cum illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſequutus eſſet ſenectutem? Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipſis. Sæpe adeo iniuriam vindicare non expedit, vt ne fari quidem expediat. *De diſſimulanda iniuria, eodem capit.*

*Seneca lib. 2. cap. 5.* in ſapientem non cadere ait iniuriam: iniuria ad ſapientem non peruenit: nam ſi iniuria alicuius mali patientia eſt, ſapiens autem nullius mali non eſt patiens, nulla ad ſapientem iniuria pertinet.

Sapiens autem nihil poteſt perdere, omnia in ſe repoſuit, nihil fortunæ credit, bona ſua in ſolidum habet, contentus virtute, quæ fortuitis non indiget: ideoque nec augeri, nec minui poteſt, nam in ſummum producta, incrementi non habet locum. *Idem.*

Quod ſi iniuria nihil lædere poteſt, ex iis, quæ propria ſapientis ſunt, quia virtute ſui ſalua ſunt: Inuidia ſapienti fieri non poteſt. *Idem.*

Non eſt fortior nequitia virtute: Non poteſt ergo lædi ſapiens. Iniuria in bonos non tentatur, niſi à malis. Bonis inter ſe pax eſt: mali, tam bonis pernitioſi, quam mali inter ſe. Quod ſi lædi niſi infirmior non poteſt, nec iniuria bonis, niſi à diſpari, verenda eſt: iniuria in ſapientem virum non cadit. Illud enim iam non es admonendus, neminem bonum eſſe, niſi ſapientem. Sed iniuſte inquit, Socrates damnatus eſt, iniuriam accepit. Hoc loco nos intelligere oportet, poſſe euenire, vt faciat aliquis mihi iniuriam, & ego non accipiam, tanquam ſi quis rem, cum in villa mea ſurripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit: ſi quis cum vxore tanquam aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam remixtum cibo perdidit: venenum illud dando, ſceleri ſe obligauit, etiamſi non nocuit. Non minus latro eſt, cuius telum oppoſita veſte eluſum eſt. Omnia ſcelera & ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt: quædam eius conditionis ſunt, & hac vice copulantur, vt alterum ſine altero eſſe non poſſit. Quod dico, conabor manifeſtum facere. Poſſum pedes mouere, vt non curram, currere non poſſum, vt non moueam pedem. Poſſum, quamuis in aqua ſim, non natare: Si nato, non poſſum non in aqua eſſe. Ex hac ſorte & hoc eſt factum eſſe: ſi eſt facta, non eſt neceſſe accepiſſe iniuriam. *Lib. ſecundo, capit. 7. ex eod. Seneca.*

Author iniuriæ ignorat ſeipſum lædi pro aliis, quibus nocere ſtudet: intelligat, quod duplex eſt iniuſtitia: à qua primum ipſemet læditur, deinde illa pars, quæ iniuria afficitur. Quod ſi non tot paſſionibus, etſi fieri poſſet, nullis malis obrueretur anima, haud animum in iudicando hallucinaretur. Quare optandum eſt, ne propter ſtupiditatem eos, qui iniuriam patiuntur, magis quam ipſos authores lædi exiſtimet. Vna ſane pars eſt noſtri, quæ ſemper ab omnibus ſic affectis iniuriam accipit: nempe ipſa anima. Id autem, quod iniuriam facit, inſidiaſque molitur, eſt malitia, quæ ab authore incipiens, in illum, qui afficitur, redundat. Sed ipſum authorem iniuriæ illatæ, aut inferre cogitandem, plurimum lædit: minus vero eum, qui iniuriam accipit: ab authore enim principium motus & excitatio. Intus vero concitata ſemel iniuria, parturientem primum incendit, ac antequam pepererit, inflammat prurigine, tranſienſque lædit, & veneno ſuo pertinaci tinctura imbuit. Quemadmodum enim ignis non poteſt præterita ſine damno materia, in qua primum conceptus eſt, priuſquam prorſus ipſam conſumat, ad aliorum noxam conuerti. Neque murena prius aquatiles angues in alienam perniciem parere poteſt, quam proprium matris ventrem, in quo concepti fuerunt, eroſerint: vt Nicander Colophonicus, & Archelaus Phyſicus teſtantur. Ita quiuis iniuſtus malitiam ſuam primus experitur, antequam in alios emittat. Vnde ſtulti communem ſibi bilem excitantes, ex iracundia mutua prius obiere, quam hoſtes ſuos vlti ſunt. Hæc ignorantes plurimi imbecillioribus iniurias imprudenter intulerunt, nihil opinantes incommodi in ſeipſos redundare. Proinde ſi hoc concedatur, non minus iniuriam inferre, quam pati cauendum eſt. *Hierax in opere de iuſtitia.*

Actione iniuriarum neque contra alium ſe acturum aiebat, neque id vlli philoſophiæ vacantium conſulturum. Siquidem quæ multi iniurias interpretantur, eorum nihil iniuriam eſſe, neque contumeliam in affectos eis: vt maledici, conſpui, verberari, quod poſtremum indigniſſimum videtur. Quod vero nihil graue aut iniurioſum contineat, argumento ſunt Lacedæmoniorum pueri, qui publice flagellis cæduntur, & id ipſum gaudent. Philoſophi autem, ſi verbera aut contumelias contemnere nequeant; quiſnam vſus erit, qui & mortem palam ſpernere deberent? Opus eſt per Iouem, reipſa ſe talem præſtare, non irridentem iniuriari, iudicatum verberibus, aut verbis contumeliæ plenis, alioue modo vlciſci velle. Demoſthenes etiam oculis quoſdam iniurios eſſe putabat, eamque rem intolerabilem eſſe, & homines inde plurimum affici. Ita qui, quid honeſtum, quid reuera turpe ſit, ignorant, iniuriam ſe pati cenſent ſi quis aut toruum ipſos intueatur, aut irrideat, aut percutiat, aut conuitia iactet. At vir ſapiens & cordatus, qualis Philoſophus eſſe debet, nullo horum perturbatur, non tam ipſa pati, quam inferre, turpe ducens. Nam qui peccat, is turpitudini obnoxius eſt: qui vero patitur, quatenus ipſe peccatum non admittit, eatenus neque turpis alicuius indignitatis particeps dicendus eſt. Quapropter non ad forum & actiones vllus mente præditus conuertetur, vtpote qui nullam ſibi videatur iniuriam accepiſſe. Puſillanimitas enim eſt, has ob res indignari, & commoueri intenſius: ſed leniter & tranquille tolerabit quidquid acciderit. Hoc decorum eius eſt, qui ſe magnanimum profitetur. *Muſonius apud Stob.*

Mitia & humana ingenia non efferata nec dura ſunt in eos, qui peccarunt, vt quæ melius ſperent: Quanto ſatius igitur fuerit, ita ſeſe præſtantem videri Philoſophum, vt venia dignetur eos, qui aliquid aduerſum ipſum admiſerunt? quam cauſas agendo, & accuſando, ita quidem ſe vlciſci putare, re autem ipſa præter omne decorum, ſibi verbiſque ſuis pugnare, id quod facit, qui docet bonum virum ab improbo haud quaquam poſſe iniuria affici: Ipſe interim malos accuſat, tanquam iniuriarum ſibi authores, cum ipſe bonus haberi velit. *ibid.*

Honorandus certe eſt, qui nihil iniuriatur, qui vero nec alios id facere patitur, duplici honore, imo etiam magis eſt honorandus. Ille enim vni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus cæterorum iniuriam nuntiet. Qui autem vna etiam cum magiſtratibus iniuriam quo ad poteſt, vlciſcitur, is magnus perfectuſque in ciuitate vir præconio prædicetur. *Plato, 5. lib legum.*

Graue eſt iniuriam pati: mentiris. Quis enim iniuriam non poſſet ferre qui poteſt iram? Adiice nunc, quod id agis, vt iram feras & iniuriam, quare fers ægri rabiem, & phrenetici verba? puerorum proteruas manus? Nempe quia videntur neſcire, quid faciunt, quid intereſt, quo quiſque vitio fiat imprudens? Imprudentia par in omnibus patrocinium eſt. Quid ergo, inquit, impune illi erit? puta te velle, tamen non erit. Maxima eſt enim factæ iniuriæ pœna, feciſſe: nec quiſquam grauius afficitur, quam qui ad ſupplicium pœnitentiæ traditur. *Senec. l.3. c.26. de ira.*

Virorum prudentium eſt, ſi non laceſſantur iniuria, quieſcere: Bonorum autem, ſi iniuria afficiantur, pacem bello mutare: ac ſi bene ceſſerit, iterum pro bello pacem inire: & neque belli ſucceſſu efferri, neque pacis tranquillitate captos, iniuriam pati eos decet. Nam tum ille, qui voluptatis cauſa cunctatur, illico priuari poteſt oblectatione tranquillitatis, cuius gratia ſegnis eſt, ſi quieuerit: tum qui in bello proſperitate abundat, non cogitat, ſe incerta temeritate efferri. Multa enim male conſultata, eo quod hoſtes inconſultiores fuerint, feliciter euenerunt: & plura, quæ recte inſtituta videbantur, turpiter in contrarium euentum relapſa ſunt. Nullus enim eadem factis præſtat, quæ inter deliberandum ſibi promittit: Nam conſultamus ſecuri, in opere autem cum timore deficimus. *Thucyd. l.1. concion. Corinth. 3.*

Differt ab eo, quod iniuſtum eſt, iniuria, & recte facta ab eo, quod iuſtum eſt. Quod enim iniuſtum eſt, omne eſt vel natura, vel inſtituto: quod ipſum, poſteaquam factum eſt, iniuria dicitur: priuſquam geſtum ſit, nondum iniuria eſt, ſed iniuſtum, quod cum factum eſt, iam iniuria nominatur. *Ethicorum lib. 5. c. 7. Ariſtot.*

Tum quiſque facit iniuriam, æquumque facit, cum voluntate ſua facit: cum inuitus, nec iniuriam cuiquam infert, nec æquum facit, niſi fortuito, quod ea gerat, quibus vt iuſta ſint & iniuſta, accidat. Atqui voluntaria iniuria, & recte facta definita ſunt, Cum enim à voluntate proficiſcitur, tum & in vitio eſt, & ſimul iniuria eſt. Ergo aliquid iniuſtum eſt, quod non item iniuria eſt: niſi voluntas acceſſerit. *Ethic. lib. 5. c. 8. Ariſt.*

Quibus inter eos iniuriæ faciendæ communis ratio eſt: non etiam inter eos omnes communio iniuſtitiæ. *Ethic. Ariſt. l.5. c.6.*

Iniuria, quod minus eſt, accipere iniuriam: quod autem maius facere dicitur. *Ethic. l.5. c.5.*

Qui non animi iudicio vel ratione, verum animi perturbatione ducatur ad contrectandam mulierem, ſciens quam contrectet: fa-

ciat ille quidem iniuriam, ſed tamen nondum ſit iniuſtus: quemadmodum nec fur, qui furatus eſt: adulter, qui adulteratus, itemque in cæteris. *Ethic.5.l.6.*

Vt quiſq; contra leges nocet cuipiam, non laceſſitus, ita ſponte inferre iniuriam dicitur. Sed ita demum ſponte ac voluntate ſua quiſq; facere intelligitur, ſi ſciat, & cui iniuriam faciat, & quo modo. Qui autem ira incitatus ſeipſum interimit, is ſponte contra leges facit, quod leges non ſinunt. Infert igitur iniuriam. Sed cui tandem? an Reipublicæ, non ſibi? quandoquidem ſua voluntate fert mortem: nec quiſquam ſponte iniuriam accipiat. *ibid.*

Illud apparet, vtrumq; facere & accipere iniuriam, eſſe in malis: quoniam hoc eſt minus, illud plus obtinere, quam quod medio continetur: ſicut malum eſt in medicina, quod à ſalubri diſcedit: in gymnaſtica, quod à bona corporis habitudine eſt alienum: ſed tamen grauius eſt facere iniuriam. Violare enim alterum, cum ſcelere coniunctum eſt, & vitio dandum, ac cum ſcelere vel ſummo, vel ei proximo. *Lib.5.Ethic.c.11.*

Dicito iniuriam inferre, malorum eſſe hominum proprium: imprudenter vero delinquere, & circa rem gerendam aduerſam fortunam pati, non eſſe ſibi priuatim modo: ſed commune, & ipſorum iudicum, & aliorum quorumque hominum. *Lib. 1.Ethic.ad Alexand.c.5.*

Omnes homines, quibus vſitatiſſimæ iniurię ſunt, ab eis cauent, veluti etiam à moribus, qui ſolent inuadere. Quo autem nondum aliquis laborauit, ab eo nemo cauet. *Lib. 1.Rhetori. ad Theodect. capite* 12.

Neque in quo ineſt, quod iniuſtum eſt, is iniuriam facit: ſed is, qui efficit ſua voluntate. Hoc autem in eo eſt, vnde ſumit initium actio. Quod in eo eſt, quod diuidit: non in eo, quod accipit *Lib. 5. Ethic.c.9.*

Nec vero qui ſua dedit, iniuriam accipit: quandoquidem vt det, in ipſius ſitum eſt poteſtate. At non eſt, in cuiuſquam ſitum poteſtate, vt iniuriam accipiat, ſed alter ſit oportet, qui inferat. Illud ergo iam apparet de accipienda iniuria, eam non eſſe voluntate. *ibidem.*

DEVS iniuria vexatis opitulari creditur. *Lib.2.Rhet.c.5.*

Iniuria maior eſt, quæ à maiore proficiſcitur iniquitate. Quocirca quæ minima ſuat crimina, maxima interdum videntur. *lib.1. Rhet.ad Theod.c.*14.

Qui iniuriam accepit, remiſſius iram exercet quam ille qui fecit. In vlciſcendo enim, quum recentiſſima offenſa eſt, tum maxime per ſupplicium ſumimus. *Thucyd.l.2.*

Nihil priuata iniuria à publica differt, niſi multitudine & magnitudine eorum quæ contingunt. eſt enim ita comparatum, vt etiam malorum ſocietas, niſi æquitas atque iuſtitia ſeruata fuerit, facillime infringatur. *Polyb.l.4.*

Accendit animos & ſtimulat dolor, iniuria, indignitas, *Liu.Decad.lib.1.*

Vehemens eſt omnis homo, quum vel affectus eſt iniuria, vel affectum ſe eſſe putat. *Dion,l.44.*

In omni certamine qui opulentior eſt: etiam ſi accipit iniuriam, tamen, quia plus poteſt, facere videtur. *Salluſt.de bel.Iugurt.*

Quo plura bene atque ſtrenue quis fecerit: eo animus ſuus iniuriam minus tolerat. *idem ibid.*

Vt is qui prior laceſſit ipſe ſibi iniurius videtur: ita qui propulſat iniuriam confidentior ex conſcientia fit, atque ex iuſtitia ſpem bonam mutuatur. *Herodian. in Alex.*

Attrocitas rerum magis quam nominum officit. *Sex. Aurel.Vict Diocletian.*

Qui iniuriam facere volentibus vires tribuerit, in cauſa putandus eſt. *Procop.de bel.Perſ.l.2.*

Quicunque finitimis iniuriam inferunt, ſiue id ignorantia egerint, ſiue obliuione, merito debent in eos ſe clementiores præſtare, qui ab ſe ſunt mala perpeſſi, nam peccandi quæ inciderit fortuito cauſa, maximam delicti his adimit partem, & deprecatur. Si qui vero præmeditatus iniuriam infert, huic certe nihil reliquum fiet, quod eius facta excuſet: quippe quem non ſolum rei patratæ crimen, ſed voluntatis etiam culpam vt ferat, par erit. *Idem de bel. Goth.l.3.*

Sciunt victi iuſtum eſſe cedere victoribus, ac magis iraſcuntur homines, cum iniuria infertur, quam cum vi domantur. Nam cum æquales inferunt iniuriam, videntur homines ius repugnandi habere, violentiam vero potentiorem ferendam eſſe ſciunt, *Thucyd.l.1.*

Interdum inueteratæ ac continuæ iniuriæ potius quam nouæ & inſolitæ veniam conſequuntur. *Polyb.l.4.*

Diuerſo modo à pleriſque mortalium, iniuriæ atque beneficia accipiuntur: nam iniuriæ quidem vel inuiti memoriam retinent, memoriam autem beneficiorum vltro proiiciunt: hoc, quod ii videri nolunt, qui tanquam imbecilliores ab aliis ſunt adiuti: illud, quia nolunt ſuſpicionem timiditatis de ſe præbere, ſi quidem iniurias ſibi illatas non vlciſcantur. *Dion.l.46.*

Nemini mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur: eas grauius æquo habuere. *Salluſt.de.coniurat.Catil.*

Periniquum eſt propter priuatas ſimultates rempubl. in diſcrimen adducere, nec abutendum eſt occaſione ad explenda odia, ſed potius Reipubl. priuatæ iniuriæ domandæ … *de bell ciuili.*

Specioſius aliquanto iniuriæ beneficiis vincuntur … odii pertinacia penſantur. *Val.Max.l.4.c.2.*

Iniuriarum memoria procul dubio in eo qui … patitur, maior atque ad placandum difficilior. … *lib.cap.16.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Solon* interrogatus, qui fieri poſſet, vt quam m… rum exiſteret inter homines? Si inquit, qui iniuria … æque doleant atque hi, qui affecti ſunt. Quiſquis … ges, non vnum ciuem lædit, ſed totam Rempublicam … dem in ipſo eſt. At nunc dum aliis læſis, aut quieſci… mus etiam, impunitas improborum audaciam in … *Laert.l.1.c.3.*

*Socrates* frequenter dicere ſolebat, peius eſſe in… quam accipere. *Bruſ.l.3 c.4.ex Xen.*

*Ariſtot.* interrogatus, quid cito ſeneſceret, quid … ſpondit, Gratia & iniuria. Senſit philoſophus … riæ memoriam eſſe tenaciſſimam, beneficii vero … mam. *Laert.l.5.c.1.*

*Theopompus.* Cuidam ſciſcitanti, qua via quis … ri poſſet? Si (inquit) amicis tribuat iuſtam libertatem … interim vigilans, ne ſubditi afficiantur iniuria. *Plut. in* …

*Marcus Cato.* Iniuriam, etiamſi faciens nihil … niuerſis tamen periculoſam eſſe dicebat, ſentiens … riæ exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim … pune lædere, nullus erit tutus ab improborum … *apophthegm.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Tyrii Platonici.* Vt inter corporis morbos, qui … citer reſiſtunt ſanitati: ac propterea oportet firmum … nus adhibere, vt, quod ſupereſt tabi, ſaluum fiat: Ita … domum, vel ciuitatem lædere iniuria cœperit, … portet: ſiquidem ſalutis eius, quod adhuc intactum … rationem volueris habere. *Serm.1.*

*Vt qui fuliginoſum* complexus, non poteſt non … à complexu: Ita & eum, qui iniurio homini congred… eo pariter volutatur, in iniuria, neceſſe eſt flagitii … deque eiuſdem fuligine abire inquinatum. *ibid.*

*Seneca.* Quemadmodum domini crudeles tota … monſtrantur, inuiſique & deteſtabiles ſunt: Ita … & iniuria latius patet, atque odium ſeculis traditur. … *capite* 18.

*Vt tela* à duro reſiliunt, cum dolore cædentis … nulla magnum animum iniuria ad ſenſum ſui adduc… quod petit. *Lib.3.de ira c.5.*

*Vt intentam manum* deiicere aliquis caſus poteſt, … declinare: Ita iniurias qualeſcunque poteſt aliqua … in medio intercipere. *Lib.2 ad Senec.c.7.*

*Roterodami.* Quædam remedia triſtiora ſunt … tius ſit oppetere mortem, quam his aucupari ſalutem, … ſanguinem è vulnere recenti gladiatorũ morientium … que ſatius eſt ferre iniuriam, quam maiore incom… re pacem etiamſi parum commodam aut æquam: … cum immenſis malis ſuſcipere, *In ſimil.*

*Thriueri.* Qui initia ac ſemina morbi tolerat, … uem ſtatum expectat: & qui ab homine natura … iniuriam illatam diſſimulat, ſecundam inuitat. *In* …

*D.Chryſoſtomi.* Quemadmodum cum iniuſte qui… ſi magno animo patitur, iniuſte cruciari multis … cum iniuria vexatur, ſi non perfert, iure puniri … debitur, quaſi mancipium ab ira diſtractus, & animi … furori ſubiiciens. *Homil.88.in Matth.*

## ¶ EXEMPLA BIBLICA.

Iniuriæ illatæ & paſſæ exempla: Ioſeph à fratribus, … 15. duo Hæbrei, *Exod.2.v.11* Dauid ab Ammonitis, … *2.Sam.1*[illegible] *v.6.& 19.v.16.1.Paral 19 v.6.* Hebræus ab … *7 v.24.* à Corinthiis fratribus quibuſdam, *1.Corinth.* … *7.verſ.12.*

## ¶ PROFANA EXEMPLA.

*Ex Ethnicis Socrates* mortalium ſapientiſſimus, … percuſſus in publico, monitus ab vno aſſectatorum, … repercuteret: An, inquit, ſi aſinus mihi calcem impegiſſet, … calcitrarem.

*Nulli hominum prudentius* ſedatiuſque iniuriam … Romani, quorum proprium fuit fortia facere & … hominum minus moleſte tulit ignominiam ſibi publice … quam Fabius ille Maximus, qui vnus (vt Ennius … ctando reſtituit rem? Cæterum Minutius, qui …

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nox paulo cum ſuo exercitu ab ea ſeruatus patrem appellauit, & militum patronum.

*Quidam petulantioris* linguæ maledicta coniicere ſolebat in Philippum: hunc amici hortabantur, vt eiiceret in exilium. At ille negauit ſe hoc facturum: demirantibus quid ita? Ne, inquit, oberrans inter plures male de me loquatur. Quod maledicum non egit in crucem, vel clementiæ erat, quod ignouit, vel magnanimitatis, quod contempſit, quod noluit expellere, prudentiæ. Plus enim nocuiſſet. *Eraſm. l. 4. apoph. de Philippo Macedonum rege.*

*Smicythus Nicaronem* deferebat apud Regem, quod ſine fine de ipſo male loqueretur; cumq; ſuaderent amici, vt hominem accerſiri iuberet, deque eo ſupplicium ſumeret, Philippus ita reſpondit, Nicanor non eſt Macedonum peſſimus, videndum eſt igitur, necubi nos ceſſemus in officio. Vt igitur cognouit vehementer afflictũ inopia, & tamen à rege neglectum fuiſſe, iuſſit donum aliquod ad illum deferri. Hoc facto, cum rurſus Smicythus diceret regi. Nicanorem apud omnes ſine fine prædicare laudes ipſius: Videris igitur, inquit, in nobis eſſe ſitum, vt bene aut male audiamus. Immane, quantum abſunt ab huius principis ingenio, qui nunquam ſibi videntur ſatis laudari, cum nihil faciant laudandum: nec ſtudent beneficiis ſibi conciliare beneuolentiam hominum, ſed metui malunt, quam amari, cumq; ſæpenumero faciant deteſtanda, idque palam, tamen periit, quiſquis auſus eſt contra hiſcere.

*Fabius Maximus*, quoniam cum Hannibali confligere detrectaret, ſed mora copias illius, & pecuniarum & commeatus egentes attenuabat, ſequens illum per aſpera montoſaq; ac ſubinde obiter ſeſe opponens, à nonnullis per ludibrium dicebatur, Hannibalis pædagogus: hoc conuitio nihil commotus, pergebat ſuum inſtitutum ſequi, dicens, apud amicos. Qui dicteria conuitiaque metuat, cum ſibi videri timidiorem his, qui fugiunt hoſtes. Senſit turpius eſſe timiditatis vitium, quo leuius eſt periculum. Nihil autem vanius dictis, quæ qui formidat, quomodo ſuſtinebit impetum hoſtium? *Lib. 5.*

*Ita palam Socrates* erat animatus, qui publica conuitia ab Ariſtophane paſſus, non modo non ęgre tulit, ſed obuium etiam interrogauit, num ſe rurſus ad ſimilem rem aliam opus haberet. Quam facile putas inter paucos maledicta ſuſtinuiſſet ille, quem ne publice quidem infrequenti theatro iactata commouere potuerunt? Cæterum bonus ille Phocion, iniuria vxori ſuæ facta, tantum ab authoris accuſatione abfuit, vt cum ille ſponte metu perculſus Phocionem accederet, & veniam poſtularet, inquiens ignoraſſe, quod eius vxor fuiſſet, in quam iniurioſus fuerat, hoc ſermone ſit vſus: Mea quidem vxor nihil abs te affecta eſt, ſed fortaſſis alia quæpiam, proinde non eſt, cur excuſationem apud me dicas.

*Dionem Academicum* à conuiuio redeuntem, quidam maledicus inſectabatur nullas non blaſphemias eructans, tacebat Dion; Ingreſſo autem iam domum, conuitiator ille dicebat: nihil vero reſpondes? cui Dion, Ne gry quidem.

¶ HIEROGLYPHICA.

Iniuriam nomini inferendam eſſe docet. Hieroglyphicon Acanthidis auiculæ, de aſello vindictam ſumentis. Antipathian affigit Plinius *lib. 10. c. 74.* Inde diſticton.

*Paruula, quæ de aſino vindictam ſumit acanthis,*
*Vim magnam & paruis rebus ineſſe monet.*

¶ FABVLA.

Olitor & Canis.

Delapſum in puteum canem olitor ſeruare & retrahere cupiens, demiſit & eodem ſe ipſe. Canis veritus ne deſcendiſſet ſibi nocendi gratia, & vt ſuffocaret demerſum, dentibus illum petere, & morſu lacerare. Tum ſuacius olitur cum dolore: Iure mihi, inquit, hoc accidiſſe fateor. Cur enim authorem ipſum ſibi interitus ego ſeruare volui?

Hæc narratur fabula contra ſtultitiam & iniuſtitiam. Narratur & hæc fabula: agitaſſe quendam aſellum iuxta præcipitium quoddam, & aſellum ſemitam anguſtam atque lubricam, quantumque ille, qui agebat, conaretur retrahere, voluiſſe ingredi: Tum iratum hunc, tandem detruſiſſe aſinum in rupes, cum diceret, vt Horat ferme,

*Quis enim inuitum ſeruare laboret?*

# Iniuſtitia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INiuſtitia, Græce ἀδικία, ας, ἡ & ἄδικος, ου, iniuſtus dicitur. Eſt autem iniuſtitia, per quam aliena ſinguli contra leges retinent. *ſecund. Ariſt. lib. 1 Rhet.*

Iniuſtitia eſt duplex, ſcilicet illegalis, oppoſita iuſtitiæ legali, alia ſecundum inæqualitatem ad alterum. Prima eſt generalis intenſione, & ſpecialis obiectione aut obiecto. Secunda vero eſt ſpecialis vtroq; modo. *Ex B. Thom. ſecund. Secundæ q. 8. art. 5.*

Iniuſtitia contraria eſt iuſtitiæ, quam aliqui dicunt eſſe habitum animi communi vtilitate conſeruata, dignitatem ſuam cuique tribuentem.

Iniuſtitia, Hebr. *Auem*, ab *On*, verbo, quod inter alia ſignificat doluit, ægre tulit, vt ſolet iniuſte exceptus. *Reſchahh*, impietas, improbitas, à nonnullis etiam ἀδικία, iniuſtitia dicitur.

¶ LOCVS BIBLICVS.

Iniuſtitia pro falſa doctrina, 2. *Theſſ.* 2. 12.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Dominus auerſatur omnem iniuſtitiam. *Deut.* 25.

Si non permanſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis. *Iob.* 11.

Non permanebunt iniuſti ante oculos tuos. *Pſalm.* 5.

Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo. 35.

Iniuſti autem diſperibunt: ſimul reliquiæ impiorum interibunt. 36.

Vſquequo loquentur omnes, qui operantur iniuſtitiam. 93.

Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, facientes præuaricationes odiui. 100.

Propter iniuſtitias enim ſuas humilitati ſunt. 106.

Creatura tibi factori deſeruiens excandeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos, & leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. *Sapient.* 16.

Non tibi placeat iniuria iniuſtorum. *Eccl* 9.

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos. 10.

Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniuſtitia tua, 17.

Erubeſcite à ſocio & amico de iniuſtitia (& ideo vana opera eorum,) 41.

In corruptione ſua peribunt percipientes mercedem iniuſtitiæ. 2. *Pet.* 2.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Verinus.

*Nihil iniuſtitia miſeræ eſt infeſtius vrbi:*
*Funditus hæc muros vertit & ipſa domos.*

Euripid. in Heraclite.

Πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτό μοι δεδογμένον,
Ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ.
Ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμμ' ἔχων ἀνειμένον,
Φίλοις τ' ἄχρηστος, καὶ συναλλάξαι βαρύς.
*Equidem hanc ſententiam iam olim approbaui;*
*Quod vir iuſtus natus ſit in proximi commodum.*
*Contra, cuius animus inclinatus eſt in lucrum,*
*Et amicis inutilis eſt & difficilis in commerciis.*

Euripid. in Ixion.

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνήρ,
Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον οὐδὲ βούλεται,
Φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι, καὶ πάσῃ πόλει.
*Quiſquis ambitioſum & auarum ingenium habet,*
*Nihil ille iuſtum ſapit, neque cupit,*
*Difficiliſq; eſt amicis, & toti ciuitati.*

Euripides in In.

Βίᾳ νῦν ἕλκετ' ὦ κακοί, τιμὰς βροτοὶ
Καὶ κτᾶσθε πλοῦτον πάντοθεν θηρώμενοι,
Σύμμικτα μὴ δίκαια, καὶ δίκαια ὁμοῦ.
Ἔπειτ' ἀμᾶσθαι τῶνδε δύστηνον θέρος.
*Ite nunc ô mali homines parate vobis honorem per vim,*
*Et contrahite diuitias vndecunque venantes,*
*Per fas ſimul atque nefas:*
*Deinde meſſem ipſarum infelicem metite.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Iniuſti iniuriam faciunt, & ad res iniquas iniuſtaſque vltro depelluntur, *Ethic. l. 5. c. 1.*

Hoc intelligendum eſt, multis modis iniuſtum hominem vocari, videturque iniuſtus eſſe & is, qui leges violat: & is, qui ſemper maiorem ſibi partem aufert: & qui iniquus eſt, *ibid.*

Quoniam qui iniuſtus eſt, πλεονέκτης etiam ſemper, id eſt, qui meliorem ſemper ad ſe partem transfert, verſabitur in bonis, non omnibus equidem, ſed iis tantummodo, in quibus res aduerſæ, proſperæq; conſiſtunt. *ibid.*

Iniuſti non ſemper vt in duobus per ſe malis, maius, ſed etiam leuius eligunt. Sed quia minus malum etiam boni ſpeciem quodammodo, ipſaq; πλεονεξία in bonis verſatur, idcirco πλεονέκται omnino eſſe videntur; id eſt, omnia ſibi præcipua ſemper auferentes. Quin etiam iniqui ſunt, (hoc enim continet, lateque patet: continet enim quod iniquum eſt, & plus & minus) & legem violatores: quoniam hoc ipſum violare leges, ac iniquum eſſe iniuſtitiam omnem complectitur, fuſumque eſt per omnem iniuſtitiam. *ibidem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hoc alienum abſurdumq; ſit, eum qui facit iniuriam, nolle iniuſtum effici: & qui intemperate viuat: intemperantem. Atqui, ſi quis impudens gerit ea, ex quibus iniuſtus neceſſario fiet: profecto voluntate ſua efficitur iniuſtus. Nec tamen ſi velit quidem, cohibere ſe poſſit, aut iniuſtus eſſe deſinat, fiatq; iuſtus: quoniam ne ægrotus quidem, valens & incolumis, cum velit, etiamſi ita acciderit, vt ſponte à voluntate ſua ægrotaret: quia & libidinoſe viueret, nec medicis crederet. *Ethic.l.3.c.5.*

Iniuſtis ac libidinoſis initio ab his vitiis declinare licuit, propterea, quod in eorum erant poteſtate, & poſteaquam eiuſmodi extiterunt iam non licet. *ibid.*

Iniuſtitia in vtroq; extremo poſita eſt. *Ethic.l.5.c.5.*

Iniuſtitia in iniuria verſatur, quæ eadem emolumenti ac detrimenti amplificatio & imminutio eſt præter iuſtam proportionem. Itaque nimium & parum iniuſtitia eſt, propterea quod in exuperantia & defectione conſiſtat. Ac in ſua quidem cauſa ſi agatur. vtilitas modum egreditur, ſin detrimentum, deeſt moderationi. At ſi res aliorum agatur: in vniuerſum quidem ſimiliter facit. Quod vero attinet ad extrema, quæ ſunt ad proportionem, citra vllam rationem temere in vtrumque declinat: ita vt modo plus, modo minus tribuat. *ibid.*

In quo quiſq; iniuſte faciens, iniuſte modo habetur, non omnino improbus, in eo fieri non poteſt, vt de ſe quiſque male mereatur. Hoc enim aliud eſt, atque aliud. Eſt enim quodammodo iniuſtus vir ſic improbus, vt ignauus: non vt is, qui omni ſcelere ſit contaminatus. Quapropter hac iniuſtitia nemo ſibi faciat iniuriam, quoniam ſimul eidem, & adimeretur idem, & adderetur, quod fieri non poteſt: ſed inter plures iuris & iniuriæ neceſſe eſt ſemper eſſe communionem. Iam quiſq; alterum violat, cum & ſponte violat, & conſulto & prior. *Ethic.l.5.c.11.*

Iniuſtitia vniuerſæ iuſtitiæ oppoſita non pars vitii eſt, ſed vniuerſum vitium. *Ethic.l.5.c.1.*

Qui agit eorum aliquid, quæ cæterorum vitiorum ſunt propria, is facit quidem iniuriam: attamen non plus æquo ſibi auferre dicitur. Velut ſi quis abiiciat clypeum propter ignauiam: aut maledixerit per iram: aut pecuniis non iuuerit, propter iniuriam. Cum autem plus ſibi ſumit quis ſæpe ad nullum eiuſmodi vitium illud, nec ad diuerſa, ſed ad certum iam illud pertinet: vituperamus enim tanquam iniuſtitiam. Eſt igitur quidem aliud genus iniuſtitiæ, quæ vt pars ſubiecta eſt generali, itemque aliud quoddam iniuſtum ſubiectum iniuſto, quod eſt contra leges. *Ethic.l.5.c.3.*

Si quis quæſtum fecerit, ad nullum vitium refertur, niſi ad iniuſtitiam. Quare perſpicuum eſt eſſe præter generalem certam quandam iniuſtitiam, quæ illi ſubiecta ſit, eodem nomine appellata: quoniam in eodem genere poſita eſt definitio. In rebus enim alienis vtraq; vim ſuam obtinet: ſed hæc in honore, aut in pecuniis, aut in ſalute, aut ſi quo vno nomine hæc complecti omnia poſſumus: & in voluptate ea, quæ ex quæſtu percipitur. Illa in iis ſpectatur rebus, in quibus vir bonus, *Ethic.l.5.c.2.*

Inter quos iniuſtitia eſt, inter eos iniuriæ faciendæ communio eſt. Quibus autem inter eos iniuriæ faciendæ communis ratio eſt, non eſt etiam inter eos omnes communio iniuſtitiæ, quæ quidem tum eſt, cum ſibiipſis plus eorum, quæ bona ſunt, tribuit, & quæ mala ſunt, minus. *Ethic.l.5.c.6.*

Neceſſe eſt eum, qui iniuſte patitur, lædi, neque ſponte lædi. *Lib.1.Rhetor.c.13.*

Quod iniuſtum eſt, id contra proportionem eſt. Exiſtit ergo hic plus & minus: quod quidem etiam in actionibus accidit. Qui enim alterum violat, boni plus adipiſcitur: qui violatur, minus. *Ethic.l.5.c.3.*

Cum cogitato & conſulto fit iniuria, tum quiſq; iniuſtus & improbus habetur. *Ethic.l.5.c.8.*

Quo quiſque maiore fraude & ex inſidiis agit, eo iniuſtior eſt. *Ethic.l.7.c.6.*

Si vitium habeant vnum, aut plura: in quo improbi ſunt in eo etiam iniuſti, veluti prodigus in pecuniis: intemperatus in voluptatibus corporis: mollis in deſidia: timidus in periculis. Deſerit enim periculorum ſocios propter timorem. Ambitioſus etiam propter honorem iniuſtus eſt: iracundus propter iram: contentioſus cupiditate victoriæ acerbus propter vltionem: ſtultus, quoniam circa iuſtum ac bonum decipitur. *Lib.1.Rhetoric. ad Theodect. capite* 10.

Illegitimum eſt, eos qui ad iudicium ſe offerunt inuadere tanquam iniuſte facientes, ac ſimul interea omnia ad bellum parare. *Thucyd. lib.1.*

Hoc multo vtilius eſſe iudico ad retinendum imperium, præſtare iniuriis affici, quam alios iniuſte interficere. *idem. lib.3.*

Leuitas, & iniuſtitia, tyrannica ſunt, & aliena à liberis hominibus vitia. *Plut. in Alcibiade.*

Turpe in locum honeſti à potentia ſapientiæ experte ſuppoſitum, iniuſtitiæ etiam opinionem honeſtis rebus conciliat. *idem in Demetrio.*

Graue atque multum ab æquitate remotum eſt, nulla accepta iniuria, nulla cauſa, bellum inferre alienigenis & amicis. *Diod. Sicul. lib.13.*

Apud quos pœna non ſequitur iniuſtitiam, ibi mod[…] ſuo honore ſpoliatur. *Dion. lib.41.*

Nec viſum hominem nec auditum damnare, neſ[…] *Am. Marcell. lib.15.*

Nulla eſt ſententia crudelior ea quæ quum parcere [...] aſperior. *Id. lib.29.*

Non quod ipſe nihil iniuſte facias, iuſtus eris prop[…] qui ab aliis injuriam patiuntur, vbi tibi poteſtas erit, […] *Procop, de bello Perſ. lib 2.*

Vim adferre, & alienis paſci, turpe ſemper ac probr[…] tur, quod iniuſtum in ipſo inſit, *Idem de bello Vand. lib[…]*

Delinquere & in delinquentes inferenda ſupplicia […] æque ſe habent. *idem, de bello Goth. lib.3.*

Violentiam inferre, alieniſque paſci, iniuſtitia eſt in […] pore, maximeque exercitui in periculis conſtituto. *[…] Iuſtiniano.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Ariſtoteles* dicebat, iniuſtitiam eſſe vitium animi, […] quam par eſt homines ſibi ſumunt, *Stob. ſerm.* 10.

*Idem* Iniuſtitia effecta dicebat eſſe, patriam violare […] & iura, nec parere legibus, nec magiſtratibus, me[…] tranſgredi conuentiones, & fidem fallere. Comites a[…] tiæ ſunt calumnia, iactantia, inhumanitas, ſimulatio, […] calliditas.

*Plato*, ſummam eſſe iniuſtitiam dicebat, iuſtum vide[…] iniuſtus, *Eod. ſerm.*

*Socrates*, omnium morborum turpiſſimum iniuſti[…] cebat, & ideo quoque peſſimum, quod incommodum […] maximum homini iniuſto inferret. *Stob. ſerm.*41.

*Ægyptiorum reges* legem ſuam quandam ſeruant, qu[…] to obſtringunt iudices, vt rege ipſo iniuſtam flagitan[…] ei morem non gerant. *Plut. in apoph.*

*Antigonus* ſcribebat ciuitatibus, ſi quid iniuſtum […] trarium per epiſtolam mandaturus eſſet, ne parerent […] gnorantia lapſum cenſerent. *Plut. ibid.*

*Themiſtocles*, poſtulanti à ſe Simonidi, vt ſententiam […] iniuſtam ferret: Neque tu, inquit, Poeta bonus eſſes, […] merum caneres, neque ego princeps probus, ſi contra […] rem. *Plut.*

*Lyſander*, culpantibus ipſum, quod multa per do[…] indignum Hercule ſe gereret, dixit, vbi leonina pellis […] aſſuenda eſt vulpina. *Plut. in Lyſandro.*

*Idem* de agro controuerſo, cum viderentur Arg[…] quam Spartani afferre argumenta, ſtringens gladium, […] qui tenet, is optime de agrorum finibus diſputat. *Plut. […] pophthegm.*

*Demaratus.* Defecerat quidam Perſa à rege ſuo, […] ratus perſuaſerat, vt ad regem rediret, quem cum dein[…] re intenderet, Demaratus, turpe, inquit, eſt ô rex, à quo[…] cus eſſet. pœnas ſumere defectionis non potuiſti, cum […] cum factum abs te occidi. *Plut.*

¶ ADAGIA.

Stateram ne tranſgrediaris. μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν.
*Hoc eſt: Ne quid facias præter ius & æquum.*

Malum lucrum æquabile diſpendio. μὴ κακὰ κερδαίνειν […] ἰσ' ἄτησιν.

*Non eſt lucrum, quod iactura bonæ mentis comparatur.* […] gewonnen Gutt gedeyet nicht. Vbel gewonnen / vbel […] Es iſt ein böſer Heller / der ein Gülden ſchadet.

# Innocentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[…]

INnocentia, Græc. ἀκακία, ας, ἡ, & ἄκακος, ου, ὁ, ἡ, innocens […] autem innocentia puritas animi, omnem iniuriæ […] horrens, ſecund. Ciceronem. *Lib. de Offic. & in Tuſcul.* […] βλάπτειν, talem animi affectionem, quæ nemini nocet.

Innocentia integritas eſt. Sicut nocentes propriè dicuntur […] iniuriam aut maleficium commiſerunt, à noceo verbo, […] obſum, & à maleficio non abſtineo. Ita innocentes dicuntur […] ab omni iniuria & maleficio abſtinent. Inde fit innocen[…] bium, innocuum, quod modo actiue capitur. *Virg. Littus […] mus innocuum*: aliquando paſſiue, pro eo, cui non nocetur. […] *Sedere carinæ omnes innocuæ.*

Innocentia Hebr. *Nikkaion*, vacatio culpæ, *Pſ.26.6.* […] *kah*, vacauit culpa, vacuus fuit crimine, innocens fuit […] cens, inculpatus. Innocentem atque iuſtum non oc[…] *Exod.23.7.*

Innocentia, malitiæ oppoſita, talis eſt animæ affectio, […] mini noceat, ac ne nocere quidem velit. *Rom.16.18.*

## LOCI BIBLICI.

Innocens nullus apud Deum, *Exod.*34.7.vide iuſtus.Innocentia Samuelis, *Samuelis* 12.3. Dauidis, 24.&.10.12.*&c.* Innocentia ſua tuenda, & malæ ſuſpiciones amouendæ, *Ioſuæ* 22.22.1.*Samuel.*1.14.*Regum.*18.17.*Iere.*37.12. *Actor.* 2.14.*&* 6.24.*&* 7.2.*&* 28.

### ❡ Sententiae Biblicae.

Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam,nec iurauit in dolo proximo ſuo:hic accipiet benedictionem à Domino, miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.*Pſ.*24.

### ❡ Sententiæ Patrum.

Illa vera eſt innocentia, quæ nec inimico nocet. *Auguſtin.in Pſal.*8.

Vera innocentia eſt, vbi integritas ſine peccato,venditio ſine dolo, flagellum ſine merito.*idem ibid.*

Quis eſt innocens?qui cum aliis non nocet: nec ſibi nocet. *ibidem.*

Innocentia & integritas leui ſorde violatur aſperſa, & gratiæ ſuæ munus amittit. *Ambr,in hexam.*

Innocentia inter ipſa tormenta fruitur conſcientiæ bono,& inter malignitates,quum de pœna metuit,de innocentia gloriatur.*Hier. ad Demetr.*

Qui mala pro bonis rependit,ex eius domo non eiicientur mala. *Nilus apud Ant.& Maxim.ſerm. de innoc.*

Qui ad malum ſuſcipiendum paratus non eſt,is ne ad mali quidem ſuſpicionem eſt facilis.*idem ibid.*

Immediocris eſt titulus virtutis,inter prauos viuere bene, & inter malignantes retinere innocentiæ candorem, & morum lenitatem. *Bernard.in Cantic.*

Nihil ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſiderat,quam ſolam innocentiam,quam ſi quis obtulerit Deo, ſatis pie religioſeq; litauit. *Lactant.Firmianus lib.*6.*diuin.Inſtit.*

Eam Deus innocentiam probat, qua homo non metu pœnæ fit innocens, ſed amore iuſtitiæ. Nam qui timore non peccat, quamuis non noceat,cui vult nocere, & abſtineat ab iniquo opere tamen in ſola voluntate. *Aug.de vera Innocen.*

Non eſt innocentiæ parcendo ſinere, vt in malum grauius incidat. Pertinet ergo ad innocentis officium,non ſolum nemini malum inferre, verum etiam cohibere à peccato vel Punire peccatum,vt aut ipſe, qui prius odio habetur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo,*idem de ciuitate Dei,& habetur* 13.*qu. Non eſt.*

Sicut paruulus non perſeuerat in iracundia,non læſus meminit: non videns pulchram mulierem, delectatur,non aliud cogitat, & aliud loquitur:ſic & nos, niſi talem habuerimus innocentiam, & animi puritatem, regna cœlorum non poterimus intrare. *Hierony. ſuper illud Matth.Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus.*

Innocens credit omni verbo.Non vituperanda facilitas, ſed laudanda bonitas,hoc eſt innocentem eſſe, ignorare, quod noceat, & quum ſcribitur ab aliquo de omnibus tamen bene iudicat, qui ſimilem eſſe in omnibus arbitratur. *Ambroſ.lib.de Offic.& habetur* ... *Deniq;.*

Sic vixi, vt accuſatorem exterius non timerem: Vtinam ſic viuerem, vt intra me ipſum accuſatorem conſcientiam non haberem. *Greg.in Moral.li.*2.

### ❡ Poeticae Sententiae.

Plaut.in Amphitryone.

*Quæ non deliquit.decet*
*Audacem eſſe,confidenter pro ſe & proterue loqui.*

Hor.Ode 22.li.1.

*Integer vitæ,ſcelerisq; purus*
*Non eget Mauri iaculis nec arcu,*
*Nec venenatis grauida ſagittis*
*Fuſce pharetra.*
*Siue per Syrtes iter æſtuoſas.*
*Siue facturus per inhoſpitalem*
*Caucaſum,vel quæ loca fabuloſus*
*Lambit Hydaſpes.*

Ouid.5.Triſt.

*Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis iram*
*Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.*

Idem 4.Faſtor.

*Conſcia mens recti famæ mendacia ridet:*
*Sed nos in vitium credula turba ſumus.*

Antholog.5.Iac.Bill.

Diuina innocentia.

*Perfecte bonus eſt, & vere dicitur inſons,*
*Nec ſibi,nec cuiquam,quod noceat, faciens.*
*Nam quicumq; alium molitur lædere primum*
*Ipſum ſe iaculo percutit proprio.*
*Et cum forte animum non ipſe ſequuta facultas,*
*Non dubium in cordis viſcere vulnus habet.*
*Nec fugit infecti ſceleris mens praua reatum,*
*Cui nimis hoc ſolum,quod voluit nocuit.*

Quod quo rectius quiſpiam viuit,eo ſe omni
bono indigniorem eſſe cenſeat.

*Quo magis a Chriſto mens conſcelerata recedit,*
*Hoc ſua damna minus proſpicit,atq; gemit.*
*Quo propior Chriſto mens eſt hoc crimina cernit*
*Ipſa magis, viſis ingemit atque magis*
*Nam velut ardenti corpus cum febre laborat,*
*Quanam ſit cunctis debilitate liquet:*
*Sic Deus inuiſens animas,& corda piorum.*
*Vel nimia his vt ſint crimina nota facit.*

### ❡ PHILOSOPH. PLACITA.

Hoc præceptum officii diligenter obtinendum eſt, ne vnquam innocentem iudicio capitis arceſſas.Id enim ſine ſcelere nullo pacto fieri poteſt. *Cic.li.de Offic.*

Innocentia eſt puritas animi omnem iniuriæ illationem abhorrens,*Cic.de Offic.*

Triumphus innocentiæ eſt,non peccare,vbi liceat:in quem plus potes peccare deſine,*Sen.in Prou.*

In malis ſperare bonum,niſi innocens,nemo ſolet,*ibid.*

Nemo inuenitur, qui ſe poſſit abſoluere, & innocentem quiſque ſe dicit,reſpiciens teſtem,non conſcientiam. *Libro primo,de Ira.*

Innocētia per gradus certos ab homine diſcedit,& ne in maxima trepidet audacia, diu vires in moribus colligit.*Quint.Declam.*

Vide *Conſcientia,Conuerſatio,Honeſtas,Solicitudo.*

Verba innocenti reperire facile eſt,*Curt.li.*6.

Securitatem adfert innocentia.*idem ibid.*

Parum tuto loco ſtat innocentia.*Amm.Marcell.li*15.

Plærunque innocentes recenti inuidiæ ſunt impares, *Tacit. Annal.li.*2.

Perturbatione temporum eos etiam qui vero iudicio nullius criminis conuinci queunt, maximis inuolui criminibus haud eſt veri diſſimile.*G.Pachymer.hiſt.lib.*1.

### ❡ Apophthegmata.

*Bion* olim cum ſceleroſis nauigans, incidit in prædones.Illis dicentibus, Actum eſt de nobis, ſi agnoſcamur: Et de me,inquit,niſi agnoſcamur.Bonis innotuiſſe,ſalus eſt. *Laert.li.*6.*ca.*7.

*Socrates* morti deſtinatus, de cunctis rebus magis,quam de ſe defendendo,cogitare videbatur.Quare Hermogenes Hipponici filius,Socrati familiaris: Atqui, ait,par erat, ô Socrates, de tua defenſione curam habere: Nonne, ait Socrates, tibi videor, ô Hermogenes, hoc ipſum facere, dum quemadmodum vixerim, meditor? Putabat autem Socrates ſapientiſſimus, omnem defenſionem ſuperuacaneam eſſe apud eos, qui ex vita bene tranſacta ſuam innocentiam non agnoſcerent. *Bruſon.lib.*2.*capit.*1.*ex Xenoph. apologia.*

*Idem*, iam ad mortem damnatus Apollodoro comploranti, dicentiq;,Innocens morieris? Quid, inquit, num me nocentem mori malles?Ea igitur mors libenter ſubeunda eſt, in qua criminis innocentia homo excuſatur.*Xenophon in Apologia pro Socrate.*

*Idem*, cum iudices inter ſe diſceptarent, qua pœna dignus eſſet Socrates: Ego,inquit, ob ea, quæ feci, dignum me cenſeo, qui publicitus alar in Prytaneo. Nam hoc honoris haberi ſolebat iis, qui præclare de Republ.fuiſſent meriti, M.Tullius hoc refert *libro de oratore* 1. Erat,inquit,Athenis reo damnato:ſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio,hæc ſententia:quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiteretur? quod quum interrogatus Socrates eſſet, reſpondit,ſe meruiſſe, vt ampliſſimis honoribus & præmiis decoraretur, vt ei victus quotidianus publice in Prytaneo præberetur,qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius reſponſo iudices ſic exarſerunt,vt capitis hominem innocentiſſimum condemnarēt. *Eraſ.l.*3.*apoph.*

*Xenocrates* paſſerem,qui fugiens imminentem accipitrem,ſe in ſinum ſuum conieciſſet, texit, fouitque, ac demulcens dimiſit,dicens:Innocentem & ſupplicem non eſſe prodendum. *Laert.libro* 4.*cap.*2.

*Plato*.Quum quidam Platoni narraret,nonnullos eſſe qui ipſum maledictis inſectarentur: At ego, inquit,ſic viuam, vt illis non habeatur fides,*Ant.par.*2.*Meliſſi ſerm.*69.

*Tectamenes* innocenter ab Ephoris damnatus abiit ridens. Rogantibus autem iis, qui aderant, an contemneret Lacedæmoniorum leges? Nequaquam, inquit, quin gaudeo potius, quod hæc mihi mulcta ſoluenda eſt cum eam nec indixerim cuipiam, nec à quopiam mutuo acceperim. Quo dicterio felicitatis eſſe



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

putabat, quod mori iuberetur: cum neminem vnquam offendiſſet ſua innocentia. *Plut. in Lac. apoph.*

*Agis* in carcerem detruſus (qui Dechas dicebatur, in quo morti addictis ſtrangulari fuit conſuetudo (quum lictorem plorantem, & circa opus titubantem animaduertiſſet: Omitte, inquit, pro me has lachrymas amice: ſic enim iniuſte, contraq; ciuitatis leges morientes, longe melior ſum, quam qui nuper me morte damnarunt. *Plut.* 3.

*Ariſtophontem AEſchines* tradit apud Athenienſes gloriari ſolitum, quod quum nonagies quinquies eſſet vocatus in ius, ſemper fuiſſet abſolutus. At Cephalus homo popularis, iuſtius gloriabatur, quod cum plura decreta ſcripſiſſet, quam aliis ſuorum temporum quiſquam orator, tamen nunquã coactus eſſet cauſam dicere. Certius innocentiæ ſignum eſt, ita rem gerere vt nemo velit accuſare, quam ſi poſtulatus elabaris è iudicio. Elabuntur interdum & nocentes. At qui abſoluitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen criminis circumfert. *Eraſ. li* 8. *apoph.*

*Phocion.* Ex his, qui cum Phocione erant morituri, quidam indignabundus deplorabat ſortem ſuam. Quem ita conſulatus eſt Phocion: Non tibi, inquit, Euippe (ſiue, vt quidam legunt, Thudippe) ſatis eſt, cum Phocione mori? Phocion non tantum innocens, verum etiam præclare de Repub. meritus, ducebatur ad mortem. Magnum itaq; ſolatium oportebat eſſe cum Phocione innocente mori innocentem. *Plut. in apoph.*

*Anonymus.* Quum cenſoris munus geret Auguſtus, eques quidã Romanus apud illum delatus eſt, quaſi facultates ſuas imminuiſſet. At ille citatus probauit ſeſe auxiſſe. Mox eidem obiectum eſt, quod legibus contrahere matrimonium iubentibus non paruiſſet, ille docuit ſe ex vxore trium liberorum eſſe patrem. Nec ſatis erat equiti dimitti, ſed Cæſari crudelitatem exprobrans addebat: Poſthac Cæſar in honeſtos viros inquirens, honeſtis viris hoc munus mandato: Satis aperte pronuncians, eos non fuiſſe viros bonos, qui manifeſto falſa ad ipſum detuliſſent: obiter & ipſum criminans, qui vices ſuas mandare ſycophantis. Et hanc libertatem innocentiæ cõdonauit Cæſar. *Eraſ. li.* 4. *apoph. ex Sueton.*

*Titus Veſpaſianus* audiens, ſuos anteceſſores in imperio multis iniuriis à ſubditis affectos. Nemo, inquit, me iniuria afficere aut cõtumelia poteſt, quia nihil ago, quod alios lædere poſſit. Quo dicto oſtendere voluit, vitæ innocentiam eſſe certiſſimum corporis præſidium. *Xiphil. in vita Veſpaſ.*

*Idem*, quum febre correptus, lectica à loco, in quo tum erat, transferretur, dimotis plagulis cœlum ſuſpexit, queſtuſq; eſt, ſibi immerenti vitam eripi, quum nullum per omnem vitam exſtaret factum, cuius pœniteret, vno duntaxat excepto. Id cuiuſmodi fuerit, nec ipſe prodidit, nec quiſquam coniectare potuit. *Sueton.*

*Alphonſus* percontatur à ſuis, cur ſine ſatellitibus ſæpenumero incedere? Se innocentia comitatum incedere, reſpondit. Innuit autẽ rex prudentiſſimus, eum demum bene munitum eſſe ab iniuria, qui propriam invocentiam habet comitem: eos vero nuſquam eſſe tutos, qui male ſibi conſcii, etiam pericula ſibi fingunt, vbi plane nulla ſunt: *Panor. li.* 2. *de Alphonſ. reb. geſt.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Sicut in conſpectu hominum gratioſa facta eſt facies pulchra: Sic in oculis Dei ſpecioſa eſt conſcientia munda. *in* 6. *Matth.*

*Sicut*, qui corporaliter oculos habet acutos, de longe proſpicit venientem, an amicus eius eſt, an aduerſarius: Sic qui mentem à peccatis habet mundam, de longe conſiderat, homo Dei eſt ille, qui venit, aut homo diaboli. *in Matth.* 24. *Homil.* 48.

*Maximi.* Quemadmodum ſol exoriens, & mundum illuminans, cum ſeipſum, tum res à ſe illuminatas demonſtrat: Ita quoq; ſol iuſtitiæ purgato animo exoriens, & ſeipſum videndum exhibet, & rerum, quæ à ſe factæ ſunt & deinceps fiunt, rationes demonſtrat. *li.* 1. *de charitate.*

*Quemadmodum* rerum viſibilium pulchritudo ſenſibilem oculum: Sic mentem quoque puram rerum inuiſibilium cognitio ad ſe pertrahit Inuiſibilia dico ea, quæ ſunt incorporea. *Lib.* 1. *de charitate.*

*Xyſti Pythagorici.* Templum ſanctum eſt Deo mens pii, & altare eſt optimum ei cor mundum & ſine peccato. *in Enchirid.*

*Laurentii Iuſtiniani Patriarchæ.* Mortalium regnm miniſtri, & terrenis Imperatoribus famulantes, quotieſcunque ſuorum ſe præbent aſpectibus dominorum, cunctas, quas vel in veſtibus, vel in facie gerunt ſordes diluere ſtudioſe conantur, ne quid in ipſis incompoſitum, aut indecorum appareat, quod oculis Principis deſpicabile videatur. Dignum quippe eſt, vt quicquid ſordeſcit, quicquid deforme eſt, amoueant à ſe quatenus aſpectus illorum alliciant, quibus placere concupiſcunt. Capitur etenim animus plerunque ex ornatu & ſpecioſitate creaturarum. Hanc regulam, hunc quoque morem ſolerter cuſtodire debent omnes æterno regi militantes. Illis namque congruit ita exteriorem habitum corporis greſſus, morum actus, animæ cogitatus, animorumque affectus componere: vt nil in eis reprehenſibile cognoſcitur, pro quo rationabiliter repellantur à præſentia redemp[…] prorſus Dominus Ieſus in grauitate vitæ, in cordium […] perfectione virtutum ſeruorum ſuorum. Sic etiam […] dio, & tanta ſedulitate temporales homines miniſt[…] bere formoſos, morigeratos, prudentes, & nobi[…] ſeculorum Regi immortali & inuiſibili, cui ſoli hono[…] hibenda eſt, conuenit ſibi aſtantes habere ornatos […] mnium morum elegantia? *De diſciplina & perfecti[…] cap.* 17.

*Nuptialis conuiuii* delicias deguſtare cupientibus […] aperta ſit ianua, qua intratur. Nam aliunde quiſquis […] ac latro eſſe cognoſcitur. Eſt quippe conuiuium […] omnium delitiarum affluentiſſimum, quod pars […] in hac peregrinatione laudabiliter conuerſantes in […] ac Deo gratis, vitæ ſuæ terminum compleuerunt. In […] conuiuium nullus immundus, nullus ingreditur […] pollutus. Nam ſicut in illo omnia lucent, omnia placent […] ditorem ſuum laudant, venerantur ac colunt: Ita […] piuntur in illud, oportet vt ſint ſancti, ab omniq; […] cula mundi, quatenus conformes efficiantur […] ris, angelicis videlicet ſpiritibus, qui nullo vnquam […] quinauere contagio. *De obedientia, cap.* 24.

*Ciceronis*, Vt ignis in aquam coniectus contin[…] refrigeratur: Sic referens falſum crimen in puriſſi[…] mam vitam collatum ſtatim concidit, & extinguitur […] *mœdo.*

*Eraſ. Roterodami.* Vt nepenthes herba ab Homero […] dita poculis, omnem conuiuii triſtitiam diſcutit: […] ſita nobis, omnem vitæ ſolicitudinem abolet. *in ſimil.*

### ¶ HIEROGLYPHICA.

Ante alia tam *Ouis* quam Agnus hieroglyphicum […] Hinc illud apud Cyprianum ſapientiſſime ſcriptum […] Meminiſſe debemus, quo vocabulo Chriſtus plebem […] quo titulo gregem ſuum nuncupet? Oues nomina[…] Chriſtiana ouibus æquetur: Agnos vocat, vt Agno[…] ſimplicem, ſimplicitas mentis imitetur, *Pier. Valer lib.* […]

Neq; deſunt, qui *Piſcem* hieroglyphicum *Innocentia[…]* dant: cum omnino ſint innocui, neq; elementum […] aliis inferendas tranſgrediantur. Eoq; ſpectare dic[…] præceptum, qui abſtinendum eſſe piſcibus edicto ca[…] ſequerentur inſontes. *Pier. Valer li.* 31. *pag.* 289. *C.*

*Abluendarum manuum geſtus* ſignum quoque hiero[…] eſt *Innocentiæ*, quaſi illas non contaminatas haber[…] Vnde antiqui conteſtari volentes, ſe alicuius ſceleris […] nec aſſenſum præbuiſſe, in conſpectu multitudinis […] bant, *Pier. Valer. li.* 35. *pag.* 329. *A.*

*Vide, Probitas, Virtus.*

---

# Inobedientia.

### ¶ LOCI BIBLICI.

INobedientia eiuſq; punitio, *Gen.* 2. *v.* 19. 17 & 19. […] 1 & 26. 16 & *c. Num.* 14. *v* 28 41. & 10. 31 & 20. 24 […] 17. 12. & 18. *v.* 19. 20 & 27. 16 & 28. 15 & *c.* 1. *Sam.* […] 24. & 28. 16. 2. *Sam.* 6. 6. 1. *Reg.* 11. 9, & 13. 15. & 14. 17 & […] *ralip.* 7. 19. & 26. *v.* 16. 19, *Eſa.* 24. *Ierem.* 11. *v.* 3. 8. & […] & 35. 1. & *c. Ioan.* 1. 3. *Matth.* 17. 57. *Actor.* 7. 39. *Ro.* […] 1. 8. Inobedientia quam grande ſcelus, 2. *Sam.* 15. 23. […] fidelitatis comes, *Epheſ.* 2. 2. eius pœna, *Deut.* 32. […] *Hebr.* 2. *v.* 2. 5.

Inobedientia vel omnino negligit; vel ex parte […] functorie, non autem ex animo legitimum ſuperioris […] quitur.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

En propono in conſpectu veſtro hodie maledictionem […] dieritis mandata Domini. *Deut.* 12.

Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, […] pore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis […] mo ille 17.

Si genuerit homo filium contumacem, qui non audiat […] matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, […] obruet populus ciuitatis, & morietur.

Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus tuis, quos præceperis ei, moriatur. *Ioſ.* 1.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Non te abiecerunt, ſed me regem ſuper eos, 1. *Reg.* 8.
Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. 15.
Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe ...rum natum putat, *Iob.* 11.
Quid autem vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ di...*Luc.* 6.
Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt ...*Rom.* 5.
Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. 13.
In promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, cum im...a fuerit veſtra inobedientia, 2. *Cor.* 10.
Fratres, ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc no...te, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur, 2. *Theſſ.* 3.
Omnis præuaricatio & inobedientia accipit iuſtam retributio...em mercedis, *Heb.* 2.
Væ illis, qui in contradictione Core abierunt (& ſequacibus ſu...) *Iud.* 1.

¶ SIMILITVDO.

*Theodori Epiſcopi*, Non immerito reluctantur beſtiæ hominibus, ...am ipſi Deo ſuo rebelles ſint, cui ſol, luna, ſtellæ obediunt: Mare ...on tranſit fines ſuos, cum tamen habebat legem, vt homines, in ta...bulis ſcriptam. Sed ſicut equus freno retrahitur: Ita mare ne abun...*et, Serm.* 3.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Inobedientiæ & eius pœnæ *exempla*: Adam & Eua, *Gen.* 3. *v.* 6. 16 *Rom.* 5. 19. Lothi vxor, *Gen.* 19. 26. Pharao, *Exod.* 7. 14. & 8. 32. & 9. ... & 12. 20. & 14. *v.* 27. 28. Iſraelitæ, 17. 4. *Num.* 14. *v.* 41. 44 *Deut.* 9. *v.* ... 24. 1. *Reg.* 20. 36 2. *Reg.* 17. 14. Chore, Dathan & Abiron, *Num.* 16. ... Achan, *Ioſ.* 7. 5. Saul, 1. *Sam.* 13. 13. & 15. 19 23. Vir Dei, 1. *Reg.* 13. *v.* 21. ... & 20. 26. Rex Iſrael, 20 42. Naaman, 2. *Reg* 5. 13. Ioas Rex, 13. 19. Io...as 2. *Paral.* 15. 22. Ionas, *Ion.* 1. 3. & 2. 1. Iudæi, *Ierem.* 34. 18. Cœci illu...inati *Matth.* 9. 31. quidam Iudæi, *Tit.* 2. 10. Inobedientia erga pa...rentes damnatur, 2. *Tim.* 5. *v.* 2.

¶ PROFANA EXEMPLA.

*Lacedæmonii* Iſadam puerum adhuc, quem lex nondum ad pu...gnam vocabat, quoniam exiliens gymnaſio ſtrenuum ſe præſtite...rat, corona donauerunt. Quoniam vero nondum ætate poſtulante ...militis etiam armis in hoſtes irruerat, pœna affecerunt, *Ælianus*

*Athenienſes* olim damnabant reos, non quidem ſi totam tan...tum legem, ſed ſi vnicam ſyllabam tranſgreſſi fuiſſent. *Alexand. li.* ... *cap.* 5.
*Caſſius Mutianus* architectum ob imperium licet cum ratione ...tum, virgis cædit. *Theat. Zuing. fol.* 36. 16.
*Apud Thurios* lex erat militaris: vt contumax miles, deſertor vel ...transfuga, muliebri veſte amictus, ob ignominiam vinctus tenere...tur. *Alex. lib.* 2. *c.* 23.
*Apud Macedones* iniuſſu ducis vel imperatoris arma capere, in ...aciem ire, aut hoſtes demum inuadere lege militari cauebatur. ...*ab Alex. lib.* 3. *c.* 20.
*Philippus* Rex Archidamum morte mulctauit, quod cum eum ...exuere arma cum armis iuſſiſſet, ille depoſuiſſet. *ÆEl. li.* 14.
*Sub Lyſandro* claſſis Lacedæmoniorum præfecto, Dercyllides à ...Pharnabazo accuſatus, quod ordines non ſeruaſſet: ignominiæ ...cauſa ſtare iuſſus eſt, ſcutum præ ſe ferens: hæc enim non ſeruati or...dinis pœna eſt. *Xenophon.*

# Inſcitia.

¶ APOPHTHEGMATA.

Diogenes percontanti, quæ tellus grauiorem geſtaret molem: Quæ hominem, ait, rudem, & à bonarum artium ſtudio alienum, *Stob.*
*Plato*. Eo differre doctum ab indocto dicebat, quo beneualentē ab ægroto videmus. Mentis enim ſanitatem ac lumen à doctrina ...eſſe, ab ignorantia autem ægritudinem manifeſtis rationibus ...oſtendit, *Ful. li.* 7. *c.* 2.
...Si quid aliarum rerum, inſcitia vtique omnium efficaciſſima eſt ...ad perſuadendum hominibus leuibus & ſuperciliosis, quæ ...in ſtultam temeritatem eos impellit, & ad quiduis ſine conſi...lio ſuſcipiendum inuitat, ſi forte leuibus eorum cogitationibus in...*Niceph. Greg. li.* 9.

¶ SIMILITVDINES.

*Fulgentii epiſcopi*, Sicut virtutis Dei ſcientia tenax eſt cœleſtis, iti... Sic eſt inſcitia mater erroris: quod etiam beatus Dauid oſten...dens quibuſdam: Neſcierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. *Li.* 1. *fol.* 29.
*Maximi Monachi*, Somno ſimilis eſt indoctorum vita, inanes ha...bens opiniones. *Serm.* 17. & *Iſidorus apud Antonium Meliſſa part.* 1. *ſer.* 30.
...*ri*, Quemadmodum neque vox, in piſcibus: Sic neque vir...tus in hominibus imperitis quærenda eſt. *Apud Anton. in Meliſſa ſerm.* 9. *part.* 1.
*Demonactis*, Vt muſicæ rudes organis: Sic indocti fortunis ſe accommodare neſciunt. *Apud Anton. in Meliſſ. part.* 1. *ſer.* 70. & *Stob ſerm.* 2.
*Vt peregrini* in viis: Sic indocti in rebus ipſis aberrant, *Apud Max ſerm.* 7.
*Quemadmodum hiſtriones* multa faſtus & arrogantiæ gerunt indumenta: Sic indocti homines in re nullius momenti ſibi ipſis placent. *Apud Stob eod. ſerm.*
*Procli*, Sicut materia omnia videtur habere, cum nihil reuera poſſideat: Sic & duplici ignoratione laborans, videtur ſibi quæ non habet, habere. *De anima & Dæmone.*
*Plutarchi*, Vt Tygrides, ſi quis tympanis circumſonet, in rabiem agi dicuntur: adeo vt ſeipſas denique diſcerpant: Ita quoſdam offendit, quod aliis reddit animum, puta Muſica, Eloquentia, &c. *in Moral.*
*Vt morbus* non cælandus eſt, ſed in publicum efferendus, quo ſanari poſſit, vt dixit Heraclitus: Sic inſcitia non eſt regenda. *In Moral.*
*Plinii*, Vti ſalicis ſemen ante maturitatem abiectum non ſolum ipſum nihil gignit, verum etiam fœminis ſterilitatis eſt medicamentum, hoc eſt, efficit vt non concipiant: Ita ſermones iſtorum, qui prius docent, quam vere ſapiunt, non ſolum ipſos non reddunt non meliores, verum etiam auditores ſuos inficiunt, & reddunt indociles. *li.* 10. *ca.* 27.
*Nullum eſt animal*, quod impenſius amet ſuos fœtus, quam aſinus & ſimia: Ita indocti ſuas commentatiunculas præter alios amplectuntur. *li.* 18. *c.* 43. & *c.* 54. *eod. lib.*
*Roterodami*, Vt in magicis artibus vulgus hoc magis admiratur, quo minus percipiunt rationem, cur illa tam abſurda præſcribantur: Ita quidam magis admirantur ſtylum, aut carmen, quod non intelligunt. *in ſimil.*
*Vide, Ignorantia.*

# Inſidiæ.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

INſidiæ, fallaciæ ab inſidendis & occupandis locis atq; ſudibus certis vt nihil tale cogitantem intercipias & opprimas. Gr. ἐνέδρα, ἐπιβουλή, Hebr. *Ereb*, Latibulum (vnde quidam putant Erebi nomen fluxiſſe, propter tenebras) à verbo *Arab*, Clam inſidiatus eſt, latuit ſub tectis, abſconditus eſt ſub latibulis tenebroſis & in ſpeluncis.

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Inſidioſi iniuſtiores ſunt. *Ariſt.* 7. *Ethic. c.* 9.
Plurimi ſunt qui potentiorum inimicis gaudent, quorum animi quum ſint etiam ante ſimultatibus inuicem correpti, facile eorum in hoc ipſum paratis ſermonibus decipiuntur: qui odio ipſorum delectati, inſidias ipſis ſub amicitiæ, nullius doli ſuſpectæ, ſpecie ſtruunt. *Dion. li.* 45.
Nec irritæ, nec degeneres ſunt inſidiæ aduerſus transfugam & violatorem fidei. *Tacit. Annal. l.* 11.
Omnium inſidiatorum animus, vbi fallere ſe cognoſcit, ferox eſt: vbi deprehenſum ſe intelligit, timidus & imbellis. *P. ÆEmyl. li.* 7.

¶ ADAGIA.

Βυσσοδομεύειν.
*Frequenter eſt apud Homerum pro eo, quod eſt, alto pectore moliri quippiam, & clanculum in animo ſtruere inſidias.*
Canis ad cibum. κύων ἐπὶ σῖτον.
*De iis, qui in ſuum properant exitium, Qui canem volunt occidere, cibo oſtenſo alliciunt.*
Δούρειος ἵππος.
*Id eſt: Dureus equus. De clandeſtinis inſidiis dicebatur, aut vbi repente complures apparerent, qui latebant antea.*
Ineſcare homines.
*Terent. in Adelph. Neſcis ineſcare homines. Ducta eſt ab iis, qui præfixo æri cibo piſces illiciunt.* Ein ſpecklin auff die Fallen binden.
Oportet omnibus corydalis criſtam ineſſe πάσῃσι κορυδαλλοῖσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι.
*Nullum eſſe mortale ingenium, cui non ſit aliquod vitium admixtum, ceu perinde ſecundum hominis naturam ſit, non carere vitio, & galeritæ naturale eſt habere criſtam.*
Tragulam inücere.
*Plaut. in Epid. Tragulam in te iniicere adornant, id eſt: Dolum aliquem in te ſtruunt. Et ibidem: Neſcio quam fabricam facit Huic ſimillimum in Moſtel.*
Pilum inieciſti. Einem die Brüllen verkauffen.
A tranſenna cibum petere.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*In ſenem dicitur, legentem epiſtolam, per quam erat fallendus.*

Cuniculis oppugnare, ὑπονόμοις πολεμίζειν.

*Cuniculis bellare dicitur, qui non aperta vi, ſed diſſimulanter ac dolis rem gerit Contra qui palàm agit, machinis agere dicitur.*

In tranſennam inducere.

*Eſt dolo fallere, vnde & hodie qui captus eſt, intra tranſennam inducere.* Ins Garn bringen.

Pulchre fallit vulpem. πάλιν' ἐι καλῶς τὴν ἀλώπεκα.

*Apparet dictum in eum, qui dolis captaret aſtutum, cuiq; fruſtra tenduntur inſidiæ Suidas.*

## ¶ Exempla Biblica.

Inſidiarum ſtructarum *exempla*: Eſau Iacobo. *Geneſ.* 24. 42. Ioſua Hai, &c. *Ioſ.* 8. 12. Abimelech. Sichemitis & Baalitis, *Iudic.* 9. *v.* 25. 34. 43. Dalila Samſoni, 16. 12. Iſraelitæ Beniamitis. 20. *v.* 29. 36. 37. 38. 39. Saul Amalech, 1. *Sam*, 15. 6. Dauidi, 18. *v.* 15. 16. 17. & 24. v. 12. 15. Baaſa Nadab, 1. *Reg.* 15. 27. Iezabel Eliæ, 19. 14. Benadad regi Iſrael, 1 *Reg.* 6. 8 Ozias Phacee, 15 30. Serui Amon, 21 22. 23. Ieroboam Abiæ, 2. *Paral.* 13. 13. Ammonitæ & Moabitæ Ioſaphato, 20. 22. Zadab. Ioas, 24. 26. Ieruſalem Amaſiæ, 25. 27. Bagathan & Thares Aſſuero, *Eſth.* 6. 2. Impius pio: *Pſal* 1 . 8. 9. Iudæi Chriſto, *Matth.* 26. 4. *Marc.* 14. 1. *Luc.* 6. 7. & 11. 53. 54 & 19. 47. Herodias Ioanni, *Marc.* 6. 19. Iudæi Paulo, *Act.* 9. 24. 25. 29 & 20. 3. 19. & 23. 25. 3 2. *Cor.* 11. 26.

## ¶ Exempla Sacra.

Cum Darius Rex Orœtem præfectum Sardium ob tyrannicam crudelitatem clam interficiendum curare vellet: triginta Perſæ ſeſe obtulerunt, ſinguli promittentes vel viuum vel mortuum Orœtem ſeſe adducturos: ſors tamen Bageo Artonis F. obtigit, qui Sardes profectus, curauit a ſatellitibus Orœtem necandum. *Herod li* 3.

*Porſenna* Rege Hetruſcorum Romam obſidente, C. Mutius Scæuola, quum conſtituiſſet regem opprimere incautum, veſte indutus Hetruſca, & aſſimili lingua vtens, in caſtra penetrauit: cum ambiſſet tribunal, vbi rex conſidebat: ignoraret autem regem & timeret ſciſcitari, qui eſſet: quem maxime ex conſenſu arbitratus eſt regem eſſe, cum ſtricto gladio obtrūcauit. *Plut. in Publicola & in Parel. ex Ariſtidis Mileſii li.* 3.

Quum *Diomedes & Vlyſſes* communi opera ſublato Palladio redirent noctu: Vlyſſes, quo facti gloriam in ſe vnum transferret deſtinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium ſecum portantem. Itaq; cum enſem in caput illius à tergo vibraſſet: Diomedes, animaduerſa ad lumen lunæ gladii vmbra, ſubtraxit ſe plagæ: correptumq; Vlyſſem vinctis manibus præcedere compulit, gladio lato ſubinde cædens illius tergum Hinc Diomedea neceſſitas. *Suid. Zenodot. & Eraſ. in Adag.*

*Thoriſmundus* Rex Viſigothorum, Toloſæ, anno regni ſui ſecundo, cum de vena ſanguinem minuiſſent, fuit à ſuo cliente, conſilio fratrum interfectus, ſed paruo cultello, quem manu tenebat, inſidiantium aliquot interfecit. *Roderic. Toletan l.* 2. *Parali. Hiſpan. c.* 8.

*Hungari* conſpirauerant aduerſus Sigiſmundum Imp. armatiq; regiam intrauerant, aut capturi Regem, aut ſi id non ſuccederet, occiſuri, quos vt ad ſe irrumpentes Imperator cognouit, accepto pugione in medium progreſſus, Ecquis, inquit, veſtrum manus in me iniicit, aut quidnam feci, quod me regem veſtrum occidere vultis? prodeat è vobis, ſi quis audet, & mecum ſolus congrediatur. Ea voce & audacia obſtupere coniurati, & ſibi quiſq; timens abiere *Æneas Sylu.* 3.

## ¶ Fabulae.

### Leo & Lupus.

Decumbebat in antro ſuo ſenio confectus leo, & inſuper morbo correptus. Ad quem viſendum omnes animantes conuenerant, præter vulpem. Hac occaſione captata, lupus vulpem grauiſſime accuſare, quæ tam ſuperbe deſpiceret Regem ſuum, neq; ad illum ægrotantem viſeret. Hæc illo declamitante aduenit vulpes, & de clauſula orationis, quam vehementer accuſata eſſet, intelligens, & cernens leonem fremere ira, conſilium cepit callidum, & ſui defendendi, & vlciſcendi inimici, ac dicendi copia impetrata: Quænam igitur de cunctis animantibus, inquit, tanta cura ſolicitudineq; afficitur de ſalute & vita Regis, quanta ego? Quæ omnia loca peragro, veſtigans medicinam, qua ſanari poſſe videaris, ac nuper tandem inueni, qui remedium demonſtraret, præſens quidem atq; efficaciſſimum, vt videtur. Quodnam: lætus nuntio, inquit leo. Lupi, inquit vulpes, pellem modo detractam, & adhuc calentem oportebit te circumdare ventri & coſtis Hoc audito, ita leone imperante, lupo miſero pellis deripitur, & leoni applicatur Cui iacenti inſultans verbis vulpecula: Non irritare, inquit te principis animum: ſed mollire potius & flectere oportebat.

Fabula docet, qui alteri ſtruat malum, eum ſibi laqueos, quibus capiatur, nectere.

# Inſtabilitas.

## ¶ Definitio et Etymolog

INſtabilitas, Græce ἀστασία, & τὸ ἀστατὶς, & ἄστατ... tur. Eſt autem inſtabilitas, mutabilitas loci vel propoſi... *ſecunda Secund. q.* 35. *art.* 4. Hebræi hominem vanum ... lubilem, inſtabilem, & qui facile loco mouetur *Nad...* verbo *Nadhadh*, motus eſt, dimotus eſt à ſeipſo, ... endo.

## ¶ Sententiæ Biblic...

Vagus & profugus eris ſuper terram (maledictio Ca...

Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, *Iob.* 4.

Eris ſtabilis, & non timebis, *Iob.* 11.

Non dabit in æternum fluctuationem iuſto, *Pſal.* 54.

Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo: ſic vir, qui ... cum ſuum, *Prou.* 27.

Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, ... ne dimiſeris, *Eccl.* 10.

Non ventiles te in omnem ventum, & non eas ... *Eccl.* 5.

Confide in Deo, & mane in loeo tuo, 11.

Stultus ſicut luna mutatur, 27.

Qui implantatus (non radicatus) eſt, abundabit ...

Impii quaſi mare feruens, quod quieſcere non po... dant fluctus eius in conculcationem & lutum, *Eſa.* 57.

Dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Dom... cuit, *Ier.* 14.

Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabili... *Thren.* 1.

Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem ... *Matth.* 11.

Fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles: ... omni opere Domini ſemper, ſcientes, quod labor ve... nis in Domino 1. *Cor.* 15.

Nunquid leuitate vſus ſum? 2. *Cor.* 1.

Non eſt in illo, Eſt & Non, ſed eſt in illo, Fuit. *ibid.*

Non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferam... doctrinæ, *Epheſ.* 4.

Rogamus vero fratres, vt operam detis, vt quieti ſ... negotium agatis, 1, *Theſſ.* 4.

Scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quo... quieti fuimus inter vos, 2. *Theſſ.* 3.

Otioſæ diſcunt circuire domos: Non autem ſolum ... verboſæ, & curioſæ, loquentes quæ non oportet. 1 *Tim...*

Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vi... *mo.*

Sidera errantia, quibus caligo tenebrarum ſeruata ... num, *Iudæ.*

## ¶ Sententiæ Patrum.

Tria ſunt, quæ vagam mentem ſtabilem faciunt, ... tatio & oratio: quarum aſſiduitas, & iugis intentio ... ſtabilem firmitatem, *Ioann. Caſſ.*

Stabilitas eſt mentem fixam obtinere, nulla locoru... rum varietate, in diuerſa iactare. *Hugo.*

## ¶ Philosoph. Sentent

Vir eſt, qui contra biformes fortunæ euentus, ... conſtantia militat præmunitus, *Cic.*

Maximum iudicium malæ mentis eſt fluctuatio, & ... tionem virtutum, & amorem vitiorum aſſidua iactatio ...

Diuerſitas eſt vitium & ſignum vacillantis animi, ... habentis vigorem ſuum. Nemo proponit ſibi, quo... propoſuit, perſeuerat in eo, ſed tranſilit: nec tantum m... dit: & in ea, quæ deſeruit ac damnauit, inuoluitur. Qu... tia? Semper idem velle atq; idem nolle, nō poteſt idem ... cere, niſi rectum Variatur quotidie iudicium, & in con... titur, ac pleriſq; agitur vita per vſum. *in op.*

Nec peregrinatione longa, nec locorum varietatibus ... mentis grauitatemq; diſcuties, animum debes mutare, ... niſi vaſtū traieceris mare, ſequuntur enim te, quocunq; ... vitia. Quid miraris tibi peregrinationes non prodeſſe, ... feras? Premit te eadem cauſa, quæ expulit. Quid terrarum ... uitas poteſt? Quid cognitio vrbium aut locorum ... iſta iactantia. Onus animi deponendum eſt: non ante ... cebit locus. Vadis huc & illuc, vt excutias incidens po... pſa iactatione incommodius fit: Sicut in naui onera im... vrgent: inæqualiter cōuoluta citius eā partem, in quā ... demergūt, Quicquid facies, contra te facis, & motu ... AEgrū enim cōcutis. At cū iſtud exemeris malum, ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

iucunda fiet. In vltimas expellaris terras licet, in quolibet Barbaræ angulo colloceris, hoſpitalis tibi illa qualiſcunque ſedes erit. Magis quis veneris, quam quo, intereſt: bene viuere omni loco poſsis. *in epiſt.*

Mutare loca, & in alium de alio tranſire nolo. Frequens migratio inſtabilis eſt animi. Vt animum poſsis continere, primum corporis fugam ſiſte, deinde plurimum remedia continuata proficiunt: ſine aſſueſcere oculos tuos, ſine aures aſſueſcere ſæuioribus verbis: quoties proceſſeris aliquo, quæ remanent cupiditates occurrent. *ibid.*

*Vide, Inconſtantia.*

# Inſtitutio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INſtitutio, Inſtructio, Doctrina, παιδεία. Hebr. *Chukkak* & *Chok*, i. ſtatutum, conſtitutio, legiſlatio, ritus præſcriptus, regula, norma, à verbo *Chakak*, Effigiauit, Delineauit, exſculpſit, depinxit, deſcripſit, conſtituit, Hinc, Icon, effigies: & εἰκάζω, effigio.

¶ PATRVM SENTENTIAE

Ad diſcendum, quod opus eſt, nulla ætas ſera videri poteſt: quod & ſi ſenes magis decet docere, quam diſcere: magis tamen decet diſcere, quam ignorare. *Auguſt. in epiſt. ad Hier.*

Ego ex eorum numero me eſſe profiteor, qui ſcribunt proficiendo, & ſcribendo proficiunt. *idem Epiſt. 7.*

Ab omnibus libenter diſce quod neſcis, quia humilitas tibi commune facere poteſt, quod natura facit commune *idem in Epiſt.*

Naturæ ordo ſic ſe habet: vt cum aliquid diſcimus, rationem præcedat authoritas. *idem de morib. eccleſ.*

Nihil prodeſt facienda didiciſſe, & non facere. Melius eſt neſcire aliquid quam cum periculo diſcere. *Hier. in epiſt.*

Vera hominis ſcientia eſt imperfectum ſe noſſe *idem ad Luciferum.*

Optabile eſt, & mihi præclarum vſque ad vltimam diſcere ſenectutem: quoniam nulla ætas ad perdiſcendum ſufficere poteſt. Docere vero alios, affectare eum, qui non ſufficienter inſtructus eſt: res mihi videtur antiqui prouerbii: in dolio diſcere artem figuli, hoc eſt in periculo. *Greg. Nazian. in Apologet.*

Sunt qui ſcire volunt, eo fine tãtum, vt ſciant, & turpis curioſitas eſt: & ſunt, qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, & turpis quæſtus eſt: & ſunt, qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt. Sed ſunt quoque, qui ſcire volunt, vt ædificent, & charitas eſt: & ſunt, qui ſcire volunt, vt ædificentur, & prudentia eſt. *Bern. in Cant. ſerm. 20.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Lectio certa prodeſt, delectat. Qui quo deſtinauit, peruenire vult, vnam ſequatur viam, non permultas vagetur: non ire iſtud, ſed errare eſt. *Sen. epiſt. 43.*

Mutuo iſta fiunt: & homines dum docent, diſcunt: non eſt, quod te gloria publicandi ingenii, producat in medium: vt recitare iſtis velis aut diſputare. Si haberes iſti populo idoneam mercedem, nemo eſt qui intelligere te poſſit. Cui ergo, inquis, iſta didici? nõ eſt quod timeas, ne operam perdideris, ſi tibi didiciſti. *Senec. epiſt. 7.*

Quid eſt ſtultius, quam quia diu non didiceris, non diſcere? omnis ætatis homines ſchola admittit. Tamdiu diſcendum eſt, quamdiu neſcias? Si prouerbio credis, quamdiu viuas, etiam ſeni diſcendum eſt. *idem epiſt. 76.*

Mores primum mox ſapientiam diſce, quæ ſine moribus male diſcitur. *idem ibid.*

Debent homines viaticum ſenectutis literarum eruditione parare diſcendo, ne defecerint inſipienti animo: literas tanquam baculum infirmo corpori, repertas eſſe: eundem finem eſſe diſcendi quod viuendi. *idem in Prouerb. philoſoph.*

¶ SIMILITVDINES.

*Nazianzeni*, Qui vel vitam ſolum recte inſtituunt, aut eloquẽtiæ tantummodo ſtudent, ita vt alterum omittant: nihil mihi à monoculis diſtare videntur, quibus magnum eſt nocumentum: maior vero turpitudo, quum quempiam inſpiciunt, ſeu inſpiciuntur: quibus vero contingit, vt in vtriſq; excellant, & ſint idonei, ii illud etiam aſſequuntur, vt perfecti euadant, & cum beatitudine viuant futura. *in orat. de laudib. Baſilii.*

*Plutarchi*, Vt terra quo melior eſt natura, hoc magis corrumpitur ſi negligatur: Ita ingenia, niſi recte excolantur, quo ſunt feliciora, hoc pluribus vitiis obducuntur. *in Moral.*

*Vt terra* quædam aſperior, duriorq;, quæ tamen culta protinus fertilis reddatur: Sic ingenia duriora natura inſtitutione manſuefiunt. *in Moral.*

*Vt curruum* rotæ vi inflexæ nunquam ad priſtinam rectitudinem poſſunt reuocari, itidem hiſtrionum baculi. Ita quædam ingenia ſic conſuetudine, & inſtitutione deprauantur, vt corrigi non queant. *in Moral.*

*Iſocratis*, Quemadmodum cotes, quum ipſæ ſecare non poſſint, ferrum tamen reddunt acutum: Ita quidam ad dicendum quum plane inutiles ſint, alios tamen reddere idoneos poſſunt. *Apud Eraſ. lib. 8. apoph.*

*Triueri*, Veluti ager non ſtatim, vbi terra eruderata eſt, ac horrorem depoſuit, vltro florem edit, aut fructum exigit, ſed ſemen requirit: Ita neq; indoles noſtra, euulſis vitiorum radicibus, ſtatim ad virtutem inſurgit, ſed iuſtis præceptis, quibus imbuatur, opus habet *in apoph. 5.*

*Vt neq;* terra, quæ media æſtate obduruit, ſemen vtiliter excipit, neq; quæ hyemis rigorem ſenſit, ſed quæ ineunte vere aperitur & adhuc dum molleſcit: Ita prima pueritia ad præceptiones imbibendas maxime eſt idonea. *in apoph. 6.*

*Vt terra*, licet ſemel culta ſit, iterum tamen ſuapte natura exhorreſcit, niſi ſubinde aratrum admoueas, ac ſemen immittas: Ita pueri licet à teneris vnguiculis probe inſtituti ſint, vitia tamen mox repullulant, niſi crebro ad virtutem admonitio & adhortatio adſit. *in apoph.*

*Quemadmodum* nullus ager eſt tam prægnans, nulla planta tam integra, quæ cultura non habeat opus: Ita nullus homo tam felix eſt, qui negligenter inſtitutus non ſordeat, fereque eo ſordidior ſit, quo eſt felicior. *in apoph. 11.*

*Quemadmodum* terræ non quæuis ſemina iniicimus: ſed quæ vtilem potius fructum promittunt, quædam quæ pulchrum, quæ agrum fœcundant potius, quam quæ exornant: Itaneque pueros diſciplinis licet fallere, quæ tantum decorum afferunt, ſed quæ conducunt, quæ vitam potius quam linguam formant & erudiunt. *in apoph. 12.*

*Quemadmodum* pictor lineamenta ducit prius, quam coloribus rem illuſtret: Sic pueritiam quoque prius virtute decet formare, quam ornare literis. *in apoph. 17.*

*Perinde* ac terra licet bene culta, rigata, vberrimoq; ſemine obruta, non ſtatim fruges profert, niſi cœli ac aeris clementia accedat: Sic ſcientia nequaquam nudis præceptis innititur, ſed cœleſti irrigatione incremento perficitur. *in apoph. 14.*

*Quemadmodum* rudimentum anteit experimentum, & vbiuis alibi exercitatio methodum ſequitur; Ita virtutibus quoq; præceptiones vita priores ſunt. *in apoph. 18.*

*Quemadmodum* nemo, qui lactucis eget, vrticis hortum conſerit aut ſaburra nauim implet, qui ſat mercium habet: Tanto imprudentius pueris, qui legere, loqui diſcunt, aut pingere, inanes obtruduntur fabulæ, omiſſis, qui ad virtutem faciunt, canonibus. *in apoph. 5.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

Philoſophiam *Chaldæorum & Ægyptiorum*, pueri à patribus diſcunt. *Dion. li. 2. c. 8. & lib. 1. c. 6.*

*Indi & Brachmanes* edito infanti curatorem, & vitæ magiſtrum cuſtodemq; adhibebant, vt ſub legibus & magiſtratibus, bonis diſciplinis formatus, ſalutaribus exemplis eruditur. *Alexan. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

*Perſæ* tria præcipue liberos ſuos docebant: equitare, iaculari, & vera dicere Viciſſim tria vehementer damnabant: mentiri inter ærarios eſſe, & in amnem rem immundam edere. *Fulg. lib. 2. c. 1. ex Xenophonte & Plut.*

*Romani* quotannis ſex optimarum filios ad ſex Hetruriæ populos mittebant: vt auguralem ſcientiam diſcerent. *Alex. l. 5. cap. 19.*

*Auguſtus Cæſar* rectorem ſolitus eſt apponere ætate paruis, ac mente lapſis, donec adoleſcerent, aut reſipiſcerent: ac plurimorum liberos & educauit ſimul cum ſuis, & inſtituit. *Sueton.*

*Carolus Magnus* Burchardo Herbipolenſi Epiſcopo duodecim adoleſcentes ex illuſtribus parentibus Saxonum natos, quos obſides acceperat, ſeruandos & erudiendos in doctrina pietas commiſit. *teſte Balæo Centuria 13. c. 57.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Sunt qui *Calathum cum pullis hirundinis* in aliquot veterũ monumentis obſeruatum, hieroglyphicum *Inſtitutionis* eſſe contendant: argumentumq; eiuſmodi ad Oſiridis & Cereris beneficia, in mortales collata: referant: quod ſcilicet ab iis & viuendi leges, & agri colẽdi præcepta receperimus, & æquo cum reliquis iure vitam degere didicerimus *Pier. Val. li. 22. pag. 2081 E.*

*Vide, Diſciplina, Doctrina.*

# Intellectus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INtellectus, Græce σύνεσις, εως, ἡ, & νοέω, intelligo dicitur Eſt autem intellectus vis animæ, quæ inuiſibilia percipit *ſecundum Auguſt. de ſpiritu & anima.*

Hebr.

Hebræ. *Schel,* à verbo *Sachal,* calluit; callidus fuit, induſtrius & prudens fuit, conſiderate egit.

Intellectus eſt habitus principiorum, *ſecundum Ariſt. li. 6. Ethi.* Intellectus eſt habitus circa principia intelligibilia, *ſecundum eundem libro Magnor. Moral.*

Intelligentia eſt, per quam animus ea proſpicit, quæ ſunt *ſecundum Cic. li. 2. Rhetor.*

Intelligentia proprie ſignificabat actum intellectus, & aliquando ſignificabat ſubſtantias ſeparatas, ſcilicet, angelos, *ſecund. B. Tho. prima parte. q. 79. art. 4.*

Intellectus eſt vis animi, quæ ſub viſum non cadentia percipit, quemadmodum ipſa quoq; anima ſenſus adminiculo corporatas formas intuetur. Vel: Intellectus eſt habitus principiorum. *Ariſt. in li. 1. Moral. Magnorum, & in 6. Ethic. Auguſt. de ſpiritu & anima.*

Intelligentia eſt, per quam ea perſpiciuntur, quæ ſunt, à qua ſunt. Qui id ſeiungunt, calliditatem, per quam mentes, quid cuique tractandum conueniat, callent. Cuius contrarium Ignorantia vel Socordia.

## ¶ Biblici Loci.

Intellectus à Deo eſt, *Pſ.* 119. 18 34. 73 125. 144 149. 2. *Timoth.* 2. 8.

Intelligere Iudæos Deus optat, *Deut.* 32. 29.

Intelligens cor, 29. 4.

Intelligentia noſtra eſt verbum Dei, *Deut.* 4. 6. Intelligentia vera quæ, *Ibid. Iob* 28, *Oſe.* 14. 10.

Intelligentia replentur artifices, *Exod* 31. 3. & 35. 31.

## ¶ Patrum Sententiae.

Quædam ſunt, inquit Auguſtinus, ſupra intellectum humanum, quædam iuxta, quædam infra; Siquidem cognoſcit Deum anima ſupra ſe, Angelos iuxta ſe, at vero in ſe. Quicquid cœli continetur ambitu, infra ſe. Igitur ad ea percipienda, quæ ſunt ſupra ipſam, indigere videtur omnino anima irradiatione ab ipſa luce veritatis primæ, quæ dicitur mens, vel intelligentia quam prodit Auguſtinus idem nulla interpoſita natura, formari ab ipſa veritate. Proinde reſpectu veritatis ſummæ, & eorum reſpectu intelligibilium, quę humanum excedunt intellectum, eſt intellectus agens Deus, & huiuſmodi illuminatio eſt gratiæ infuſio ad diuina contemplanda. Ad ea vero pernoſcenda, quæ prope nos ſunt, vt ſunt angelicæ eſſentiæ, indiget item anima reuelatione angelica, ſiue inſtructione. Qua in re dicitur item angelus intellectus agens. Ad eorum vero perceptionem, quæ intra animam ſunt, vt eſt ipſa anima, & potentiæ ipſius habitus, ſcientiæ, ac virtutes, non indiget anima lumine extrinſeco, ſed innato &c. *Ludouicus Rhodig. lect. antiq. lib. 3. cap. 1 de intellectu agente & poſſibili.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Anthol Sacr. Iacob. Bill.

*Scriptorum Domini plene videt omne profundum,*
*Implet qui factis cognita verba pius.*
*Nam nimis a ſenſu doctrinæ deuius errat,*
*Si quæ curauit ſcire fugit facere.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Eſt profecto intelligentia veluti quoddam principium ſomnis ſcientiæ, *lib. 2. de Demonſtrat. cap. 18. tex. 27. Ariſt.*

Intellectus circa intellectibilium ac entium principia verſatur, *lib. 1. Mag. Moral. c. 34.*

Intelligentiam appello primam omnis ſcientiæ originem, *l. 1. de demonſt. c. 26. T. 44.*

Et principium eſt intelligentia & finis, *lib. 6. Eth. c. 11.*

Et pueris & beluis à natura tributi ſunt habitus, qui ſine intelligentia & ratione obeſſe videntur, *li. 6. Ethic. c. 23.*

Intelligentia vna non in eſſentiis ac naturis tantum, verum etiam in cæteris rebus, quæ ſunt, verſatur: & artes ac ſcientiæ non ſolum in eſſentia, ſed in aliis quoque cernuntur, *lib. 1. Maior, Metaph. c. 7. T. 29.*

Intelligentia, quæ per ſe eſt, in eo verſatur, quod eſt optimum: & vt quæque per ſe maxime, ita maxime eius eſt, quod eſt præſtantiſſimum, *li. 11, Metaph. c. 7. T. 39.*

Intelligentia vtrorumq; extremorum eſt. Etenim principiorum & extremorum non ratio eſt, ſed intelligentia, *l. 6. Ethic. c. 11.*

A rerum ſingularum cognitione vniuerſarum cognitio ducitur. Illorum igitur ſenſus eſt hauriendus, & adhibendus, qui idem intelligentia nominatur, *ibid.*

Vna intelligentia non in eſſentiis modo, verum etiam in iis, quæ eſſentiæ non ſunt, verſatur, *lib. 12. Metap. c. 4.*

In extremis quæ ratione & demonſtratione non colliguntur, intelligentia verſatur *li. 6. Eth. c. 8.*

Intellectus proprium eſt cognoſcere entia, & intellectionibus habere perfectionem, *Proclus element. propoſit. 134.*

Intellectus omnis ſecundum ſui eſſentiam definit omnia, & quæ ſecundum cauſam ſunt in alio, & quæ ſecundum par... *idem ibid. prop. 173.*

Intellectus omnis in ſempiternitate eſſentiam habe... tiam, & actum, *ibid. propoſ. 169.*

Intellectus anima melior eſt eo intellectu, qui p... lior eſt ille, qui actu ſemper omnia ſimul intelligit... us, quod eius cauſa eſt, quodque omnibus ſupereminet... pſe primus, & cauſa, vt mundi mens ſemper agat... bilis ipſe haud ſecus quam in oculum obiectum... tione mouet, qua id, quod appetitur immobile ipſum... agitat. hoc pacto mens ſuprema totius cœli... c. 10.

Intellectus paſſionis eſt expers. *Priſcian. in Theo...* *intellectu. c. 5.*

Intellectus infinitam virtutem in ſe habet, cum ... diuina reſpiciens ſatiatur, niſi infinitum Deum ... tem eius ab ipſo manantem impleat infinitam. *Plat...*

Intellectus omnes tãquam lumina ad vnam ... lumen, animarum idola & ſimulachra, ad vnum ... idolum, omnes naturæ corporum, quaſi animarum ... ad communem naturam vnius corporis, quaſi ... poris reducuntur. *Fic. Plat. Theol. li. 17. c. 2.*

## ¶ Similitudines.

*Dionis Chryſoſtomi:* Sicut homo, cuius oculi ... non æquitatem, quantum ad Deum, videns ... ſicut peccatis viuens, mortuus dicitur, quia ille non ... bolo viuit: Sic qui habet intellectum, & bonum non ... eo, quantum ad Deum nec habet. *in cap. 13 Matth...*

*Quod oculus* corpori, hoc eſt intellectus animæ. Si... quam prorſus eligeres ornari auro, & ſerica veſte ... que fœdari: ſed horum proculdubio ſanitatem deſid... bus omnibus iudicares, quæ ſi tibi certe deperea... vita delectat: quanto hoc magis pro oculis mentis ... Sicut enim poſtquam corporalium oculorum lum... eſt, omnia iam membra in miſeria verſantur: Sic ... tellectus conſeruemus ſalutem. Si vero cœcam... quoq; debemus lumen inferre: vnde iam ipſi p... Sicut enim, qui caput ipſum fontis obſtruxit, ... uit & flumen: Sic etiam qui oculum mentis tene... mnes quoq; vitæ iſtius actus vna confuſione cœcat... men tenebræ, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Quando ... extinguitur, quando gubernator mergitur, quando ... tur: quæ tandem obedientibus ſupererit ſpes ſalutis? ... dedit nobis Deus, vt ignorantiam fugemus e menti... teneamus iuſtumq; iudicium, atq; ad alia huiuſmodi ... contra diuerſarum impugnationum varios incurſus ... to vſi ac lumine, maneamus innocui atq; muniti. No... hoc Dei domum temere prodimus, propter ſuperflu... ſus. *Homil. 21. in Matth.*

*Qui lucidius* ſole? attamen & lux eius deficit. ... fulgidam illam lucem & fulguroſum iubar ſæpenu... nientes tenebræ obtegunt: ita & intellectum noſtrum ... die fulgentem & perſpicuum, inconſiderantia obſ... ſum reddit *Sermon. de conuerſ. Pauli.*

*Philonis Iudæi,* Sicut auriga regente, & iumenta ... placet, flectente, currus procedit; illis vero contum... mordentibus, & auriga tranſuerſus fertur, & iumenta ... petu ſuo rapiuntur in cœnum, curſu prorſus aberra... uis recte nauigat, donec gubernator clauum tene... periclitatur vero, quando vento reflante matre ... à fluctibus: Ad eundem modum, quando animæ ... natorq; intellectus imperium totius animalis tenet, ... giſtratus in ciuitatate, vita proſperatur: Quando ... ſus primatum occupat, confuſio vehemens ſequitur, ... *gorîaram legis, folio 67.*

*Procli,* Quemadmodum inter principia ipſum ens ... tam, vita mentem: Similiter etiam in effectibus, ... poms entis, compos eſt & vitæ, neq; viuens omne ... præditum, ſed viciſſim intelligentia omnia viuunt, ... tia vero ſunt quoq; viuendo. *De anima & Dæmone.*

*Thriueri,* Sicut intellectus cum malitia intolerabilis; ... ſimplicitate admodum delectabilis, *in apoph. 19.*

# Intemperantia.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Intemperantia, Græce ἀκολασία, ας, ἡ, ἀκόλαστος, ... rans dicitur. Eſt autem intemperans ille, qui ...

…potitur, nec vlla ſe abſtinet. Inſenſibilis vero eſt, qui omnes …inſtar agreſtium. *ſecund. Ariſt. l.2. Ethic.*

## ¶ Locvs Biblicvs.

…temperantia pro dapibus ex alienis interuerſis facultatibus …um comparatis. *Matth.23.25.* vide Gvla.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Quam turpe ſit gulæ deditum
eſſe.

*Qui ventrem tantum curat, pro numine ventrem*
*Cenſet, datq; animæ pabula nulla ſuæ.*
*Pythonici ritu, qui verba ex ventre profundit,*
*Suſq; velut viuit, ſus moriturq; velut.*
*Truncus is, horrendumq; humano in corpore monſtrum eſt,*
*Prorſus ad immanes dignus abire feras.*
*Vtq; breui dicam (quale inter ſidera quoddam*
*Nomen habet) dici debet hic Acephalus,*

## ¶ Sententiae Philosophorvm,

Qui omnibus voluptatibus perfruitur, nullamque prætermit-…, is intemperans iudicandus eſt. *Ethic. l.2. c.2.*

Tactus vnus ex ſenſibus patet latiſſime, in quo ſita intemperan-…, quæ iure vt probrum maxime obiectatur: propterea quod … in nobis, non quatenus homines ſumus, ſed quatenus anima-… *Lib.3. Ethic. c.10.*

…dere quæcunque adſunt & potare dum ſupra modum com-…, id eſt, extra modum in eo prodire, quod ſecundum natu-… eſt. Expletio enim eius, quod deeſt, eius eſt cupiditatis, quæ … natura proficiſcitur. *Lib.3. Ethic. c 11.*

Intemperantes ſane omnibus in rebus modum tranſeunt. *ibid.*

Intemperantia exuperantia quædam eſt voluptatum, eoque vi-…peranda. *ibid.*

Intemperans quis appellatur, quod nulla ſe voluptate perfrui … moleſtius, quam decet. *lib.3. Ethic. c.11.*

Intemperantis res ſingulæ voluntate ac ſponte ſuſcipiuntur. …ppe qui eas appetat & concupiſcat. *lib.3. Ethic. c.12.*

Potius intemperantem appellari licet eum, qui nulla, aut leui …ditate incitatus, magnas & immodicas voluptates ſequatur, … mediocres dolores fugiat: quam eum, qui idem faciat magnis …q; cupiditatibus impulſus. *lib.7. Ethic. c.4.*

Qui immoderatas voluptates perſequitur, aut quia magnę ſunt, … ac de induſtria propter ſe, non propter aliud quid ex eis …quens, is intemperans habendus eſt. Quem quoniam neceſſe … nullius facti pœnitere, eſt inſanabilis. *lib.7. Ethic. c,7.*

Intemperantes ex quibuſdam rebus percipiunt voluptatem, ex …bus, quoniam odio dignæ ſunt, non decet percipere, & ſi qui-… ex rebus voluptas capienda eſt, ex iis capiunt maiorem, quam …tant, velut vulgus. *Ethic. l.3. c.11.*

Intemperantia magis noſtra voluntate ſuſcipitur, quam timidi-… ignauia. Illa enim ex voluptate, hæc ex dolore naſcitur, quo-… voluptas expetenda eſt dolorq; fugiendus. *Ethic. l.3. c.2.*

Quia propenſiores ſumus ad voluptates natura: idcirco ad in-…temperantiam ſumus, quam ad modeſtiam procliuiores. *Libro 2. …hic. cap.9.*

Intemperans omnes voluptates concupiſcit, aut certe maxi-…, iiſque voluptatibus capitur, eas vt rebus omnibus antepo-… Itaque & non fruendo angitur, & concupiſcendo. *Ethic. lib.3. …*

Quædam intemperantes etiam agunt vtilia: verum non pro-… vtilitatem, ſed propter voluptatem. *Lib.1. Rhetoric. ad Theod.*

Si quis quæſtus cauſa ſtuprum inferat, quæſtumq; inde faciat, … cupiditate incenſus idem de ſuo largiens, & cum damno re-… furum faciat: Is intemperans potius, quam auidus eſſe vi-…tur: ille iniuſtus, intemperans non item. *Ethic. l.5. c.2.*

## ¶ Apophthegmata.

*Diogenes.* Quum adoleſcentem quendam inſigni forma plurimi … Diogenes incuruato corpore ſinum lupinis implebat. … hoc ſpectaculum conuerſis omnium oculis aiebat; Mirari ſe, … adoleſcentulo dimiſſo ſeſe intuerentur, obiter notans illorum …temperantiam. *Laert. l.6.*

*Idem* dicebat, pleroſque viuos quidem ſeipſos putrefacere bal-… humectantes, & re venerea tabefacientes. Morientes autem … mandare corpus in ſuffimentis aromaticis recondi, alios … in melle, ne cito computreſcerent. *Stobæus ſermone de In-temperantia.*

*Idem*, earum ædium, in quibus copia eſt alimentorum, dicebat …tos eſſe mures & feles: ſic etiam corpora intemperantium ho-… morbos quoq; multos aſciſcere. *Eod ſerm.*

*Idem* ridebat eos, qui cellas promptuarias obſeruant vectibus, … & ſignaculis: corpus autem ſuum multis feneſtris & ianuis a-…, per os, pudenda, aures & oculos. *ibid.*

*Plato* dicebat, difficile eſſe inuenire intemperantibus quidem bonam voluptatem, ægrotantibus autem ſalubrem.

*Demetrius Phalereus* conſpicatus iuuenem intemperantiæ deditum: Ecce, inquit, quadratus Mercurius, habens ſyrma, ventrem, pudenda, & barbam. Sentiens, illum non eſſe hominem, ſed ſtatuam, qualis in viis ſolet poni Mercurio: hoc illi diſſimilem, quod effœminatorum more traheret veſtem, quod deditus eſſet ventri ac libidini: quodq; barbatus eſſet, cum nihil horum habeat Mercurius. *Laert. l.5. c.5.*

*Anonymus*, Chryſippi diſcipulus medicus non ignobilis, hominem quendam ex nimia intemperantia grauiter decumbentem, non ſanari poſſe putauit. Verum alius medicus cum eundem acceſſiſſet, ſe ſanaturum pollicitus eſt, reſponditque, Chryſippi diſcipulos reſpicere morbum; ſe vero animum. Voluit autem ſignificare, tum demum hominum morbo liberari commode poſſe, ſi intemperantiæ ſtudio penitus valedixiſſet, & eius radices ex animo abiecisſet. *Ex Celſi lib.3.*

*Ariſtoteles* dicebat, intemperantiam eſſe vitium partis concupiſcibilis, quo homines frui voluptatibus illicitis appetunt. *Stob.*

## ¶ Similitvdines.

*Ciceronis*, Quemadmodum temperantia ſedat omnes appetitiones, & efficit, vt hæ rectæ rationi pareant, conſeruatque conſiderata iudicia mentis: Sic huic inimica intemperantia omnem animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. *lib.4. Tuſc. quæſt.*

*Diogenes.* Phryne ſcortum cum Venerem auream Delphis obtuliſſet, eam Diogenes Cynicus ita inſcripſit. Ex Græcorum intemperantia. *Bruſ. recitat. l. c.23.*

*Euſebius Philoſophus*, Sicut, *inquit*, venti nauem correptam huc illuc ferentes quaſſant, & inobedientem efficiunt gubernatori: itidem animam agitans, & menti immorigeram eſſe cogens intemperantia, tranquillam eſſe, & in portu quieſcere non permittit. *Stob. ſerm.6.*

## ¶ Adagia.

Myconius vicinus. Μυκόνιος γείτων.

*In eum, qui non vocatus ad conuiuium accedit. Nam Myconii ligurriones erant, & alienæ appetentes menſæ.*

Vnico digitulo ſcalpit caput.

*Molles atq; effœminati vno digito caput ſcalpere dicuntur, nimirum ſolliciti ne comam ſtudioſe compoſitam perturbent.*

Baceli ſimilis. ἴκελος Βακήλῳ καὶ βάκηλος εἶ.

*In Cynædos ac parum viros dictum, aut in magnos quidem corpore, ſed animo ſtupidos.*

Hernioſus vſque ad gulam. Ψωλὸς μέχρι τοῦ μιῤῥίνου.

*Quadrat in vehementer hernioſum. Carmen eſt apud Ariſtophanem in Equitibus.*

Ψωλὸν γένεσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μιῤῥίνου.
*Sis hernioſus oportet ipſam vſq; ad gulam.*

Batalus. Βάταλος εἶ.

*Id eſt: Batalus es, olim in effœminatos per contumeliã dicebatur.* Βαταλίζεσθαι.

*Dicuntur, qui turpiter atq; effœminate viuunt.*

Tibicinis vitam viuis. αὐλητοῦ βίον ζῇς

*In eum dicebatur, qui laute quidem, ſed alieno viueret ſumptu.*

Du lebeſt wie ein Pfeiffer in der Gartůchen.

Vt Corinthia videris. ὦ Κορίνθια ἔοικας χοιροπωλήσειν. *Plutarchus.*

*Id eſt: Corinthia videris corpore quæſtum factura. In mulierem intempeſtiuius libidinantem.*

Agathonica cantio. Ἀγαθώνιος αὔλησις *Zenodot.*

*Recte dicitur de oratione blanda magis quam frugifera.*

Chalcidiſſare. χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδεύεσθαι.

*Dicebantur, qui rapaciores & plus ſatis ad rem attenti viderentur.*

Phicidiſſare. φικιδίζειν.

*Dicebantur vulgo puerorum obſcœnis amoribus dediti.*

Κλειτοριάζειν.

*Vulgato conuitio dicebantur ii, qui puerorum amorib. oblectarentur (vt Diogenianus ait) aut mulieres immodice libidinoſæ.*

Chliſtenem video. Κλεισθένην ὁρῶ.

*Chliſtenes hic male audit, & comicorum conuitiis laceratus eſt quod parum vir haberetur, ſeque cultu indecoro, velut in mulierem transfiguraret.*

Cleocritus. Κλεόκριτος.

*In nominis contumeliæ cauſa iaciebatur in cinædos ac molles, ac parum viros.*

Sinopiſſas. Σινωπίζεις.

*Id eſt: Laſciuis. A Sinope ſcorto quodam celebratæ laſciuiæ, cui cognomen hinc inditum videtur, quod noxia eſſet oculis.*

Sus per roſas. ὗς διὰ ῥόδων.

*Dicitur de agreſtibus & intractabilibus.*

Aries cornibus laſciuiens. κριὸς ἀσελγοκέρως.

*Diogenianus oſtendit conuenire in magnos & laſciuos. Pruriunt cornua arietibus bene paſtis, quod idem accidit bubus.*

Ιπ πομανεῖν.

*Dicebantur prouerbiali conuitio fœminæ viroſa, ac libidine præter modum prurientes.*

Caprarius in æſtu. αἰπόλος ἐν καύματι.

*Confine illi: Lydus in meridie. Poteſt ad quamuis voluptatem accommodari in tempore adhibitam.*

Quæ ſub alis fiunt. αἱ ὑπὸ μάλης πράξεις.

*Ad laborem, ad res honeſtas ſegnis, in his rebus quæ ſub alis fiunt, nihil recuſat. De adulatore loquitur, ad honeſta officia tum pigro, tum inutili ad voluptuaria miniſteria prompto.*

E Maſſilia veniſti. ἐκ Μασσηλίας ἥκεις.

*Suidas ait, dici ſolitum de iis, qui cultu parum viris decoro vterentur: quod Maſſilienſes luxu perditi, muliebrem ferme in modum ornarentur, comis vnguento delibutis.*

Complura maſculi canis cubilia. πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί.

*Recte dicitur in hominem mulieroſum, peculiariter in eum, qui non contentus certo thoro, paſſim per aliena cubilia volutari gaudeat.*

Lentiſcum mandere. σχῖνον διατρώγειν.

*Lentiſcum mandere vel arrodere dicuntur ij qui nimio comedendi corporis ſtudio ſuperfluunt.*

Peniciſſare. Πηνικίζειν μοι δοκεῖς.

*Perinde valeat, quaſi dicas, fucum facere.*

Πτερυγίζειν.

*Dicitur, qui conatur & geſtit quippiam efficere. Lucianus vſurpat pro indecore & ſcurriliter geſticulari.*

Voluptas fœda.

*In voluptatem in honeſtam, aut ſcortum ad perniciem iuueni omnibus inſtructum artibus, quadrabit illud ex Odyſſ. κ. dictum de Circe.*

Ηκεν ἅπαντας.
Η σῦς, ἠὲ λύκους ποιήσεται, ἠὲ λέοντας.
*Siquidem omnes*
*Fecerit illa ſueſue, lupoſue, leones.*

Αλλοτριοφάγοι. *Athenæus.*

*Vocantur, quibus dulce eſt aliena viuere quadra. Huius farinæ eſt quod ſequitur illud Diogeniani: Melle teipſum perungis* ſchmorotzer.

Samiorum flores. Σαμίων ἄνθη.

*Vbiquis extremam voluptatem decerperet.*

Sponſi vita. Νυμφίου βίος.

*Pro molli ac delicata. Confine illi, quod alibi relatum eſt: Muſica vita.*

Melle teipſum perungis. ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις. *Diogen.*

*Id eſt in melle teipſum obuoluis, oblinisq́; h.e. molliter ſuauiterq́; vitam agis, quaſi parum ſit veſci melle niſi totus ſis melleus.*

Samiorum laurea. Σαμίων λαύρα *Plut.*

*Dictitabatur in turpibus addicto voluptatibus.*

Sardanapalus. Σαρδανάπαλος *Ariſtoph.*

*Huius cognomen ob inſignem hominis mollitiem abiit in prouerbium.*

Lesbiis digna. Λεσβίων ἄξια.

*De rebus irritis dicebatur, ob id, vt coniicio, quod Lesbii ob vanitatem vulgo male audirent.*

Lesbiari. Λεσβιάζειν.

*Antiquitus polluere dicebatur.*

Corinthiari. Κορινθιάζεσθαι. *Stephan.*

*Veteres vulgato ioco dicebant eos, qui ſcortationibus ac luſtris indulgerent, vel qui lenocinium exercent.*

Lydus in meridie. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.

*In hominem inſatiatæ aut etiam intempeſtiuæ libidinis dictitabitur.*

Lydus cauponatur. Λυδὸς καπηλεύει. *Suidas.*

*In effœminatos & voluptatibus addictos.*

Pepones. Πέπονες.

*Prouerbiali conuitio dicuntur homines molles, parumq́; viri. Homerus. ὦ Πέπον, ὦ Μενέλαε. ò Pepon. ò Menelae.*

Lydio more. Λυδίῳ νόμῳ *Heſych.*

*Lydia lege ſiue Lydia cantione conuenit, quoties ariolatur aliquis, & auguriis, diuinationibusq́; ſeruit. Hac enim ſuperſtitione Lydi laboraſſe feruntur.*

*Vide tit. de Libidine, Scortatione, Luxuria, Gula, Voluptate.*

# Intentio.

## ¶ LOCI BIBLICI.

INtentio noſtra in Dei cultu conſtituendo, ſequenda non eſt, *Deut* 12.1. *Prou.* 14.12. & 16.25. *Eſa.* 3.8. & 65.11. & 66.3.4. *Ioann.* 16.2. 1. *Tim.* 4.1.3 *Col.* 2.8.23. Eorum qui ſuam intentionem ſecuti, lapſi ſunt, *exempla*: Ioſeph. *Gen* 48. *v* 18.19. Ioſaphat, *Num.* 11.28.29. Mater Michæ, *Iud.* 17.3. Saul, 1. *Sam.* 15 15. ducenti Viri, ſeu populus Abſolonem ſecutus, 2. *Sam.* 15.11. Rex Iſrael, 1. *Reg.* 20.42. Giezi, 2. *Reg.* 4.27. Ozias, 2. *Par.* 26..6. Petrus, *Matth.* 19.21. *Ioan.* 13.8... 10,13. *Luc.* 16.18. Ioan, *Marc* 9.38.39. Iacob & Ioan. *Luc.*... Iudæi, *Rom.* 10.2. Paul, *Gal.* 1.13. Intentiones quas vocant... euertuntur, quod ὑπακούειν, id eſt, obedire, *Rom.*... ῥύσσειν, id eſt, prædicare (vt ex locis citatis, & ipſa re... apparet) ſe mutuo reſpiciunt. Intentiones damnantur... *Rom.* 14.7, *Coll.* 2.23. 1. *Tim.* 4.2.3.

## ¶ PATRUM SENTENTIÆ.

Quod non bona intentione facis, non tibi prodeſt... modo feceris, non quomodo illi euenerit, tibi imputatur... *in Matth.*

Si ſemel cor intentione corrumpitur, ſequentis... etas & terminus ab hoſte callido ſecure poſſidetur... arborem ſibi fructus ferre conſpicit, quam veneni dente... vulnerauit. Summa cura vigilandum eſt, ne vel bona... uiens mens reproba intentione polluatur. *Greg. in mor.*

Humanæ aures talia verba noſtra iudicant, qualia... diuina vero iudicia foris audiuntur, qualia ex intimis... *lib.* 28. *mor.*

Valde laborioſum eſt cuſtodire, ne mala homo facere... in bonis actibus per intentionem titubet: & inter recta... ſtra cogitatio illudat. *lib.* 11. *mor.*

Sicut fabrica columnis, columnæ autem baſibus... vita noſtra in virtutibus, virtutes autem in intentione... ſiſtunt. *in mor.*

Vt interior oculus vere ſimplex ſit, duo illi arbitri... ria: charitatem in intentione, & veritatem in electione... denique ſimplex erit oculus, cum ignorantia veritatis... num diligit, & malum neſcius agit? Huius bonus eſt... lus, quia pius: non tamen ſimplex quia cœcus. Ecclesia... & libenter agit, & prudenter intelligit. Illius vero oculum... merito ſimplicem dixerim, vtpote cui neutrum bonum... zelus ſcilicet bonus, nec ſcientia: is vero oculus nequam... peruerſus pariter cœcus bonum agit, & malum credit... *præcepto & diſpenſatione.*

Bonum prorſus condemnat intentio praua, & non p... ſat recta. *ibid.*

Cauſa actum poterit decorare, ſi aut neceſſitate ſub... tilitate vigeat, aut honeſtate ſplendeſcat, aut cum ... tota valeat ſubſtantia operis tolerari, opus non ex ſe... fit crimen: nec aliqua virtutis oſtentatione clareſcit, ... originem præbet. *Chryſ. in tract. de ſymb.*

## ¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Intentio requiritur ad actum cuiuslibet, cognoſcentis... quæ ad multa referri non poteſt, niſi hæc inuicem ita ... ta, vt quaſi vnum accipiat. *Steph. Comb. de tranſitu ...um. lib.* 6.

Intentio vniuerſalis alia eſt ab intentione imaginata... *aui. tex.* 6.

Intentiones, quas recipit ſenſus, ſunt particulares, quas... cipit intellectus, ſunt vniuerſales. *Idem 2. de auibus. tex.*

Intentiones cum ſint diuerſæ, & virtutes ſunt diuerſæ... *auibus* 12.

# Inuidia. Inuidentia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

INuidia, Græce φθόνος. ου, ὁ, & φθονερός, οῦ, ὁ, inuidus ... autem inuidia, triſtitia de bonis alienis, *ſecund. Ioan. D...*

Inuidia eſt odium felicitatis alienæ. *ſecund. Hug. lib... mentis. & Auguſt. ſup. Pſalm. Conuertit cor eorum.*

Inuidia eſt triſtitia in apparenti felicitate alicuius, *ſecund. A... riſtot. lib.* 2 *Topicorum.*

Inuidia eſt triſtitia de bono alterius, in quantum æſtimatur... minuere gloriam propriam. *ſecundum B. Thom. ſecund. ſecund. quæſt.* 36. *art.* 1.

Inuidia dolor eſt de bonorum proſperitatibus, qui torquet... cat, afflat, exoſſatq; inuidentes quaſi tortor, quidam ex ... vltoribus ad mortalium exterminia miſſus.

Inuidentia eſt ægritudo ſuſcepta propter alterius res ſecundas... quæ nihil noceant inuidenti. Nam ſi quis doleat eius rebus ſecun... dis, à quo ipſe lædatur, non recte dicitur inuidere: vt ſi Hector A... gamemnon. *ex Cic. l.* 4. *Tuſc. quæſt.*

Inuidia ab inuidentia ſic differt, quod inuidia non ſolum ad eum... qui inuidet, ſed etiam ad eum, cui inuidetur, referri poteſt. Inui... dentia vero in eum demum cadit, qui inuidet. Vel inuidia ... inuidendi, inuidentia ipſa ægritudo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Inuidia, dolor conceptus ex aliena proſperitate, Gr. φθόνος, q. d. ... Inuidus enim in corde ſuo proximi felicitatem interficit, & ... Deo eſt homicida. Heb. *Kineah*, Æmulatio, Zelus, Zelotypia, Inuidia. *Kanno*, Zelotes, qui ægre fert iniurias. *Kanna*, idem ſignificat. *Kineah*, igitur eſt vox media, à verbo *Kinne*, æmulatus eſt, prouocauit, zelum habuit vel ex inuidia, vel fauore, indignatus eſt, ægre tulit: vt autem aliquoties boni viri indigne ferunt impiorum profanam & infelicem felicitatem: contra Inuidus (vt inquit poeta) alterius macreſcit rebus opimis.

## ¶ DIVISIO.

Inuidia eſt triſtitia de bono alieno, quo triſtamur quadrupliciter.

- 1. *Cum quis dolet de bono alterius, in quantum ex eo timetur nocumentum, vel ſibiipſi vel aliis. De qua Gregorius 22. Mortalium ait: euenire plerunq; ſolet & reliqua. Vide infra tractatu de inuidia.*
- 2. *Cum triſtamur de bono alterius ex eo quod nobis deeſt bonum, quod alius habet. Et hoc eſt proprie Zelus, vt dicit Philoſophus 2. Rhetoricorum, & eſt laudabilis, ſi ſit circa honeſta. Si autem ſit de bonis temporalibus, poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato, q.36.art.3.*
- 3. *Cum quis triſtatur de bono alterius, inquantum ille, cui accidit, eſt eo indignus. Et talis triſtitia (quia eſt de diuitiis, & aliis quæ dignis & indignis euenire poſſunt) vocatur à Philoſopho* νέμεσις, *licet apud Ariſtotelem approbata, prohibita tamen Chriſtiana religione.*
- 4. *Cum quis triſtatur de bono alterius in quantum eum excedit in bonis, & hoc proprie eſt inuidia, & ſemper mala quia dolet eo quo eſt gaudendum, & eſt peccatum.*
  - *Mortale ſemper, & ex genere ſuo, quando adeſt conſenſus rationis: quia directe opponitur charitati proximi, q.36.art.3.*
  - *Veniale, quando eſt in ſola ſenſualitate, non accedente conſenſu rationis, vt ſunt primi motus, qui etiam ſunt in perfectis, q 36.art.3.*
  - *Capitale, quia ex ea oriuntur quæſt. 34.art.6.*
    - *Suſurratio, Quando quis quærit minuere gloriam alterius in occulto.*
    - *Detractio, quando quis quærit aperte gloriam alterius minuere.*
    - *Exultatio in aduerſis proximi.*
    - *Afflictio in poſteris proximi.*
    - *Odium, quo non ſolum quis triſtatur de ſuperexcellētia alterius, ſed vlterius vult ſimpliciter eius mala.*

*Ex B. Thoma ſecunda Secundæ.*

## ¶ LOCI BIBLICI.

Inuidia & odium, *Gen.*4.5.& 26.14.& 27.41.& 30.1.& 37.*v.*4.11. *Exod.*18.& 20.13. *Leu.*19.*v* 17 *Num.*12.1.& 35.*v.*20.23. *Deut.*19.11.1. *Sam.*18.*v.*5.11 *Sap.*2.24. *Prou.*10.*verſ.*12.18. *Ezech.*25.*v.*15. *Dan.*6.3. *Luc.*15.28. *Ioan.*12.4. *Rom.*1.29.& 13.*v.*13. *Gal.*5.*v.*15.20. *Iac.*3.*v.*14.& 1. *Pet.*2.1.1. *Ioan.*3.13.& 4.*v.*20. Inuidia damnatur, *Iob.*5.2. *Pſalm.*37.& 37.3. *Prou.*14.30. *Rom.*1.29.1. *Corinth.*13.4.2. *Corinth.*12.*v.*20. *Gal.*5.*v.*21. *Tit* 3 *v.*3. *Iacob.*3.14.& 4.*v.*2.5.1. *Pet.*2.*v.*1.2. Inuidia, communis omnium morbus, *Eccl.*4.*v.*4. ex quæſtionibus & pugnis naſcitur, 1. *Tim.*6.4. Inuidiæ merces, *Prou.*28.22.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat: & exultaui, quia inueniſſet eum malum. *Iob.*31.

Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniam in ſimilitudine arioli & coniectoris æſtimat, quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius non eſt tecum.

Alius alium per inuidiam occidit. *Sap.*14.

Omnes obediunt vni, & non eſt inuidia, neque zelus inter eos (tonantes vel ſublimes) 1. *Mach.*8.

An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum. *Matth.*20.

Non in contentione & æmulatione, *Rom.*13.

Cum ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis? Propter quid Cain occidit Abel? quia opera eius erant maligna, fratris autem eius iuſta, 2. *Iob.*3.

Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem Chriſtum prædicant: quidam autem, & propter bonam voluntatem. *Phil.*1.

Væ illis, qui in viam Cain abierunt. *Iudæ epiſt.*

*Inuidia Deum prouocat ad iram.*

Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. *Prou.*18.

Vir qui feſtinat ditari & aliis inuidet, ignorat, quod egeſtas ſuperueniet ei. 28.

Neque cum inuidia tabeſcente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ, *Sap.*1.

Non enim efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. *Gal.*5.

Vbi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum. *Iacob.*5.

Deponentes igitur omnem malitiam, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, 1. *Pet.*2.

*Proximum ſupplantat.*

Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animaduerti patere inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt. *Eccl* 4.

Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. *Sap.*2.

*Seipſum cruciat.*

Paruulum occidit inuidia. *Iob.*5.

Vita carnium, ſanitas cordis, putredo oſſium, inuidia. *Prouerb.*14.

Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius, & hæc redditio eſt malitiæ illius. *Eccl.*14.

## ¶ PATRUM SENTENTIÆ.

Inuide, quid ſuſpiras? Propriumne malum, an alienum bonum? *D.Baſil.*

Vultures ad male olentia corpora præteritis amœnis & odoriferis locis feruntur, & muſcæ ſana præteruolantes ad vlcera feſtinant: ſic inuidi ſplendida & magna & præclare facta ne intuentur quidem, ſed putria inuadunt. *idem.*

Vt ærugo ferrum, ſic inuidia quem infecit, animum conſumit. *idem.*

Rubigo peculiare eſt vitium frumenti: & inuidia morbus eſt amicitiæ. *idem.*

Canes nutricatione cicurantur, & cultu manſueſcunt leones: inuidi vero ad obſequium magis efferantur. *Baſil. ſerm. de inuidia, & aliis locis.*

Inuidia probum virum ſequitur, œſtrum exiſtens impuri ſpiritus. Qui hunc ſuſcepit ac velut pectore complexus eſt, nihil aliud habet quam quod animam ſuam exeſt & diſſecat, ſimulq; cum corpore abſumit mœrorum acerbiſſimum ac ſolatii omnis expertem aliorum proſperitatem exiſtimans. *Greg. Nazian in Eccl.*

Inuidia, peſtiferum malum, hominem in diaboli conditionem ac in dæmonem immitiſſimum conuertit. Per eum mors venit in mundum, propter ipſam Abel eſt interemptus, Dauid cædis periculum ſubiit, & Iudæi Chriſtum interfecerunt. Inuidi aduerſa aliorum fortuna, vt Scarabei alieno ſtercore, nutriuntur. *Chryſ. in hom.*

Iudæi inde perierunt, quod Chriſto maluerunt inuidere quam credere. *Cypr. in ſerm. de liuore.*

Inuidia radix eſt malorum omnium, fons cladium, ſeminarium delictorum, materia culparum, &c. Mala cætera habent terminum: inuidia autem eſt malum iugiter permanens, & ſine fine peccatum: quantoq; ille cui inuidetur, ſucceſſu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardeſcit. Hinc vultus minax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, ſtridor in dentibus, verba rabida, effrenata conuitia, manus ad cædis violentiam prompta, etiam ſi à gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis armata. *ibid.*

Fuge inuidiam quæ non ſolum alienos verum multo magis eum quem poſſederit, lacerare conſueuit. *Amb. l. de fuga ſeculi.*

Inuidia eſt filia ſuperbiæ: ſed iſta mater ſuberbia neſcit eſſe ſterilis: vbi fuerit, continuo parit; ſuffoca matrem, & non erit filia. *Aug. de Verb. Domin.*

Inuidia vitium diabolicum, quo ſolo diabolus reus eſt & inexpiabiliter reus. Non enim diabolo dicitur, vt damnetur, adulterium commiſiſti: furtum feciſti: villam alienam rapuiſti: ſed homini ſtanti inuidiſti. *idem l.1. de doct. Chriſtian.*

Tolle inuidiam, & tuum eſt quod habeo: tollam inuidiam, & meum eſt quod habes. *idem in Ioan.*

Inuidia eſt odium alienæ felicitatis, reſpectu ſuperiorum, qui eis non æquatur: reſpectu inferiorum, ne ſibi æquentur: reſpectu parium, quia ſibi æquantur. Vnde Cain inuidet Abel proſperitati, Rachel Liæ fœcunditati, Saul Dauid felicitati. Per inuidiam procuratus eſt lapſus mundi, & mors Chriſti. *in quod ſerm.*

Oro te, quid inuido delectationis præſtat inuidia? quem ſecretis quibuſdam conſcientiæ vngulis liuor ipſe diſcerpit: & alienam felicitatem tormentum facit? *Hieronymus in epiſtola ad Demet.*

Inuidi color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigeſcunt, fit incogitatione rabies, in dentibus ſtridor. Nam quam inuidi mentem liuor excruciat, bonum quod appetit, ſibi ab alio adimi aut reſtringi metuit: qui ergo liuoris peſte plene carere deſiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non anguſtat. *Gregorius* 12. *homil.*

Inuidus nihil lætum de propriis libat, quia tabeſcentem mentem ſua pœna ſauciat, quam felicitas torquet aliena: & quanto operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis liuore profundius ſuffoditur, vt quo alii ad meliora properant, eo ipſo deterius ruant. *idem in Moral.*

Tanto quiſquis plus inuidet aliis præſentia bona, quantò minus ea ipſe contempſerit. *ibid.*

Dum electi proficiunt, reprobi ad rabiem furoris excitantur, & bona neſcentia quæ nolunt imitari perſequuntur. *ibid.*

O inuidia, quæ ſemper ſibi eſt inimica: nam qui inuidet, ſibi quidem ignominiam facit: illi autem cui inuidet, gloriam parit. *Chryſoſt. ſup. Matth.*

Tantos inuidus habet iuſtæ pœnæ tortores, quantos inuidioſus habuit laudatores. *Proſ. l.* 3. *de vitiis & virtutib.*

Inuidia in ſuum autorem reciproca, eſt de bono alterius tabeſcentis animi cruciatus. *ibid.*

Inuidia iuſtius nihil eſt, quæ protinus ipſum auctorem perimit excruciatq; ſuum. *ibid.*

Inuido vultus minax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, in dentibus ſtridor, verba rabida, & effrenata conuitia & manus ad violentiam prompta. *Pet. Rau.*

Virum fortem excitat ad virtutis exercitium alieni liuoris aculeus, nec mentis oculus torquere permittit. Inuidia detractus Iacob, qui in baculo ſuo Iordanem tranſierat, non rediſſet cum duabus turmis, niſi eum inuidia Eſau agitaſſet. Ioſeph non imperaſſet Ægypto, niſi fratrum inuidia ipſum vendidiſſet: Scriptum quippe eſt: Abel eſſe non poteſt, quem Cain malitia non exercet. *ibid.*

Inuidis aliena proſperitas aduerſa, aliena aduerſitas proſpera iudicatur: hi in aliena gratulatione triſtantur, in aliena triſtitia gratulantur. Iſti ſuas in aliena paupertate diuitias, ſuam paupertatem in alienis diuitijs mentiuntur. Iſti autem alienæ famæ ſerenitatem detractionis nubilo nubilare conantur, aut eiuſdem gloriam ſola taciturnitate furari. Iſti autem puram alienæ probitati ſynceritatem fermentant, aut veris falſitatis fermenta maritant. Sapientiæ gloriam degloriat liuor inglorius. *Alanus, de complanctu naturæ.*

Inuidia quod monſtroſius monſtrum? aut quod damnoſius damnum? quæ culpabilior culpa? quæ pœnalior pœna? hæc eſt erroneæ cœcitatis abyſſus, humanæ mentis infernus, contentionis ſtimulus, corruptionis aculeus. Qui ſunt inuidiæ motus, niſi humanæ tranquillitatis hoſtes, mundanæ tentationis ſatellites, animi laborantis vigiles hoſtes, alienæ felicitatis excubiæ? *ibidem.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Vergil. de Liuo.

*Liuor tabeſicum malis venenum*
*Intactu vocat oſsibus medullas.*
*Et totum bibit artubus cruorem.*
*Quid quiſq; furit, inuidetque forti:*
*Vt debet ſibi pœna ſemper ipſe eſt.*
*Teſtatur gemitu graues dolores.*
*Suſpirat, gemit, incutitque dentes.*
*Sudat frigidus, intuens quod odit.*
*Effundit mala lingua virus atrum;*
*Pallor terribilis genas colorat.*
*Infelix macies renudat oſſa.*
*Non lux, non cibus eſt ſuauis illi,*
*Nec potus iuuat aut ſapor Lyæi.*
*Nec ſi pocula Iuppiter propinet,*
*Atque hæc porrigat & miniſtret Hebe;*
*Aut tradat. Ganymedes ipſe nectar,*
*Non ſomnum capit, aut quieſcit vnquam.*
*Torquet viſcera carnifex cruentus.*
*Veſano tacitos mouet furores.*
*Intentans animo faces Erinnys,*
*Letalis, Titiiq; vultur intus,*
*Qui ſemper lacerat comeſtque mentem.*
*Viuit pectore ſub dolente vulnus,*
*Quod Chironia nec manus leuaret.*
*Nec Phœbus, ſoboleſue chara Phœbi.*

Ouid. 1. de Arte.

*Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris:*
*Vicinumque pecus grandius vber habet.*

Luca. lib. 1.

*Stimulos dedit æmula virtus,*
*Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem,*
*Pompeiuſue parem.*

Horat. 1. Epiſt. ad Lol. 2.

*Inuidus alterius rebus marceſcit opimis.*
*Inuidia Siculi non inuenere tyranni maius tormentum.*

Ouid. 3. de Pont.

*Scripta placent à morte quidem, quia lædere viuos*
*Liuor, & iniuſto carpere dente ſolet.*
*Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit:*
*Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honos.*

Horat. Od. 14. lib. 3.

*Clarus poſt genitis, quatenus heu nefas!*
*Virtutem incolumem odimus:*
*Sublatam ex oculis quærimus inuidi.*

Idem lib. 2. Epiſt. ad Auguſt.

*—— diram qui contudit hydram,*
*Notaque fatali portenta labore ſubegit:*
*Comperit inuidiam ſupremo fine domari.*
*Vrit enim fulgore ſuo, qui prægrauat artes*
*Infra ſe poſitas extinctus amabitur idem.*

Martialis.

*Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter,*
*Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.*

Heſiod. in Oper. & Dieb.

*Semper vicinis vicino eſt æmulus, hunc ſi*
*Condere cernit opes properantem grauiter:*
*Concertatio conducit mortalibus iſta.*
*Odit fabrum faber figuloque moleſtus*
*Eſt figulus: mendico protinus inuidet alter*
*Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.*
*Inuidioſum præſtat eſſe quam miſerabilem.*

Anthol Sacr. Iacobi Billii.

Aduerſus Inuidiam.

*Ob tua quam grauiter plecteris crimina tandem*
*Inuide, cum bona te nunc aliena premunt!*
*O miſerum! cuius dolor eſt aliena voluptas:*
*Quoque alius gaudet, ringeris ipſe bono.*
*Vulneribus quanam arte tuis afferre medelam*
*Quis valeat, cum tu vulnera tecta geras!*
*Sit licet iniuſtus liuor, nil iuſtius illo eſt.*
*Namque premens alios opprimit ante patrem.*

Stat. 5. Sil. 1.

*Quiſnam impacata conſanguinitate ligauit*
*Fortunam, inuidiamque Deus? quis iuſſit iniquas*
*Æternum bellare Deas? nullamne notauit*
*Illa domum toruo quam non hæc lumine figat,*
*Protinus, & ſæua perturbet gaudia dextra!*
*Florebant hilares, inconcuſſique Penates.*
*Nil mæſtum, quid enim, quamuis infida, leuiſque*
*Cæſare tam dextro poſſet fortuna timeri!*

Silius. 13.

*Magnanima inuidia virtus caret.*

Stat. 2. Theb.

*Nec liuida tabes*
*Inuidiæ quanquam functis, & lumine caſſis*
*Defuit vnus ibi ante alios, cui læua voluntas*
*Semper, & ad ſuperos hinc & grauis exitus*
*Inſultare malis, rebuſque ægreſcere lætis.*

Pallada.

*Peior liuore eſt miſeratio, Pindarus inquit.*
*Nam ſunt felices quos petit inuidia.*
*Horum nos contra miſeret, quorum aſpera ſors eſt.*
*At mihi donari non cupio alterutrum:*
*Vt nimium felix, vel ſim miſerabilis vlli,*
*Nam præſtat cunctis rebus adeſſe modum.*
*Quandoquidem celſa vicina pericula ſorti,*
*Imaque deprimitur non toleranda ſeres.*

Silius 11.

*Dum malus obtrectat facta immortalia liuor,*
*Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.*

Idem 17.

*O dirum exitium! o nihil vnquam*
*Creſcere nec magnas patiens exurgere laudes*
*Inuidia.*

Phocylides.

Μὴ φθονέῃς ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
Ἄφθονοι οὐρανίδαι, καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς,
Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα,
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν, ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
*Ne inuideas bona ſociis, ne maculam contrahas,*
*Sine inuidia cœleſtes etiam inter ſe ſunt.*

*Non inuidet luna multo præſtantioribus ſolis radiis.*
*Non tellus cæleſtibus altitudinibus, cum ſubter ipſa ſit:*
*Non flumina pelagis, ſed ſemper concordiam habent.*

Periander.

Μηδενὶ φθόνει
*Nemini inuidens.*
Ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτου νόσημα, οὕτως φθόνος φιλίας ἐστὶν ἀῤῥώστημα.
*Quemadmodum rubigo propria eſt frumenti ægritudo, ſic inuidia amicitiæ eſt infirmitas.*
Ὥσπερ ὁ ἰὸς σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὸν ψυχὴν ἐξαναψύχει.
*Quemadmodum ærugo ferrum, ſic inuidia animam illius in quo ineſt conſumit.*
Ὅσῳ γὰρ ἂν φθονῇς, τοσούτῳ μείζονα γίνῃ πρόξενος ἀγαθῶν τῷ φθονουμένῳ.
*Quo magis vtiq; inuidebis, tanto maiorum fies cauſa bonorum inuiſo.*

Heſiodus.

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ,
*Et figulus figulo iraſcitur, & lignario lignarius.*
*Et pauper inuidet, & poeta poetæ.*

Exprimo Epigrammatum.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον, ἔχει δ᾽ ἔτι καλὸν ἐν αὐτῷ.
Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα, καὶ κραδίην.
*Inuidia eſt peſſimum quid, ſed habet quoddam pulchrum in ſe.*
*Conſumit enim inuidentium oculos & cor.*

Plautus in duobus captiuis.

*Eſt miſerorum, vt maleuolentes, ſint, atq; inuideant bonis.*

Idem in Truculento.

*Inuidere alii bene eſſe, tibi male eſt, miſeria eſt.*
*Qui inuident, egent: illi, quibus inuidetur, re habent.*

Lucanus lib. 4.

*Abſcidit noſtræ multum ſors inuida laudi.*

Ouid. Met. lib. 2. fab. 15. Inuidiam deſcribens.

*Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,*
*Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes,*
*Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.*
*Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores.*
*Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis:*
*Sed videt ingratos, intabeſcitq; videndo.*
*Succeſſus hominum carpitq; & carpitur vna*
*Suppliciumq; ſuum eſt.*

Idem lib. 1. Faſtorum.

*Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint*
*Iurgia, differ opus inuidia turba tuum.*

Idem lib. 1. de arte,

*Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit.*
*Tunc ſuus ex merito quemq; tuetur honos.*

Tibullus lib. 4.

*Nil opus inuidia eſt, procul abſit gloria vulgi,*
*Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.*

Mart. lib. 5. Epigram. ad Regulum.

*Eſſe quid hoc dicam, viuis quod fama negatur?*
*Et ſua quod rarus tempora lector amat?*
*Hi ſunt inuidiæ nimirum, Regule, mores,*
*Præferat antiquos ſemper vt ille nouis.*
*Sic veterem ingrati Pompei quærimus vmbram.*
*Et laudant Catuli Iulia templa ſenis.*
*Ennius eſt lectus, ſaluo tibi Roma Marone:*
*Et ſua riſerunt ſæcula Mæoniden.*
*Rara coronato plauſere theatra Menandro:*
*Norat Naſonem ſola Corynna ſuum.*
*Vos tamen ò noſtri non feſtinate libelli:*
*Si poſt fata venit gloria non propero.*

Horat. lib. 2. ſerm. Satyr. 3.

*Inuidiam placare paras virtute relicta:*
*Contemnere miſer: vitanda eſt improba Syren.*
*Deſidia, aut quicquid vita meliore paraſti,*
*Ponendum æquo animo.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPH. ET HIST.

De Inuidia & Liuore, DIAL. CVI. *Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Inuideo. R. Superior affectus vt bene tibi eſſet optabat: hic vt male ſit aliis, tanto hic illo & auaritia peior liuor. Bene ergo Sapiens idem de quo modo dicebam. Nequam inquit eſt oculus inuidi inſatiabilis oculus cupidi. D. Inuidia torqueor. R. *Inuidia Siculi non inuenere tyranni Maius tormentum.* Flaccus ait. Id q; ad veſtros tyrannos peſtilenti auſtro impellente, translatum eſt. D. Inuidia crucior. R. Simul & peccas & plecteris, expedita iuſtitia. D. Felicitas vicini mihi parit inuidiam. R. Credo hercule, nemo veſtrum Regi Parthorum, aut Perſarum inuidet, ne quidem vobis, fuit quando viciſſim inuidebatis, quia vicinitatem faciebat Imperii magnitudo, Sed an non ſatis eſt propriis malis angi? quæ tam multa ſunt, niſi & aliena bona nos crucient vndique miſeri & inſani? D. Vicinis inuideo, R. Tritus mos, Inuidia lippa eſt, longinqua non videt, vicinitas atque proſperitas inuidiæ ſunt parentes. D. Inuideo alienis bonis. R. Si eſt inuidus, & puſillanimis ſis, oportet: omnibus ex vitiis, nullum pigrius inuidia, altos in animos non aſcendit. Nullum quoque miſerius. Itaque reliqua omnia bonum aliquod, licet falſum, præſupponunt. Hæc ſolis malis paſcitur, & torquetur bonis, & quod aliis optat, iam ſibi habet malum, Alexandri ergo Macedonis dictum placet, Inuidos homines nil eſſe aliud quam tormenta, ſeu tortores ſuos proprios: leuis adoleſcentis verbum graue.

De inuidia. DIAL. XXXV.

DOL.

Inuidetur mihi à multis. R. Præſtat inuidioſum eſſe quam miſerabilem. D. Inuidia exerceor æmulorum. R. Et quis vnquam virtutis amicus, exercitio hoc caruit? Percurre animo omnes terras, omnia ſecula, cunctas hiſtorias euolue, vix inſignem virum hac immunem peſte reperies. Nolo nunc narrationem ingredi, quæ non longe nimis à propoſito diſtrahat, ſed ſi aliquid meminiſti, omnium quæ legiſti non poſſunt ignoti tibi eſſe quam plurimi, quorum comitatu, non tantum conſoleris, ſed etiam glorieris. D. Inuidetur mihi. R. Linque honores & officia publica, deſine inceſſu elato, & ſuperbo comitatu per ora ciuium volitare. Sequeſtra te ipſum quantum potes ab oculis multorum inuidorum, nec vultu, nec verbo, nec habitu, digito te notandum præbeas. Vulgus & liuor in plateis habitant, ſic & mala ferme omnia. Quidam hoſtes nullo melius modo quam fuga vincuntur, ac latebris. D. Et profugum & latentem liuor inſequitur. R. Tolle mali materiam, malum omne ſuſtuleris. Nimiis opibus modum pone, quicquid eximia ſpecie inflammare animos poteſt, vel abiice, vel abſconde. Si quid eſt, quo carere nolis, aut nequeas, modeſte vtere, inuidiam quam inſolentia exaſperat, humilitas lenit. Sunt quæ illam extinguant efficacia quidem, ſed morbo ipſe peiora remedia, miſeria ſcilicet & infamis vita, de quorum altero dictum eſt, miſeriam ſolam inuidia carere, de altero Socraticum illud, interroganti enim Alcibiadi, quibus modis inuidiam declinaret? reſpondit Socrates. Et viue inquit, vt Therſites, cuius vitam ſi neſcires in Homerica leges Iliade, ironicum planeque Socraticum reſponſum, Non enim eſt conſilium vt inuidiam vites, vitare virtutem, ſatiuſque eſt Achillem eſſe cum inuidia, quam Therſitem, ſine: quamuis illud conſtet, magnos interdum viros, vt ſecuri viuerent, & virtutem ad tempus & ingenium occultaſſe. D. Inuident mihi multi. R. Inuidiam niſi vel ignauia vel miſeria vix euades, quam ſi ſic euaſeris in contemptum incides, vtroque caruiſſe difficillimum. D. Inuidia multorum premor. R. Eſt vt perhibent calcandæ aliud iter inuidiæ, per excellentem gloriam, ſed pe raro veſtigio ſignatum, ita vt plures hoc calle gradientium in id quod fugiunt relabantur.

Inuidentia eſt ægritudo, ex alterius rebus ſecundis. *Cicero tertio Tuſc.*

Virtutis comes inuidia, plerunque bonos inſectatur. *quatuor ad Heren.*

Late patet hoc vitium, & eſt in multis inuidere ſcilicet. *Cicer. Appio Pulch. Fam. 3.*

Mos eſt hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere. *De Clar. Orat.*

Plerique ſunt inuidi, maximeque eſt hoc commune vitium & peruagatum: Inuidetur autem præſtanti florentique fortunæ. *2. de Orat.*

Inuident homines maxime paribus aut inferioribus cum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent euolaſſe: ſed etiam ſuperioribus inuident ſæpe vehementer, & eo magis, ſi intolerantius ſe iactant, & æqualitatem communis iuris, præſtantia dignitatis, aut fortunæ ſuæ tranſeunt. *Cic. 2. de Orat.*

In iudiciis inuidia imbecillis eſſe debet: nihilque homini eſt tam timendum, quam inuidia: nihil innocenti ſuſcepta inuidia tam optandum: quam æquum iudicium. *Cicero pro Cluen.*

Inuidia virtute parta gloria, non inuidia, putanda eſt. *1. inuect. in Catil.*

Inuidiam effugies, ſi te non ingeſſeris oculis, ſi bona tua non iactaueris, ſi ſcieris in ſinu gaudere. *Sen. 17. epiſt.*

Etſi multos inimicos tibi faciat iniuria, multos tamen faciet inuidia. *de mor.*

Homo ſum, quomodo deuitabo ſecularium rerum inuidiam? Facilius eſt pauperi contemptum effugere, quam diuiti inuidiam *ibidem.*

Vtinam inuidi oculos haberent in omnibus ciuitatibus, vt de omnium felicitatibus torquerentur: nam quanta felicium ſunt gaudia, tanti inuidorum ſunt gemitus. *idem.*

Venenum quod ſerpentes in alienam perniciem effundunt,



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſine ſua continent: non ita vitium inuidiæ continetur: nam inuidum torquet & macerat, bona odit & extenuat, iniurias vero dilatat atque audet. *in epiſt.*

Nunquam melius torquebis inuidos, quam virtuti & gloriæ ſeruiendo, *ibid.*

Inuidia tacite, ſed inimice iraſcitur. Inuidiam ferre aut fortis, aut felix poteſt. *ibid.*

Si non inuideris, maior eris: nam qui inuidet, minor eſt. Scito quod eſt inuidia, Dolor animi ex alienis commodis. Scito etiam & illud, quod nulli inuidet vir bonitate præditus. *In Prouerb.*

Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit: diuites enim ſunt alienis iacturis, locupletes, calamitatibus, immortales funeribus. Vnde quidam interrogatus, quomodo inuidos non haberet? reſpondit. Si nihil, inquit, ex magnis rebus habueris, aut nihil feliciter geſſeris: nam ſola miſeria caret inuidia. *Valer. Max. lib 4.*

Bono viro nunquam vlla de ſe innaſcitur inuidia. *Plato in Timæo.*

Iter facientes per ſolem neceſſario comitatur vmbra, incedentibus vero per gloriam, comes inuidia. *ibid.*

Leges non prohibuiſſent ſingulos pro arbitrio ſuo viuere, niſi alter alteri fuiſſet iniurius. Etenim inuidia ſeditionis parit initium. *Democrit.*

Vir multis quidem ſcientiis eruditus, ſed ob animi moleſtiam inuidiamque nolens aliis deſiderantibus communicare, ſimilis eſt malo vaſi, quod in ſe multa bona recondit, ſed antequam vſum ſui præbeant corrumpit. *Apollon fratri.*

Inuidia prorſus indicium eſt, malitiæ & vitii naturæ, nec excuſationem habet, propter quam conſequatur Veniam hoc malo affectus. *Demoſth.*

Quando æquitas & publica vtilitas ſuperantur inuidia, tum omnia ſurſum ac deorſum verſa exiſtimandum eſt. *Contra Ariſtogonum.*

Scio nonnullos liuore ductos morbo animi obtemperaturos. Tamen memor nullam vnquam virtutem caruiſſe inuidia (male etenim cum eo agitur, cui nullus inuidet) æquanimiter feram eorum dicacitatem. Solent inuidi, & qui præcipue ſuo ingenio diffidunt, aut qui præſtant imprudentia, alios detrahendo obloquendoque laceſſere, verum vtantur ſuo inſtituto ac moribus, modo id ſciant, mali tiam magnam partem veneni ſui bibere. *Xenoph. in Pædia Cyri lib. 1.*

Neque enim pericula præbent inuidiæ locum vllum aduerſus eos, qui aut excellunt armis, aut laudem appetunt, ſed diligunt potius, laudantque tanquam ſocios laborum, & communis vtilitatis propugnator. *idem lib. de vita Cyri.*

Quia inuidi atque maligni vitioſo oculo vident, quæ vident; & confuſi caligine nequitiæ in id cadunt, vt minus videndo plus videant: cum tamen id, quod eſt ita, vt eſt, videre non poſſint, in tantum enim captum cor obliquat inuidia, vt rectum natura non videat. *Paul. Oroſ. de Ormeſta l. 4.*

Inuidia, ſi ſecundum quid aduenerit, vt in diſcendo gratuita eſt. Simplex vero eſt proprii auctoris conſumptiua. *Boet de Scholaſt. diſcplina.*

Inuidia tanquam ignis ſumma petit. *Liuius.*

Nulla ingenia tam prona ad inuidiam ſunt, quam eorum, qui genus ac fortunas ſuas animis non æquant: quia virtutem, ac aliorum bonum oderunt. *idem Decad. 4. li. 5.*

Si quis inuidet bono viro fortunato, it etiam patriæ ac toti Reip. deniq; ſibi ipſi inuidet, Nam vir bonus feliciter agens, communis eſt proſperitas, & ciuitatis, & vniuſcuiuſque, qui felicitatis eius particeps fieri poteſt. *Euſeb.*

Inuidus ſeipſum tanquam hoſtem offendit. *Democr.*

Similis inuidet ſimili. Si in hoc quod ſimilis vnus excedit alium, vnde vulgus odit vulgum, & figulus figulum. *Ariſtot. lib. ſecundo Rhetor.*

Felicitas ſemper ſubiecta eſt inuidiæ, ſola ergo miſeria inuidia caret. *Laert. Diog.*

Aduerſus inuidiam nihil prodeſt vera dicere. *Demoſthenes ſecunda epiſt.*

Præclara facinora, & res à quopiam egregie geſtæ magnam plerumque inuidiam & graues calumnias conflare ſolent, quibus ciues quidem affinium & amicorum multitudine freti facile reſiſtunt, peregrini vero omnes præſidii expertes, vtroque malo quam celerrime conteruntur. *Polib. l. 1.*

Præclare facit, qui inuidiam propter res honeſtas & magnas præfert. Odia enim non ſunt perpetua: ſed præſentem ſplendorem gloria æterna ſequitur. *Thucyd. l. 2.*

Inuidia viuentes exercet: ſed mortuis beneuolentia ſine obtrectatione præſtatur. *idem, eod. lib.*

In ciuium inuidiam plerique duces nimia honorum & potentiæ cupiditate prouecti impingunt. *Plut. in Timoleonte.*

A rebus publicis inuidia nunquam abeſſe poteſt. *Idem in Pelopida.*

Diuitiis grauis & peruicax innaſcitur inuidia. *ibid.*

Cœca inuidia eſt, nec quicquam aliud ſcit, quam detrectare virtutes corrumpere, honores ac præmia earum. *Liuius* [illegible]

Procliuius eſt impedire aliquem, eiuſque incre[illegible] quam eundem velle ad magnum faſtigium promo[illegible] alias ob cauſas, tum eo præſertim nomine quod i[illegible] ius incrementis, & ab aliis gratiam init & ſibi proſ[illegible] alium extollit, is tum & ſibi & cæteris moleſtum [illegible] *lib. 37.*

Vnum eſt doloris, quæ homines ex aliorum bo[illegible] medium, ſi nimirum qui inuident aliorum bonis [illegible] ſe amplius aliena. *Dionyſ Halic. l. 3.*

Eos quos in ſua poteſtate tenet inuidia ſapere [illegible] *libro 11.*

Sicuti plæraque mortalium habentur, inuidia [illegible] eſt. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Viuos interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat [illegible] ræ ceſſit: demptis obtrectatoribus ipſa ſe virtus mag[illegible] tollit *idem in fragmen.*

Aſſidua eſt eminentis fortunæ comes inuidia, [illegible] ret. *Velleius Paterc. l. 1.*

Nunquam eminentia inuidia carent. *Vell. Pater.* [illegible]

Sequitur inuidia inertiam. *ibid.*

Raro inuidetur eorum hominibus, quorum [illegible] contra in iis homines extraordinarie reformidant [illegible] bitrio aut depoſituri aut retenturi videntur, & mo[illegible] tate habent. *idem. lib. 2.*

Inſitum eſt mortalibus natura, recentem alior[illegible] gris oculis introſpicere, modumque fortunæ a nullis [illegible] re, quam quos in æquo viderunt. *Tacit. hiſt. lib. 2.*

Eſt hoc commune vitium in magnis liberiſq; ciui[illegible] dia gloriæ comes ſit, & libenter de iis homines detrah[illegible] emergere videant altius; neque animo æquo pauper[illegible] pulentum intuentur fortunam. *Æmyl. Probus, in Chabr.*

Solet ampliſſima gloria obiecta eſſe ſemper inuid[illegible] *libro. 17.*

Inuidia, turbarum acerrima concicatrix, *lib. 21.*

Rectæ poteſtatis inuidia eſt ſocia *lib. 30.*

In magna felicitate euenire ſolet inuidia. *Procop. de bel*[illegible] *lico, lib. 2.*

Inuidia non tantum prouinciarum & vrbium do[illegible] obliquo intuetur oculo, ſed & inſidiatores in proxim[illegible] cres etiam inſectatur. *Nicet. Man. Commen. lib 3.*

Inuidiæ autori eſt in more poſitum, vt acerbas [illegible] tates atque infeſtas proſperis ſucceſſibus admiſceant, [illegible] geti lolium, nec vllum fere humanæ vitæ gaudium ſo[illegible] petuum eſſe patiatur. *Niceph. Gregoras, hiſt. lib. 4.*

Honeſtiſſimam Beliſarii fortiſſimi & ſapientiſſimi [illegible] ſceleratiſſima inuidia parum æquis oculis intuebatur, [illegible] petu gloriam eius impugnabat. Nam vulgò quod [illegible] le ſit ignorat ambitio. *Conſtant. Manaſſ. Annal pag.* [illegible]

In magnorum principum familiis regnare ſolet inuid[illegible] *minuens, lib. 4. de bello Neapol.*

Communis regnorum peſtis atque pernicies, inuid[illegible] *hiſt. lib. 2. & 3.*

Commune hoc inuidiæ ſuæ ſolatium habent male[illegible] ipſi meliores vt habeantur, præſtare non poſſunt, [illegible] deteriores eſſe oſtendere conentur. *Plut. in Pelopida.*

Quibuſdam abſentem carpere imperatorem, qu[illegible] monere, melius videtur. *Liuius, Decad. 5. lib. 4.*

Homines inuidi nihil aliud ſunt quam ipſorum [illegible] *tius lib. 8.*

¶ Apophthegmata.

*Cleobulus* interrogatus quænam præcipue cauenda [illegible] dit: Amicorum quidem inuidiam, inimicorum [illegible] *Anton in Meliſſ. part. 1. ſerm. 62. Max. ſerm. 54.*

*Periander* dicebat, Nemini eſſe inuidendum. [illegible] dum rubigo propria eſt frumenti ægritudo, ſic inuid[illegible] eſſe morbum. Item, ſicut ærugo ferrum, ſic inuidiam [illegible] conterere. Et, Quo magis vtique inuidebis, tanto ma[illegible] cauſa bonorum illi, cui inuides. *Stob. ſerm. de inuidia.*

*Thales* ſciſcitatus, quo pacto aduerſæ fortunæ ictus [illegible] rat facillime? ſi inimicos, ait, videat deterius affectos. [illegible] eſt inuidiæ vis: vt omne nobis malum extinguat, ſi [illegible] lus habere intelligimus. *Bruſ. l. 3. c. 7.*

*Antiſthenes* abſurdum eſſe dicebat, triticum repurga[illegible] bellum ab inutili milite, & à Republic. non ſecernere [illegible] gnificans, inuidos tam eſſe inutiles ciuitati, quam lolium [illegible] co, & ignauus bello. *Laert. lib. 6. c. 1.*

*Idem* dicere ſolitus eſt, non aliter ac ferrum abſumitur [illegible] ita inuidos ſuo ipſorum vitio contabeſcere. Ferrum [illegible] nemo lædat, ex ſe gignit vnde corrumpatur. *ibid.*

*Democritus* dicebat, leges non prohibuiſſe ſingulos p[illegible] ſuo viuere, niſi alter alteri fuiſſet inuidus & iniurius. E[illegible] dia ſeditionis parit initium. *Stob. ſerm. 36. Max. ſerm. 54.*

Inuidia, vt in magna felicitate contingit ſieri, etiam [illegible] um cecidit. *P. Diacon. in Iuſtini.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*...rcharſis*, Bonum eſſe, dicebat, ſi penitus à rebus humanis in... ...exularet, quo liberius quiſque ad honeſti ſtudium accingere... *...ob.*

*Idem* percontatus, cur homines ſubinde triſtentur? reſpondit: ...non ſolum propria mala eis moleſta ſunt, ſed etiam aliena ... *Ant. ſerm. 62. part. 1. Meliſſ. Max. ſer. 54*

*...rates* cum inuidiæ naturam exprimere conaretur, animæ vl... ...& ſerram appellauit, *Anton. in Meliſſ part. 1. ſerm. 6. Stob. ſerm.*

*Idem* conſiderans quid inuidia eſſet, dolorem quendam reperie... ...eam eſſe: non tamen nec in aduerſa amicorum, nec in ſecunda ...una inimicorum: ſed illos inuidere aiebat qui in amicorum ...ſperitate doleant. *Xenoph. lib. 2. de dictis & factis Socratis. Stob. ...*

*Idem* interrogatus, quid bonis viris moleſtum eſſet? dixit, Malo... ...m felicitas, Quid malis? bonorum proſperitas. *Ant. in Meliſſ. ſer. ... part. 1.*

*Ariſtoteles* oſtendere volens quid eſſet inuidia, Antagoniſtam ...unatorum eſſe dixit. *Anton. in Meliſſ. part. 1. ſerm. 62.*

*Idem* dicebat, inuidiam colluctatorem eſſe ex aduerſo bonorum ...orum. Æmulatio enim bona eſt, & bonos potiſſimum de... ...Inuidia contra turpis eſt, & à fœdo hominum genere occupa... ...ideas bonos ita ſe comparare, vt æmulatione, honeſtique ...æ ſunt optima ſectentur. Inuidos autem contra, per liuo... ...s, quatenus poſſunt, ab inſtituto ſuo arcere. *Stob.*

*...raſtus* dicebat, inuidos reliquis hominibus infeliciores ...o quod alii ſuis ſolum calamitatibus dolent: Inuidi vero ...ſua mala, bonis etiam alienis contriſtari pergunt. *Stob. ſerm. ...*

*Idem* improbos homines dicebat, non tam propriis bonis gau... ...quam alienis malis, *Stob. eod. ſerm.*

*...lo*, Honeſta, inquit, etiam ſi per inuidiam ad tempus obſcu... ...tamen ſuo tempore ſoluta iterum ſplendent. *Anto. & Max. ...m. de inuidia.*

*Hippias* dicebat, duplicem inuidiam eſſe: Iuſtam quidem, cum ...inuidet improbis honoratis: Iniuſtam vero, cum bonis. Et in... ...duplo magis, quam cæteros eſſe calamitoſos. Non enim ſo... ...propriis malis grauantur, vt alii, ſed alienis quoque. *Stob. ſerm.*

*Apollonius*, prorſus hominibus non inuidendum dicebat. Boni ..., quibus bona eueniunt, digni ſunt vt hi fruentur feliciter: ...ſi autem, in quantauis proſperitate, ſunt infelices. *Sto...*

*Agathon*, Malos homines non tam lætari propriis bonis dicebat, ...alienis malis. *Ant. in Meliſſa, part. in ſer. 62.* Theophraſto au... ...hoc adſcribit *Max. ſerm. 4.*

*Themiſtocles* adhuc adoleſcens, nihil dum præclari ſe feciſſe di... Nondum enim inuideri ſibi. Nam ſicut cantharides vegeto ma... ...tritico innaſcuntur, & roſis pulchre florentibus: ſic inuidia ...inuadit bonos viros, & in virtute proficientes, ac ingenii ...ioriaque gloriam ſuſtinentes. *Anton. in Meliſſ. part. 1. ſerm.*

*Idem*, ob honores Miltiadi collatos, quod barbaros in Mara... ...ſuperaſſet, tanta inuidia correptus eſt, vt noctes inſomnes ...umeret: rogatuſque, quam ob rem tam ſæpe excitaretur? ...iadis inquit, trophæis ſubinde excitor. *Plutarch. Æmil. Pro...*

*Idem.* Quum quidam apud Agidem dicerent, eſſe nonnul... ...alienæ familiæ, qui ipſi inuiderent: Geminam igitur, in... ...habebunt moleſtiam, quos & ſua ipſorum mala diſcrucia... ..., atque inſuper tum meis, tum amicorum meorum bonis ...ciabuntur. Magnifica vox, declarans, eos quos habet inui... ...magis eſſe miſericordia dignos quam ira: propterea quod inui... ...ſubinde dat pœnarum, etiam ſi nemo vlciſcatur. *Plutarch. in ...*

*M. Cato* eos qui fortuna moderate ſobrieque vterentur, dicebat ...ne peti inuidia. Non enim inquit, nobis, ſed bonis quæ ...circumſtant, inuident homines. Externa bona extra hominem ..., ac inſolenter vtenti vitium intra hominem eſt: in eo ſibi ...inuidiam, vere ſunt inuidioſi. *Plutarch. in apoph. Stob. ...m. 36.*

*Publius* Mutium hominem inuidum, & in primis maleuolum, ...triſtiorem videns: Aut Mutio, inquit, neſcio quid incommo... ...acceſſit, aut neſcio cui aliquid boni. *Macrob. libro 2. capitul. 2.*

*Aſinius Pollio* Ciceronis gloriæ vehementiſſime inuidebat. ...um ergo Sextilius poeta Cordubenſ. in domo Meſſalæ Corui... ...citaturus, Pollionem aduocaſſet, & principio poematis cœpiſ...

*Deflendus Cicero eſt Latiæque ſilentia linguæ.*

Statim conſurrexit Pollio, atque ait, Meſſala, tu quid tibi libe... ...ſit, in domo tua videris: ego iſtum auditurus non ſum cui ego ...tus videor, atq; ſic abiit. Offenſus eſt autem his verbis, *Latiaq; ...tia linguæ, &c. Bruſ. li. 3. c. 7.*

*Furius* è ſeruitute liberatus, quum in paruo admodum agello largiores multo fructus acciperet quam ex ampliſſimis agris vicini, in inuidiam incidit hominū accuſantium, ceu veneficiis fruges pelliceret alienas. Quamobrem à Spurio Albino Curuli die dicta; metuens damnationem, quum in ſuffragium tribus oporteret ire; inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit: adduxitq; etiam filiam robuſtam, bene curatam & veſtitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, & boues ſaturos, & dixit. Hæc ſunt, ô Quirites, mea veneficia, nec poſſum præter ea vobis oſtendere labores manuum mearum, multaſq; meas vigilias & ſudores. Quod vbi audiuiſſent iudices, intellexerunt ex ſola inuidia Furium accuſatum eſſe, quem dimiſerunt abſolutum, *Meminit huius & Plin. li. 18. ca. 6.*

*Chryſoſtomus* inuidet quidem dæmon, inquit, ſed hominibus: tu vero cum ſis homo, hominibus inuides, & quomodo conſequeris veniam? *Eodem ſerm.*

*Actius Sincerus*, rari vir ingenii magnæque nobilitatis, cum in conſpectu Friderici regis eſſet inter Phyſicos quæſtio, quid præcipue conferret oculorum perſpicuitati? aliique fœniculi afflatum dicerent, alii virtuti vſum, aliiq; aliud: At ego, inquit, inuidiam aio. Obſtupuerunt hoc dicto adeo medici, vt ab auditoribus deriſui haberentur. Tum ipſe: An non inuidia maiora & pleniora omnia videre facit? Quid autem oculis magis præſentaneum, quam vt vis ipſa aſpiciendi maior reddatur, atque vegetior? protulitque ſtatim Ouidianos illos verſus:

*Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris,*
*Vicinumq; pecus grandius vber habet.*

*Ouidius.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Plutarchi.* Flammam primum emicantem multus comitatur fumus, qui quidem euaneſcit, iam conualeſcente & explicante ſe flamma: Sic res egregias aggredientem initio multa premit inuidia, donec aucta gloria inuidiæ fumum diſcutiat: nam fumus gloriæ inuidia eſt. *in Moralib.*

*Qui inuident* amicorum felicitati, nolunt eos prorſus ſubuerti, ſed tamen grauentur illorum excellentia: vt qui vicini domum nolint omnino demoliri, ſed ſatis habent, ſi detrahatur, quod obſcurat proximas, *ibid.*

*Vbi nullum* lumen, ibi nulla vmbra: Ita vbi nulla felicitas, ibi nulla inuidia. *ibid.*

*Licet inuenire* regionem, vbi venena non ſint, quemadmodum affirmant de Creta: At non licet inuenire Remp. quæ non alat inuidiam, contentionemq; *in Moral.*

*Malus conſiliarius* omnia deprauat aſſidē: Sic inuidia nulla magis damnat, quam quæ ſunt optime dicta. *ibid.*

*Quemadmodum* iter facientes per ſolem, neceſſario comitatur vmbra: Sic quoq; incedentibus per gloriam comes eſt inuidia. *apud Stob. ſerm. 36. & Maxim. ſerm. 34.*

*Sunt qui* aſpectu effaſcinant hominem: Ita inuidus oculus perniciem adfert rebus lætis: Nec ſatis tutus regum oculus, ſi quid habeas egregie pulchrum, *li. 7. ca. 2.*

*Dionis Chryſoſtomi.* Vt corpus ſanum aliquoties percutitur, & non facile vulneratur: corpus autem debile ab intus tacitam habet læſuram, etiamſi modice tactum fuerit, citius diſſipatur: Sic animal liberum & integrum non facile offenditur: animal vero inuidia vulneratum, non ſolum cauſa idonea, ſed etiam leuis occaſio excitat in dolorem. *in Matthæum 21. hom. 9.*

*Vt ſcarabei* alieno ſtercore: Sic inuidi aliorum aduerſa fortuna, nutriuntur. *Hom. 41. in Matth.*

*Si quem* videremus ignem manibus ac ligonem geſtantem: hanc ædem vna cum altari demoliri, euertere, incenderet omne fieret, vt ab omnibus iis qui rem forte ſpectarent, lapidibus obrueretur, tanquam impius, & exlex? quid igitur? ſi quis flammam geſtet, hoc quo vtimur igne edaciorem, inuidentiam dico, non lapidum ædificia demolientem, neq; aureum altare euertentem, ſed quod longe & lapidibus & altari precioſius, eſt præceptorum ædificium ſubuertentem, & deuaſtantem: hic qua tandem venia dignus eſſe queat? *Hom. 7. ad Rom.*

*Sicut furentes* ſæpenumero gladios in ſe conuertunt: Itidem & inuidi, ſolam inuiſi perniciem intuentes, propriam negligunt ſalutem. Hi feris quoque peioris. Nam illæ quidem eſcæ indigentes, vel prius quam à nobis irritentur, aduerſum nos armantur: hi vero beneficiis frequenter allecti, benemeritos maleficiis proſecuti ſunt. Hi quidem peiores feris, dæmonibus autem pares, forte vero peiores iſtis. Hi namque contra nos bellum exercent impacatum, conſortibus autem generis non inſidiantur: hi vero neque naturæ communionem reueriti ſunt, neque ſibi pepercerunt: nam neque inuiſas animas ſuas pœnis afficiunt. *Homil. 44. De liuore & inuidia.*

*Nazianzeni.* Quemadmodum muſcæ vulneribus: Ita hi

noſtris inſident fatis aduerſis, aut ſi ita mauis erratis. *lib.1,de Theologia.*

*D.Baſilii.* Quemadmodum ſagittæ magna vi emiſſæ, ſi indurũ aliquid ac reſpuens inciderint, in emittentem facile redeunt: Sic inuidia proximis triſtitiam nequaquã adfert: inuidenti tantum officit *De inuidia.*

*Quemadmodum* venenum, ferrum: Sic inuidia hos qui eam poſſident, abſumit atque vaſtat. Magis autem ſicuti viperas dicunt abrupto magis ventre naſci, ſic & inuidia concipientem eam animam corrodere ſimul ac tabefacere apta eſt, nec mirum, cum hominem malignum & inuidum, continuo dolor atque triſtitia comitentur. *De inuidia.*

Vultures ad maleolentia corpora præteritis amœnis & odoriferis locis feruntur: & muſcæ ſana præteruolantes ad vlcera feſtinant: ſic inuidi ſplendida & magna præclare facta intuentur quidem, ſed putria inuadunt. *idem, ibid.*

Vt ærugo ferrum, ſic inuidia quem infec[illegible], animum conſumit. *ibidem.*

Rubigo peculiare eſt vitium frumenti: & inuidia morbus eſt amicitiæ. *ibidem.*

Canes nutricatione cicurantur, & cultu manſueſcunt Leones, inuidi vero ad obſequium magis efferantur. *ibid.*

Quemadmodum columna, ſi recta fuerit, accepto pondere amplius confirmatur: ſi autem modice obligata fuerit, non ſolum non confirmatur, ſed amplius vadit ad latus: Sic & cor hominis, ſi fuerit rectum, videns opera viri iuſti, audiens doctrinam ſapientiæ eius, amplius confirmatur. Sed ſi cor prauum fuerit, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam excitatur, & magis peruertitur. *Chryſoſt. in Matth. c.21.*

*D. Auguſtini.* Inuidus vir ſimilis eſt naui, quæ iactatur in fluctibus maris in perturbatione ſemper eſt: vt lupus capax inſanit inaniter: in miſeria detinetur & tabeſcens, ad nihilum redigitur: ſemper furore plenus, particeps dæmoniorum efficitur. *ad Iulianam epiſt.111.*

*Plutarchi.* Vt ferrum ærugine conſumitur: Sic inuidi ſuopte ingenio. *apud Ant. part.1 ſer.62.*

*Non quævis arbor* patitur complectentem ſe vitem, ſed quædam præfocant eam, & extinguunt. Ita ambitioſi quidam iuuenes ob inuidiam premunt, ne quando emergant. *In Moral.*

*Vt ij quos* dolentes ſopor occuparit, triſtia ſomniant: Ita qui inuidia, ſuperſtitione, auaritia laborant. *In Moral.*

*Vt ſtultus* qui aduerſis ventis & vndis nauigat, orta tranquillitate portum petit: Sic qui tum negotium relinquit, cum diu iam cum inuidia luctatus, deinceps circa inuidiam viuere poſſit. *ibidem.*

*Qui diuerſam* ingrediuntur viam non poſſunt ſibi mutuo prodeſſe: at qui diuerſa vitæ ratione vtuntur, adimunt inuidiam, ac magis ſibi inuicem ſunt auxilio. *ibid.*

*Vt feris bellum* eſt cum iis, quæ iisdem aluntur, cum cæteris pacem agunt: Sic inuidia & æmulatio inter eiusdem artis profeſſores nam pugili cum curſore conuenit. *In Moral.*

*Canis ignotos* allatrat, erga notos mitior, ſecundum Heraclitum: Sic inuidia nouos homines, & nuper euectos potiſſimum infeſtat, in notos iam mitior. *ibid.*

*Vt inueterata* conſuetudo etiam ſi lædat, tamen haud facile propellitur: ita ſimultas inuidiam, zelotypia mali memoriam in animo relinquit. *ibid.*

*Vti ſol,* ſi immineat hominis vertici, aut prorſum tollit vmbram, aut minimam reddit: Sic ingens gloria extinguit inuidiam.

*Eraſmi Roterodami.* Creta nullum habet venenum, præter phalangium, id eſt aranei genus: Ita non eſt monaſterium tam ſanctum, quod immune ſit ab obtrectationis & inuidentiæ malo. *In Simil.*

*Thriueri.* Quibuſdam animantibus nulla lis eſt, præterquam in aculeo. Sic male nati homines nil aliud poſſunt quam perpetuo inuidiæ aculeum infigere. *in apoph.131.*

*Apes poſſunt* quidem dolore infigere aculeum, ſed tandem relicto vel ipſæ etiam pereunt: Ita & inuidi dum alios lingua doloſa lædunt, malignitate ipſi tandem contabeſcunt, poſtquam proximo malum inflixerunt. *in apoph.132.*

*Carbones* oleo accendes: Sed inuidiam haud facile beneficiis extingues. *in apoph.161.*

*Calcem* accenſam vt oleo extingues, ignem vero magis accendes: Ita hominem maleuolum tibi humanitatis beneficiis placabis, inuidum vero magis excitabis. *in apoph 216.*

*Qui* nequeunt ferre alterius fortunam, ſimiles ſunt illis, qui ob vitium corporis nequeunt ferre bonum aerem. *in apophthegmat. 60.& 28.*

*Eraſmi Roterodami.* Qui effaſcinant, in oculis geminam habere pupillam dicuntur: Ita qui vtuntur inuidia alienæ felicitatis non eam intuentur oculo ſimplici, ſed quicquid vident, ſiniſtre interpretantur.

*Thriueri.* Semper ignis ſumma petit, ſed faſtigium aliquando tam eſt excelſum, vt vix poſſet carpere media: Talis eſt inuidorum aſtutia, minima quærunt in magnis viris vitia, vt illinc poſſint paulatim violare poſtrema. *in apoph.125.*

¶ ADAGIA.

Cognatio mouet inuidiam. τὸ συγγενὲς καὶ φθονεῖ [illegible]
*Innuit adagium: Inuidiam oriri erga vicina & cogna[…]* *Rhetor.*

Figulus figulo inuidet, faber fabro, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ [… ] τέκτονι τέκτων. *Heſiodus.*

*Oſtendens inter eiusdem conditionis aut artificij hom[…] inuidiam & æmulationem oriri.* Es neidet ein Bettler [den andern] *item,* Es iſt einem Hund leyd / daß der ander in die K[üchen …] *item;* Es iſt dem einen Bettler leyd / daß der ander [vor der Thür] ſtehet.

Inimicus & inuidus vicinorum oculus. δυσμενὴς καὶ β[άσκανος] τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς. *Idem quod prouerbium:* Vicinus [vicino inui]det.

Vnicum arbuſtum haud alit duos Erithacos. μία λόχμη [οὐ τρέφει] δύο ἐριθάκους.

*Non intempeſtiue dicetur in eos, quibus parum conuenit, […] eodem munere concorditer verſari queunt.*

Vna domus non alit duos canes. εἷς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν [δύο] κύνας.

*In eos quadrat, inter quos parum conuenit, propter idem [ …] quod communiter expetunt.*

Zoili.

*Zoili prouerbiali more vocantur alienarum laudum [obtrectato]res, & alienorum laborum reprehenſores.* *Germanis* […] Reidige Gallenkrämer. *Vtuntur & hac formula:* Er n[…] den / daß die Sonn ins Waſſer ſcheinet.

Edentulus veſcentium dentibus inuidet. *D.Hieron.*

*Dicetur in eos qui alis inuident, quod ipſi non conſeq[…]*

Expertes inuidentiæ Muſarum fores. ἀφθόνοι Μουσῶν [θύραι].

Candidæ Muſarum ianuæ.

*De his dictitatum, qui literaturam ſuam candide libere[…] pertiunt alis, & ad docendum prompti ſunt atq; propen[ſi].*

Iactantiæ comes inuidia.

*Qui monebit, ne quis inſolentius iactitet vel fortunæ [vel] naturæ dotes, ne quando Nemeſis exaudiat auferatq; [ …] ſte vſurpabit illud Homeri:*

Ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅττι διδοῖεν,
*Poſſideat citius, ſi qua adſunt munera Diuum.*

Optat ephippia bos piger: optat arare caballus.

*Significat vitium illud humanis ingeniis inſitum, [vt …a]lienam ſortem magis mirentur, ſuam contemnant, […] Optent inexperta, experta damnent.* Horat.

Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro. *Explicat […] us.IC.*

*Aliena nobis, inquiens, noſtra plus aliis placent.*

Ouid.

*Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro,*
*Vicinumq; pecus grandius vber habet.*

*Qui duo verſiculi Germanis illa prouerbia dederunt* […] der Leute eckern ſtehet die Saat immerdar am dickſten […] der Leut Kühe haben immerdar gröſſere Eutter.

Præſtat inuidioſum eſſe. *Herod.*

*Præſtat inuidioſum eſſe, quam miſerabilem. Nam in[uidia] comes eſt felicitatis, miſeratio calamitatis.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Inuidiæ *Exempla:* Satan, *Gen.3, verſ.1. Sap.2. v.24.* Ca[in …] v.4. Palæſtini, 26.14. Rachel, 30.1, Fratres Ioſeph, 37.4[…] Ægyptii, *Exod.1. v.13.* Ioſue, *Num.11.28.29.* Aron & Ma[ria …] imitæ, *Iud.8. v.1.2.* Eliab frater Dauidis *1.Sam.17.9.* Sau[l …] ſtæi, 29.9. Achitophel, *2.Samuel 17. ver.23.* Sanaballat & Tobi[as, Ne]hem.2.10. Aman, *Eſth. 5. v.13.* Principes & Satrapæ Dan[…] Phariſæi, *Matth.9.11. Ioan.12.10.* Diſcipuli Ioannis, *Matth.9.[…Io]an.3.26.* Princeps Sacerdotum & Scribæ. *Matth.21.15.* Iud[æi …] *Act.13 v.45. & 17. v.5.* Frater prodigi Filii, *Luc.15.18.* […] ſæ, 19. v.39. Pontifices & Phariſæi, *Ioan.11. v.47.* Sacerdot[es, Magiſtra]tus templi & Sadducæi, *Actor.4. v.1.2. & 5.17.* Auditores S[…] 54. Corinthii, 1. v,11. Pſeudoapoſtoli. *Philip.1. v.15.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

*Alexander Macedoniæ rex* potentiſſimus Perdicam od[…] quod eſſet bellicoſus: Lyſimachum quod militandi per[itus …] cum, quod magni animi: Attalum, quod imperatoria d[…] polleret: Ptolemæum, quod ei proſpere omnia ſuccederent. […] *lib.12. de var. hiſtor.*

Viros bonos, qui per virtutem primum locum tenebant, […] oppugnauere: Periclem Simmias: Alcmæon Themiſtoclem: […] peium Clodius: Epaminōdam Menecides Orator. *Plut. in pr[æcept.] politicis.*

Græcorum duces ad Salaminem re bene geſta quamuis […] ſilio Themiſtoclis omnia geſta eſſent, eius tamen gloriæ […] tes, ne ſecundas quidem rei bene geſtæ partes tribuere […] *Herodotus.*

*Caligula Cæſar* pulchros & comatos, ſi quos obuios haberet, occi... eos præ inuidia deturpabat. *Suet.*

*Agathocles* Syracuſiorum tyrannus, Gelonis regis ſepulchrum, ...ei ob res præclare geſtas populus extruxerat, diruit. *Diodor. li.* ...

*C. Caligula* inuidia motus, Torquato torquem, Cincinnato cri... & Cn. Pompeio ſtirpis antiquæ Magni cognomentum abſtu... Eſium quoque Proculum, formoſiſſimum adoleſcentem iugu... fecit. *Suet.*

*Sempronius Gracchus & Rutilius* tribuni plebis Marco Attilio ... diem dixere nullam aliam ob cauſam, quam quod homo ... tam cito creuiſſet. *Liuius de bello Macedonico, & Volat. lib.* 13 ... *Anthrop.*

## ¶ Hieroglyphica.

Nonnulli ex peritoribus *Inuidiam* per *Hydræ* ſpeciem ſignificari ... ideoque in nullo alio monſtro domitando Herculem ma... laboraſſe. *Pier. Val. li.* 16. *pag.* 155. *A.*

Per *Lolium* etiam cum praui mores tum *Inuidia* hieroglyphice ſignificabatur. Quare Antiſthenes non temere dicere ſolebat, ab... eſſe *triticum à lolio* non repurgare, qui ſentiret ex hoc *inui*... à Republica ſubmouendos, vt Plutarchus interpretatur: tam e... inutiles inuidi ſunt ciuitati, quam *Lolium* eſt tritico: qui vero ... eſt, ſuam ipſe ſibi fouet infelicitatem. *Pier. Vale. lib.* 56. *pag.* ...

## ¶ Emblema.

Emblema LXXI. Andr. Alciat.

*Squallida Vipereas manducans ſemina carnes,*
*Cuique dolent oculi, quaq; ſuum cor edit.*
*Quam macies & pallor habent, ſpinoſaq; egeſtas.*

## ¶ Fabula.

*Canis in præſepi.*

Frendens canis dentibus, & allatrans nonnunquam in præſepi ... à quo boues terrebantur, neque admittebantur ad pabula. ...: Quanta iſta, inquit, inuidia eſt: non pati te, vt eo cibo ve... quem tu capere nec velis, nec poſſis?

Fabula de prouerbio compoſita eſt, quo notatur inuidentiæ ma...

*Inuidus.*

Volens explorare ſenſus hominum Iupiter, miſit Apollinem in ... qui voluntates humanas cognoſceret. Hic primum incidit in ... vnum, & alterum inuidum. Quibuſcum collocutus, co... fecit petendi quod vellent. Id enim quod vterque petiiſ... ſe habiturum ea lege, quod ſibi alter petiiſſe, alteri præ... duplum. Nullo igitur pacto induci potuit auarus quicquā ... peteret, at inuidus erui vnum oculum ſibi petiit, vt auarus ambos amitteret.

Deſcribitur hac fabula auaritiæ & inuidiæ peſſimum & deterri... vitium.

*Lupus & Vulpes.*

Videbat Lupus ad ſupplicium capitis Vulpem quendam rapi, ... forma & magnitudine: itaq; miſertus illius, ſtatuit Leonem ..., apud quem ſe ſciret ſingulari in gratia eſſe, deprecari pro ... illius, ſciſcitari igitur cauſam propter quam Vulpes damnata eſſet. Cui reſponderunt, qui illam ductabant: Quod freta viribus ..., non contenta rapinis auium de cohorte, pinguiſſimum etiam ..., de numero eorum, qui regi ad delicatiores cibos aſſer..., fuiſſet auſa aggredi. Tum Lupus mutata Vulpis liberan... voluntate diſceſſit, & tracta ceruice illa periit.

Omnes facinoroſi inuidi ſunt: eſtque hoc prauitatis vitium inſi... pene omnibus, vt eos cum quibus communicari videant com... ſuas, è medio ſublatos, cupiant, illis vt in diminutis ipſi ...fruantur.

# Inuocatio.

## ¶ Definitio et Etymolog.

Inuocatio, Græce ἐπίκλησις, ιος, ἡ, & ἐπικαλέω, inuoco dicitur. Eſt autem inuocare, in ſe vocare, per affectum & deuotum cultum. *ſecundum B. Thom. ſuper epiſt. ad Roman.* 10. *lectione* 2. *ſcol.* 2.

## Loci Biblici.

Inuocari nomen alicuius ſuper aliquem, eſt de nomine illius vocari. *Geneſ.* 48. *verſicul.* 16. *Deut.* 28. 10. 4. *Eſd.* 25. *Dan.* 9. 18, 19. *Eſa.* ... *Ierem.* 7. 10. Inuocare nomen Dei ſuper aliquem, *Numer.* 27. Inuocantibus Deum ſalus, *Roman.* 10. 13. Inuocandus Deus corde puro, 2. *Timoth.* 2, 22. Inuocatus Deus in tribulatione exaudit. 2. ... 22. 7.

Inuocatio nominis Chriſti, pro Chriſti Deitatis agnitione, 1. *Co*... 1. 22. *Tim.* 2. 19. Inuocatio συνεκδοχικῶς, pro toto Dei cultu, 2. *Tim.* 22. Inuocatio nominis Dei præcipitur, *Pſalm.* 50. 15. ſalutaris eſt, 2. 8. *Prouerb.* 18. 10. *Ioel.* 2. 32. *Actor.* 2. 21. *Roman.* 10. 13. Inuocatio nominis Dei, ſacrificium Deo gratum, *Pſalm* 116. 23. Inuocatio ex fide, *Rom.* 10. 14. Inuocatio & fides inter ſe coniunctiſſimæ, *Mat.* 21. *V.* 22. *Marc.* 24. *Iac.* 1, 6. 1. *Ioh.* 3. 22. Inuocationis fructus. *Phil.* 4. 7.

## ¶ Similitudo.

*Athanaſii.* Si in paganorum iudiciis regem terreſtrem teſtem citare fas non eſt, vtpote, maiorem & iis qui citant, & iis qui iudicant: Cur Deum increatum ad res creatas inuocamus, facientes vt Deus ab hominibus contemnatur? *De Chriſti paſſione.*

## ¶ Exempla Biblica.

Inuocationis Dei *exempla*: Seth, *Geneſ.* 4. 26. Abraham, 12. 8. & 13. 4. & 21. 23. Iſaac, 25. 21. & 26. *Verſicul.* 25. Iacob, 32. 9. Moyſes, *Exod.* 34. *v.* 9. *Deut.* 32. 1. Samſon. *Iudic.* 15. 18. Samuel, 1. *Sam.* 12. 17. *Eccleſ.* 40. 19. Dauid. 2. *Samuel.* 22. 4. 7. 1. *Paral.* 21. 26. *Pſalm.* 7. 6. & 18. 4. & 31. *Ver.* 2. & 116. 13. Elias ... *Reg.* 17. 36. 37. Eſaias, 2. *Reg.* 20. 11. Ruben, Gad & dimidia Tribus Manaſſe. 1. *Paral.* 5. 19. 20. Aſa, 2. *Paral.* 14. 11. Ioſua, *Eccleſ.* 46. 6. Ezechias, 48. 20. 21. 22. Ieremias. *Thren.* 3. 55. Sacerdotes, 2. *Mach.* 3. 15. & 14. *verſicul.* 34. 35. Iunior ex ſeptem fratribus, 7. 37. Macchabæus & reliqui Iudæi, 8. 2. Razias, *V.* 46. Iudas Macchabæus 15. *v.* 21. 26. Stephanus, *Actor.* 7. *v.* 60.

*Vide, Deus, Oratio, Precatio.*

# Iocus.

## ¶ Deinitio et Etymolog.

Iocum vocamus quod eſt contrarium ſerio. Hinc ioci gratia facta obligatio, non valet. *l. obligationum ſubſtantia. ff. de act. & oblig.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Iocos & Dii amant. *Plat. in Cratylo.*

Iocoſus mollis eſt, nam iocus & requies & relaxatio & iocoſus in hac excedit. *Ariſt.* 7. *Eth. ca.* 7.

Iocus ideo inuentus eſt, vt qui laborat, habeat recreationem. *idem* 8. *Polit. c.* 3.

Iocum fecerunt homines finem cum & habeat fortaſſe finis voluptatem quandam, ſed non quamcunque, & quærentes vitam accipiunt hanc pro illa, quia cum fine habendi ſimilitudinem habet. *idem ibid. ca* 4.

## ¶ Apophthegmata.

*Diogenem* à lethali ſomno experrectum medicus interrogauit, quomodo ſe haberet, Recte, inquit, nam frater fratrem amplectitur. Alludens ad Homerum, qui θάνατον & ὕπνον germanos finxit, quod ſomnus mortis ſit imago, *Laert. li.* 6.

*Idem* mulierem aniculam ſe curioſius exornātem intuitus: Si viuos, ait, lenocinio allicere voles, plurimum falleris: ſed ſi defunctorum vmbras, oro ne diu cuncteris. *Stob.*

*Idem.* Didymus, qui vulgo audiebat adulter, curabat oculū virginis. Ei Diogenes dixit, Vide ne corrumpas pupillam. Hoc dictum apud nos non eſt adeo iocoſum, vt apud Græcos, apud quos κόρη & virginem ſonat, & oculi pupillam. *Laert. li. ca.* 2.

*Anonymus.* apud Æginetas lex erat, vt ſi quis Athenienſis AEginam veniſſet, capitale eſſet. Huc quum eſſet deductus Plato vt venundaretur, capitis poſtulatus eſt à Carmenio, qui legem eam tulerat: ſed tempeſtiuo cuiuſdam ioco liberatus eſt. Ait enim, legem habere, ſi quis homo: at hunc eſſe philoſophum. *Laert. lib* 3.

*Stratonicus*, quodam imperite iaculante, abiens ad ipſum ſcopum, conſtitit. Et cum quidam interrogaret, cauſam, reſpondit, Ne feriat. *Anton. in Meliſſ.*

*Anonymus.* Lacon quidam gymnaſiarcham ligna ἄκαπνα exhibentem facetiſſimo ioco incuſauit, dicens, quod per eum ne lachrymas quidem illic effundere daretur. Fumus enim excutit mas oculis, Acapna ligna inde dicta ſunt, quod fumo careant. *Eraſ. li.* 8. *apoph.*

*Polemon.* Quum articuli morbo lapideſcerent, medicos admonuit vt effoderent, inciderentq; Polemonis lapicidinas. Dicebatque: Comedendum eſt, manus non habeo: ambulandum eſt, pedes non habeo: dolendum eſt, & manus & pedes habeo. *Ex Philoſtrato.*

*Braſidas* cuidam percontanti, quomodo vulnus accepiſſet, iocoſe reſpondit. Prodente me ſcuto. Ita crebro malum per illos venit, quorum præſidio credimus nos eſſe tutos. *Plut. in Lac.*

*Iubarex* cuidam querenti, quod ab ipſius equo eſſet aſperſus: Quid tu, inquit, an me Hippocentaurum eſſe putas? Iocoſe deridēs eum, qui equi moroſitatem inſcribebat ei, qui equo inſidebat. *Bruſ. li.* 3.

Philippus

*Philippus.* Quum eſſet Philippo Macedoni clauicula in bello fracta, ac medicus à quo curabatur, in ſingulos omnino dies aliquid poſceret: Sume, inquit, quantum voles, nam clauem habes ludens ancipiti voce, κλεῖς enim Græce & clauem ſonat, qua aperitur ſcrinium aut oſtium, & commiſſuram humeri cum pectore. Quid hoc animo ciuilius, cui & in dolore, & erga auarum medicum iocari libuit? nec ob cruciatum moroſior, nec improbitate poſtulantis offenſior. *Plut. in apoph.*

*Scipio Naſica* cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret: ac (vt candidati ſolent) manum cuiuſdam opere duratam prehenſaret, rogauit hominem, Num manibus ambularet: Hoc dicto ruſticanæ tribus ſuſpicantes ſibi exprobratam paupertatem, effecerunt vt repulſam ferret. Adeo obfuit iocus intempeſtiuus. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*L. Portius Naſica* quum ex more conceptis verbis à Catone Cenſore rogaretur. Habeſne vxorem ex animi tui ſententia? Habeo, inquit: at hercle non ex animi tui ſententia. Verùm ob eum iocum intempeſtiuum mulcta illi dicta eſt. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Domitius Afer*, Didio Gallo, qui prouinciam ambitioſiſſime petierat, mox impetrata ea querebatur, quaſi coactus eſſet: Age, inquit, aliquid, & pro Repub. elabora. Iocus eſt ab ironia: ſimulque illud eſt, quod magiſtratum magno ſtudio ambiſſet. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Idem.* Cuidam oratori malo, qui in epilogo miſericordiam ſe mouiſſe putaret, poſtquam aſſedit roganti videretur ne ſatis miſericordiam mouiſſe? At magnam quidem inquit: neminem enim puto tam durum, cui non oratio tua miſeranda viſa ſit. *Cic. lib. 2. de Oratore.*

*Anonymus.* Cum Siculo cuidam, familiaris alius gemebundus diceret vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de fico: Amabo te, (inquit) da mihi ex iſta arbore, quos ſeram, ſurculos. *Cic. libro 2. de Oratore.*

*Cicero* obiurgantibus, quod homo ſexagenarius puellam virginem duxiſſet: Cras, inquit, mulier erit: iocatus, hoc probrum mox eluendum, nam poſtridie non poterat obiici, quod virginis eſſet ſponſus *Eraſ. li. 4. apoph.*

*Idem.* Quidam candidatus, qui coco patre natus credebatur, coram Cicerone ſuffragium ab alio petebat: Ego quoq;, inquit, tibi fauebo. Ex quo colligitur, coce à coco, & quoque coniunctionem, aut eodem, aut ſimilem fuiſſe ſono, *Eraſ. li. 4. apoph.*

*Auguſt. Cæſar*, Herennium adoleſcentem moribus corruptiſſimis viciatum, caſtris excedere iuſſit, quumque ille dimiſſus, ignominiam reditus ſui apud Auguſtum deploraret his verbis: Quo ore redibo ad meos quid dicam parentibus me incuſantibus? Dic (inquit Cæſar) me tibi diſplicuiſſe. Et ſic iocoſe docuit qua ratione reditus ſui ignominiam diluere poſſet. *Sueton. in Auguſto.*

*Anonymus.* Quemadmodum Auguſtus gaudebat iocis liberalibus in alios ludere, ita in ſe iactos aut retortos interdum librius, patientiſſime tulit. Adoleſcens quidam prouincialis Romam venerat, oris ſimilitudine tam mirifice referens Auguſtum, vt in ſe populi totius oculos conuerteret. Cæſar hoc audito, iuſſit ad ſe perduci: eumque contemplatus, hunc in modum perconatus eſt: Dic mihi adoleſcens, fuit ne aliquando mater tua Romæ? Negauit ille: ac ſentiens iocum, retorſit adiiciens: ſed pater meus ſæpe. Auguſtus ludens ſuſpicionem intendebat ad matrem adoleſcentis, veluti ab ipſo ſtupratam: adoleſcens protinus eam ſuſpicionem retorſit in matrem Cæſaris, aut in ſororem. Nam oris ſimilitudo non magis arguebat illum eſſe Cæſaris filium, quam fratrem aut nepotem. *Suet.*

*Aug. Cæſar*, Auguſtus Cæſar plurimum affectauit iocos, ſaluo tamen maieſtatis pudoriſq; reſpectu, nec vt caderet in ſcurram. Scripſerat autem Aiacem tragœdiam, eandemque, quod ſibi diſplicuiſſet, deleuerat. Poſtea vero cum Lucius grauis Tragœdiarum ſcriptor eum interrogaret, quid ageret Aiax ſuus? reſpondit, in ſpongiam incubuit, *Macrob. lib. 2. c. 4. Sat.*

*Idem.* Alium præfecturam equitum ſummorum, & inſuper ſalarium poſtulantem, dicentemque, Non lucri cauſa dari hoc mihi rogo, ſed vt iudicio tuo munus videar impetraſſe, & ita officium depoſuiſſe: hoc dicto repercuſſit, Tu te accipiſſe apud omnes affirma, & ego me dediſſe non negabo, *ibid.*

*Idem.* Galbæ, cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud ſe cauſam, & frequenter dicenti, Corrige in me ſi quid reprehendis, reſpondit, Ego te monere quidem poſſum, corrigere non poſſum: ad gibbum alludens. *Macrob.*

*Apud L. Manlium*, qui optimus Romæ pictor habebatur. Geminius Seruilius forte cœnabat, qui cum filios eius deformiſſimos vidiſſet: Non ſimiliter, inquit, Manli fingis, & pingis. Cui Manlius: Non mirum eſt, reſpondit, in tenebris enim luce ſubobſcura fingo, luce autem ac ſole ſplendente pingo. *Macrob. libr. 2. capit. 2. Saturn.*

*Nero* in Claudii ſtultitiam ſubinde iocabatur productione ſyllabæ, quum diceret. Poſteaquam deſiit inter viuos morari, prima ſyllaba producta, Moros enim Græce fatuum ſonat: inde finxit morari, pro ſtultum agere, quemadmodum nos à poeta poetari: à iuuene iuuenari, *Suet.*

*Anonymus.* De Veſpaſiano patre narrat Sueton… ram multa in alios iacientem prouocaſſet vt in ſe … quid: Dicam, inquit, vbi ventrem exonerare deſier… mam Cæſaris, qui faciem habebat cacaturientis … minem iocus extat Martialis.

*Vtere lactucis, ac mollibus vtere maluis:*
*Nam faciem duram Phœbe cacantis habe…*

Piſo Galliam prouinciam obtinuerat exacto … re, à Gallis repetundarum accuſatus fuerat: dum Ga… productus teſtis magnam vim pecuniæ Piſonis … datam dixerat, quod cum refutare niteretur Scaur… nus, tenuitate Magii: Gallus omne quod quæſierat … is & rapinis eum obliguriſſe in ventrem condidiſſe … quam ſi nudus nuces legeret, *And. Turneb. in Cicer…*

¶ SIMILITVDINES.

*Rhinoceros* cornu gerit in naribus: ita quorundam … ſunt & aculeati. *Plin. li. 8. c. 20. & 25.*

*Sicuti ſal* modice cibis aſperſus condit, & gratiam … Ita ſi paulum antiquitatis, aut ioci admiſcueris, oratio … or, ſi plus ſatis, nihil inſuauius. *Eraſm.*

*Hiſtrix* non iaculatur ſpinas ſuas, niſi cum prouoca… tur: at ſcurra in quemuis ſua dicta conicit. *Plin. li. …* *cap. 35.*

*Iulius Cardinalis*, cum amicos ad cœnam vocaſſet … uiuandum, vbi in Baſilienſis concilii mentionem … commoueretur: Bono animo eſtote, inquit, de ſynod… qui ſumus, quæ omnem Eccleſiam tremefecit, … *AEneas Syluius lib. commentariorum de Alphonſi reb. g…*

*Fridericus Imperator*, eos qui iocos moderate … qui autem promptiſſime iocarentur, ingenioſos eſſe … bet autem iocus inter ſeria ſuum etiam locum: … vtriuſque ingenium facile declarat. *AEn. Sylu. li. 4. …* *rum in Alphonſi res geſtas.*

*Ludouicus XII. Gall. rex.* Vnus ex ſtipatorib. eius … gnæ nobiliſque familiæ primario exarſerat iracundia, … tor nobilitate generis non ſe eſſe inferiorem … que eo nomine in certamen venturi. Hos ante … uicus, rogatque ſtipatorem vnde ei genus, qui ita … liſſ. homini. Tum ille eo ſe genere natum ait, quo … lius. Id quidem fateri, ortum regem ex ſtirpe Noe … eſſe ac gentilitatem ex quopiam illorum qui cum Noe … pore diluuii. Cachinno ſublato rex conuerſus ad … ne eum, inquit, cui genus regium, & tibi æquale eſt! … vtrumque placauit, & ambobus porrexit dexteram. … *Franciæ.*

*Idem* Baionenſem Centurionem & Lemouicenſem … exitu & ordine cuiuſdam prælii diſſerentes haſtenus … nenſi diceret, Cum te rogabo pernas quomodo ſale … mouicenſi autem, cum te rogabo, Caſtanea qua in … cto repaſtinata ſerenda, & quibus campis rapa & … tum demum reſpondeto. Silente vtroque, conuerſus … cenſem, Noſtin. inquam, in alio ſolo rapam biennio … ti in napum, in alio napũ raporum accipere ſpeciem … ſti à Baionenſi ſuperbiam; ille vero à te ignorantiam … turgidum reddit. *Ex iiſdem Annalib.*

*Carolus Quintus* admonitus aliquando in caſtris … manis militibus de vitanda ebrietate ferret: reſpondit … fore, ac ſi Hiſpanis interdiceret ne furarentur. *Chytræ… rolo 5. Imp.*

Horatius nihil putat vetare iocantem vera prolo… & venuſtas ioci pro inuitamento & illecebra plerumque … monem verum condiat ac perfundat iucunditate … opere pueri & cruſtulis ad literas diſcendas quodam … inducuntur. Vnde ait.

*Vt pueris olim dant cruſtula blandi*
*Doctores, elementa velint vt diſcere prima.*

Eſt enim plerunque iocus poetis pro cruſtulo & … condimento. *Andr. Turneb. in Horat.*

*Vide, tit. De facete dictis.*

# Ira, Iracundia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG…

IRa, Græce ὀργὴ, ῆς, ἡ, & ὀργίζομαι, iraſcor dicitur. Eſt … accenſio ſanguinis circa cor, *ſecundum Ariſt. lib. 1. de Anima…*

Ira eſt feruor eius, qui circa cor eſt, ſanguinis, … fellis vel perturbatione fiens. *ſecundum Ioannem Damaſcenum …* *2. ca. 16.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Ira eſt irrationabilis perturbatio mentis, *ſecundum Hugonem li. de Sacramentis.*

[I]ra eſt libido puniendi eius, qui videtur læſiſſe iniuria, *ſecundum* [Cic.] *li. 4. Tuſc. qu.*

Ira eſt cupiditas puniendi eius, à quo te inique putas læſum. *ſe*[c]*undum Poſſidonium.*

Iracundia eſt exceſſus iræ: ideo eſt vitium oppoſitum manſuetu[dini,] *ſecundum B. Thom. ſecunda Secundæ, quæſt. 152. articul. 1.* Differt[que] ab ira (vt placet Donato) quod ira eſt ex cauſa, iracundia ex [animo] multum iraſcentis. Ab ira veniunt iraſcor, & iratus; ac iracun[dus:] quæ ita differunt, quod iratus eſt, qui ex aliqua re laceſſitur ex[citatur]: iracundus, qui ex quacunq; etiam parua cauſa mouetur ad [ir]am ſemper. Alterum ex cauſa eſt, alterum ex moribus.

Ira, Iracundia, furor, animi excandeſcentia in corde ſedem ha[bet ...] dicta vt quidam credunt à verbo Ire: quod Irati & Iracun[di] quandiu furor ille durat, non apud ſe ſint, ſed extra iuerint, & pa[rum] redierint ad ſe. Hebr. *Aph*, pro *Eneph*, à verbo *Anaph*, ſpirauit, & metonymice, animo commotus, iratus fuit; *Aph*, naſus, in naſo & naribus ira ſedem multam habet. *Pſalm. 6. 1. Iob. 40. 6. 2. Zahham* verbum & nomen, indignatus eſt, commotus fuit ad indignationē, indignatio, immanitas Inde Græce [illegible] μία damnum. Conuenit verbum illud cum *Zahhaph*, ſæuiit: ira enim nihil moderabile ſuadet, ſed eſt crudelis, 3. *Iacham*, incaluit, vnde *Chuma*, calor, ira: & metonymice venenum, *Iob, 6. 4.* nempe quod ſerpentes irati emittunt. Iratus enim videtur quaſi venenum ſpuere ex ore & facie. 4. *Chabhas* verbum & nomen, irritatus eſt, irritatio, prouocatio ad iram. 5. *Nachar*, ſignificat iram: *Nachrah*, Rhonchus, quem per nares irati, equi emittunt: *Nechiraim*, nares, Irati rhonchos edunt terribiles. 6. *Hebrah*, efferueſcens bilis, ira, furor: *Prou. 11. 4.* à verbo *habar*, tranſiit, præteriit, vt enim fluctus aliis ſuccedunt, ira etiam efferueſcit, intumeſcit, & miros habet ſucceſſus ac progreſſus: donec tranſierit. Alia prætermittimus, quæ fere omnia impetum illum & feruorem iræ exprimunt & graphice depingunt, primariumq; huius affectus ſignum ac effectum.

## DIVISIO.

IRA

- *Paſſio, quæ & appetitus ſenſitiuus, dicitur, cuius*
  - *Cauſa*
    - *Paruipenſio, quæ triplex eſt, ſcilicet:*
      - *Deſpectus, quem maxime ſignificat.*
        - *Obliuio, quæ eſt euidens ſignum paruipenſionis: nam quæ magni pendimus, memoria commendamus.*
        - *Denuntiatio triſtium, quæ eſt ſignum quod non veretur quis contriſtare.*
        - *Hilaritas in infortunio alicuius, quia ſignum eſt quod parui facit bonum vel malum paſſi.*
      - *Epirreaſmus id eſt,*
        - *Impedimentum propoſiti vel voluntatis implendæ, cum impedienti nulla inde prouenit vtilitas.*
        - *Quia ea maxime derogat excellentiæ contumeliam puſ.i.*
      - *Contumeliatio,*
        - *Qui iniuſtius paruipenditur, vt diues in pecunia, & rhetor in loquendo.*
    - *Excellentia iraſcentis.*
    - *Defectus.*
      - *Iraſcentis, vt infirmitas, & alia contriſtantia, quia defectib. ſubiacentes facilius læduntur: vt infirmi.*
      - *Eius contra quem iraſcimur, vilis & deſpecti.*
  - *Partes ſecundū Ioannē Damaſcenum & Gregorium Niſſenum.*
    - *Fellea, quæ cito accenditur, & cito deſiſtit, & hæc a Cicerone dicitur, Excandeſcentia.*
    - *Mania quæ diu in memoria manet.*
    - *Cottus, id eſt, furor, qui non quieſcit donec puniat.*
  - *Delectatio*
    - *In ſpe vindicandi in futurum.*
    - *In vindictam de præſente inferendo, quia ſic quietatur motus iræ.*
    - *In continua vindictæ cogitatione, in qua immorando delectatur.*
  - *Effectus*
    - *Feruor ſanguinis & ſpiritus circa cor, ex quo apparere ſolent, ſecundum Gregorium hæc:*
      - *Cor palpitans.*
      - *Corpus tremens.*
      - *Lingua præpedita.*
      - *Facies igneſcens.*
      - *Oculi exaſperati.*
      - *Votorum ignorantia.*
      - *Clamor irrationabilis.*
      - *Verborum ignorantia.*
    - *Perturbatio vſus rationis. Virgilius: Furor iraq; mentem precipitant.*
    - *Taciturnitas. Quia in lingua ſicut in facie & in oculis expreſſius relucet veſtigium cordis irati.*
- *Virtus. E[t] dicitur ira per Zelum, ſecundum quam appetitur vindicta ſecundum ordinem rationis. De quo Hieronymus ad Riparium, & habet, 23. q. 8. cap. Legi Syr. maſten.*
- *Peccatū,*
  - *Mortale,*
    - *Cum appetit puniri eum qui non meruit.*
    - *Cum appetit puniri vltra quam meruit.*
    - *Cum appetit puniri non ſecundum legitimum ordinem, vt à ſe, vel ab alio, quam à ſuo iudice.*
    - *Cum appetit puniri, ſed non propter debitum finem, qui eſt conſeruatio iuſtitiæ, vel correctio culpæ.*
    - *Cum ex iræ vehementia quis excidit à dilectione & Dei proximi.*
    - *Cum appetitur vindicta in re parua, quæ ſi etiam actu inferretur non eſſet mortale.*
  - *Veniale.*
    - *Cum motus iræ præuenit iudicium rationis, & conſenſus non ſubſequitur.*
    - *Cum nimis ardenter iraſcitur interius.*
    - *Cum nimis manifeſtat ſigna iræ exterius.*
  - *Capitale, quia eſt caput vitiorum ſecundum Greg. 31. Mor ſecundum quod ira eſt.*
    - *In corde oritur*
      - *indignatio, qua iraſcens indignum putat iniuriantem, quod contra eum tale quid fecerit.*
      - *Tumor mentis, quo iraſcens varias vindictæ vias excogitans, animum ſuum huiuſmodi cogitationibus replet.*
    - *In ore oritur.*
      - *Clamor, quo inordinate & confuſe quis loquens vehementem iram demonſtrat.*
      - *Blaſphemia, qua iratus in verba iniurioſa contra Deum prorumpit.*
      - *Contumelia, qua in verba iniurioſa contra proximum prorumpit.*
      - *Rixa, qua intelliguntur omnia nocumenta facto proximis illata ex ira.*
    - *In opere oritur.*
      - *Acata, quæ nimis cito ex leui cauſa inſurgit.*
      - *Amara quæ iniuria illata diu in memoria permanente diuturnam triſtitiam concipit.*
      - *Grauis vel difficilis, quæ non remittit iram quouſq; puniat*
  - *Generale, quia eius ſpecies ſunt tres, ſecundum Philoſ. 14. Ethicorum.*

## LOCI BIBLICI.

Ira,pro irati Dei iudicio & iræ diuinæ effectis:hoc eſt,pœnis &calamitatibus,quæ ab irato Deo peccatoribus irrogantur,ſeu pro iis effectis, ex quibus iratus eſſe Deus intelligitur , vt ſolet Scriptura ἀνθρωποπαθῶς de Deo loqui , *Matth*.3.7.*Luc*.21.23.*Roman*.3.5.& 4.15.& 5.9.*Epheſ*.5.V.6.1.*Theſſ*.1.10.& 5.9. pro vltione, ſeu vindicatione,qua Dominus terribiliter iratus, tandem mundum vlciſcetur, *Coloſſ*.1.10.

La[t]iori ſignificatione iræ nomen poteſt referri ad omnes animi offenſiones.1.*Tim*.2.8. quæ prohibeant,quo minus bona conſcientia Deum poſſimus inuocare, *vt Matth*.5.23. ſub qua ſpecie comprehendi etiam poſſunt reliquæ iniuriæ,quibus affici poteſt proximus,de quibus *Eſai*.1.15.16.

Cum iracundo amicitia non ineunda,*Prou*.22.24.Iræ locum dare,*Rom* 12.19.eſt non iraſci,cedere occaſionibus litigandi, ſubterfugere materiam iraſcendi.Iraſci dicitur Chriſtus, *Marci*,3.5.ſed non hominum iratorum more,in quibus ira nihil aliud eſt, quam ſumma vindicandæ iniuriæ adpetito,ideoq; cum maleuolentia ſemper coniuncta eſt,& cum dolore quidem, ſed quem ex iniuria ipſis facta concipiunt , non autem ex eius vel improbitate,vel imprudentia,à quo læduntur.At Chriſtus contra ira[,] iratus dicitur Phariſæis, vt nihil præmitteret,quo illos reuocaret ad officium , tantum aberat,vt vlciſcendi rabie ferretur. Iraſcendum, ſed non peccandum, *Epheſ*,4.26.quo in loco agit Paulus de compeſcendis vitioſis affectibus.

Ira,ſeu iracundia in homine damnatur,*Iob*.36.18.*Prou*.18.14.*Ecc*.7.10.*Matth*.5.22.*Epheſ*.4.*v*.26.31.*Coloſ*.3.8.1.*Tim*.2.8.*Tit*.1.7.*Iac*.1.19. non omnis tamen ira,vtpote quæ zeli nomine commendatur, (vide Zelus bonus ) & quam Peripatetici fortitudinis cotem non temere vocarunt:ſed quæ vel iniuſta eſt,vel immoderata, *Epheſ*.4.V.26. Ira ſtulti quam noxia,*Prou*.27.3.Ira ſeu iracundia quantum mali pariat,*Geneſ*.4.5.*Iob*.5.2. *Prou*.12.16 & 14.30. & 15.18. & 17,19 & 19.19. & 27.3.& 29.22.*Eccl*.7.10 *Eccl*.25.22.& 28.V 6.14.& 30 26.*Matth*.5.22.Luc.4.28 *Gal*.5.20.*Epheſ*.4.26.*Col*.3.8. *Tit*.1.7.*Iac*.1.19. Iræ alterius cedendum potius, quam reſiſtendum & repugnandum, *Geneſ*.27.42.*Prou*.22.24.& 29.22.*Eccl*.8.19.*Matth*.2.13.Iræ malæ mala,*Prou*.15.18.& 26.21.& 29.22.*Iac*.1.20.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Virum ſtultum interficit iracundia.*Iob*,5.

Fatuus ſtatim indicat iram ſuam : Qui autem diſſimulat iniuriam,callidus eſt.*Prou*.12.

Vir iracundus prouocat rixas , & qui ad indignationem facilis eſt,erit ad peccandum procliuior,15.& 29.

Ira & furor vtraq: execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum,*Eccl*.17.

Zelus & iracundia minuunt dies.& ante tempus ſenectutem adducunt cogitatum,30.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum.tardus autem ad loquendum,& tardus ad iram.Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur.*Iacob*.1.

*Proximum lædit.*

Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam , ſpiritum vero ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? *Prou*.18.

Sicut fremitus leonis,ita & regis ira,& ſicut ros ſuper herbam,ita & hilaritas eius.19.

Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem:ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.26.

Graue eſt ſaxum & oneroſa arena,ſed ira ſtulti vtroque grauior.27.

Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati ſpiritus ferre quis poterit? *ibidem*.

Non eſt caput nequius ſuper caput colubri : & non eſt ira ſuper iram inimici.*Eccl*.25.

Homo iracũdus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium,immittit inimicitiam.28.

*Gratioſe ſedatur.*

Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem, *Prou*.15.

Qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat,25.

*Fructuoſe deriuatur.*

Non te ergo ſuperet ira,vt aliquem opprimas:nec multitudo donorum inclinet te.*Iob*,36.

Noli eſſe amicus homini iracundo, neq; ambules cum viro furioſo,ne forte diſcas ſemitas eius , & ſumas ſcandalum animæ tuæ, *Prou*.22.

Qui autem forte premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum,& qui vehementer emungit, elicit ſanguinem:& qui prouocat iras, producit diſcordias.30.

Ne ſis velox ad iraſcendum,quia ira in ſinu ſtulti requieſcit *Eccl*.7.

Aufer iram à corde tuo , & amoue malitiam à carne tua,*Ecc*.11,

Quam bonum eſt arguere,quam iraſci.*Eccl*.20.

Ego autem dico vocis:quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.*Matth*.5.

Non voſmetipſos defendentes chariſſimi , ſed date [...] *Rom*,12.

Omnis amaritudo, & ira,& indignatio,& clamor & [...] tollatur à vobis cum omni malitia.*Epheſ*.4.

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Ira inueterata odium eſt,ira turbat oculum, odium [...] ira feſtuca eſt,odium trabs: homines quotidie iraſcuntur [...] tamen oderunt filios. *Auguſt. ſuper Pſal.*

Diuina bonitas ideo iraſcitur in hoc ſeculo,ne iraſcatur [...] ro,& miſericorditer temporalem exhibet ſeueritatem [...] vltionem inferat,*idem de vera innocentia*.

Non eſt quærendum vtrum quis iraſcatur, ſed quare [...] nec vtrum ſit triſtis,ſed quare: nec vtrum timeat, ſed quid [...] Iraſci enim peccanti , vt corripiatur,contriſtari pro [...] retur: timere periclitanti ne pereat, nullus ſanæ mentis [...] rationis reprehendat.*idem de Ciuitate Dei*.14.

Ira dicit: Quæ æquanimiter erga te ferri non poſſunt [...] no patienter tolerare peccatum eſt,quia niſi eis cum [...] ratione reſiſtatur, contra te deinceps ſine menſura [...] tientia reſpondet. Si paſſio redemptoris ad mentem [...] hil tam durum, quod non æque toleretur. Quanta [...] quæ patimur comparatione illius? Ille opprobria, [...] tumelias,alapas,ſputa, flagella , ſpineam coronam, [...] nuit, & nos miſeri vno ſermone fatigamur: vno verbo [...] *dem de conflictu virtutum & vitiorum*.

Iram fratris tunc portabis,cum tu aduerſus eum [...] rurſum eo tempore,quo te ira præoccupauerit,illa te [...] quillitate ſupportet.*idem de verbis Apoſtoli*.

Nulli iraſcenti ira ſua videtur eſſe iniuſta. Ira enim [...] ita ſit odium,quum quaſi iuſti doloris admixta dul[...] in vaſe detinet, donec totum aceſcat, vaſque corrumpat [...] *Dioſcorum*.

Eſt ira quæ iuſtitiam non operatur, & furori [...] vim poteſtate facit, in tantum vt labia tremant, [...] vultus pallore mutetur.Recte illud laudatur Architas [...] cum villico iratus.Iam te inquit occiderem, niſi iratus [...] *ron.ſuper Ioel,Prophetam.*

Quid iracundo furor ſuus confert quem ſæuiſſimis [...] ſtimulis conſcientiæ, ira ab omni conſilio ac mente [...] iraſcitur inſanire credatur *idem ad Demetriadem*.

Ira ſæpe etiam innocentes ad crimen adducit: qui [...] amplius iraſcimur,& volumus aliena coercere pecca[ta] [...] committimus, ideo Apoſtolus ait, Non vos vindicantes [...] ſed date locum iræ,hoc eſt, declinemus eam, ne no[...] Vnde Dominus Ieſus mittens ad euangelizandum [...] eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga [...] tis & inſtrumenta eriperet vltionis. *Ambroſius de* [...] *heb*.15.*q*.3.*Ira ſæpe*.

Reſiſte iræ ſi potes,cede ſi non potes,ſi præuenerit & [...] uerit mentem tuam iracundia, & aſcenderit in te, [...] cum tuum.Locus tuus patientia eſt.

Non mediocre eſt mitigare iracundiam,non inferiu[s] [...] mo commoueri, hoc noſtrum eſt, illud eſt naturæ.

Iraſcimini vbi eſt culpa,cui iraſci debeatis:Non poteſt [...] vt non rerum indignitate moueamur. Alioquin [...] nitudo & remiſſio iudicatur.

Qui ſibi iraſcitur, quia cito mutus eſt,deſinit iraſci [...] autem vult iram ſuam probare iuſtam, plus inflammatur [...] iram cadit.*idem l*,1.*de Officiis*.

Eſt & paſſio grauiſſima culpa conſcientiæ,quam [...] comprimit.Emolliri enim poteſt, eradicari non poteſt [...] nimus qui eſt rationis capax non eſt ſuarum paſſionum [...] ſed reprehenſior.Neq; enim fieri poteſt, vt factus ad [...] iraſcatur,ſed vt ratione ſe temperet, indignitatem cohibe[re] [...] niendo ſe reuocet: ſicut & propheta docet nos, dicens [...] & nolite peccare . conceſſit quod naturæ eſt, negauit [...] eſt.*idem,de Iacob & vita beata.l*.1.

Præclarum eſt motum temperare conſilio, nec minus [...] dicitur cohibere iracundiam, indignationemq; compeſcere [...] omnino non iraſci:cum plerunque illud leuius, illud [...] metur.*idem ſuper Lucam.l*.5.

Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio, &c.Racha [...] vox eſt indignantis , quæ animum iraſcentis oſtendit, [...] plenum verbum iracundiæ exprimit. Prius ergo ira [...] ſine voce,poſtea vero ira cum voce,ſed nec dum pleno [...] mato, ad extremum ira cum verbo.Et notandum, quod [...] hibet reum eſſe iudicio in voce iræ,quæ eſt Racha,reum [...] verbo vocis, reum gehennæ. Per gradus enim culpæ [...] ſententiæ quia in iudicio adhuc cauſa diſcutitur, in concilio [...] ſententia diffinitur: in gehenna vero ea, quæ de concilio [...] ſententia explicatur.*idem l*.21.*Moral*.

Aliquando ira perturbato animo,quaſi ex iudicio [...] dicit, vt qui ſe foris per linguam non exprimit, intus [...] ſcat: vt iratus quiſq; collocutionem ſuam proximo [...] hil dicendo,quod ſit aduerſus eum,dicat

Jraſcuntque per mentium clauſa ira intra mentem vehementius æſtuat & clamoſas voces tacita format, verba ſibi quibus exaſperetur obiicit, & quaſi in cauſæ examine poſita durius exaſperata reſpondet.

Quanta ſit iracundiæ culpa, penſare poſſumus, per quam dum manſuetudo amittitur, ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur.

Per iram ſapientia perditur, vt quid, quo ordine ſit agendum neſciatur omnino: quia nimirum intelligentiæ, lucem ira ſubtrahit, dum mentem permouendo confundit. *idem lib. 5. moral.*

Per iram iuſtitia relinquitur. Quia dum perturbat mens iudicium ſine ratione exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt vt beſtialiter ſolus viuat. Per iram concordia rumpitur. Per iram lux veritatis amittitur, quia dum menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cognitionis abſcondit. Per iram ſpiritus ſancti ſplendor excluditur qui ſuper humilem & quietum requieſcere dicitur: quia dum ira ſubtrahit quietem mentis, ſuam ſpiritui ſancto habitationem claudit, cuius receſſione animus vacuus ad apertam mox inſaniam ducitur, & vſque ad ſuperficiem ab intimo cogitationum fundamento diſſipatur. Nam iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti. Ore quidem clamorem format, ſed intus quid loquatur, ignorat. In quod itaque ab arreptitiis longe eſt, qui actionis ſuæ conſcius non eſt? Vnde fit plerunque, vt vſque ad manus ira proſiliat; & quo ratio longius recedit, audacior exurgat: ſeque ipſum animus retinere non valet, quia factus eſt poteſtatis alienæ: & eo furor membra foris in ictibus exercet, quo intus ipſam membrorum dominam mentem captiuam tenet.

Aliquando iracundus manus non erigit, ſed in maledictionis iaculum linguam vertit. Fratris namq; interitum precibus expoſcit, & hoc Deum perpetrare expetit quod ipſe peruerſus homo facere pertimuit, vel erubeſcit.

Alia eſt ira, quam impatientia excitat, alia quam zelus iuſtitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Ira per vitium oculum mentis excæcat, ira autem per zelum turbat. Si nobis & proximis delinquentibus iraſcimus, non peccamus. Si enim ſic proximos, vt nos, amare præcipimur, reſtat, vt ſic eorum erroribus, ſicut noſtris vitiis iraſcamur. *idem, ibidem.*

Sæpe, qui corrigere nititur, ira ſuperatur, opprimit antequam corrigat. Nam dum plus quam debet accenditur, ſub iuſtæ vltionis obtentu ad immanitatem crudelitatis effrenatur. *idem 26. moral.*

Nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur. Itaq; qui cum cauſa non iraſcitur, peccat. Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentia nutrit, & non ſolum malos, ſed etiam bonos ad malum inuitat. *Chryſoſt. ſup. Matth 5. Qui iraſcitur fratri.*

Melior eſt qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem. *Caßiodorus ſup. illud Pſalm. Iraſcimini & nolite peccare.*

Motum ſiquidem animi feruidum propter humanam fragilitatem in poteſtate habere non poſſumus, ſuffragantem tamen diuina Deratione diſciplinam continemus. Nam ſi iraſcamur, nec conſideratione refrenamur, ſed à voto noſtro impedimur aliqua neceſſitatis obiecto, tunc vtique conſtat nos facti crimen portare, etiamſi non poſſumus quod volebamus efficere, *idem ſuper Pſalm.*

Deus itaque qui iraſcitur non in totum prohibet iram, quia is affectus neceſſario datus eſt. *Lactant. Firm. de ira Dei.*

Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur. Quia, qui iratus, in aliquem ſententiam profert; & ſi ille quantum ad ſe iuſtam retulerit ſententiam, iſte tamen qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore iræ eam ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non mutat. *Beda ſuper epiſtolam Iacobi, & hab. 11. q. 3. Epiſcopus.*

Hæc eſt natura iræ, vt dilata langueſcat & pereat: prolata vero magis magiſque conflagret. *idem ſuper Parabolas. l. 2.*

¶ Sententiæ Poeticæ.

Anthol. S. Iacob. Bill.

*Nemo ſuæ mentis motus non æſtimat æquos,*
*Quodq; volunt homines ſe bene velle putant.*
*Vnde animus celeri pace eſt reuocandus ab ira.*
*Ne robur ſæuis tempora dent odiis.*
*Offenſas ſibimet parcentia corda remittant,*
*Nam nemo eſt qui non indigeat venia,*
*Quam, noſtri memores mundi inter vana viciſſim*
*Omnibus in cauſis & damus & petimus.*

Ouid. epiſt. 3. Heroid.

*Vince animos, iramque tuam: qui cætera vincis,*

Seneca in Thebaide.

*Pone veſanos, precor,*
*Animi tumores, teque pietati refer.*

Statius, 8. Thebaidos.

*Ille monet ne frena animo permitte calenti,*
*Da ſpacium tenuemq; moram: male cuncta miniſtrat*
*Impetus: hoc oro munus concede parenti.*

Horat. epiſt. 19. lib. 1. Lollium.

*Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam,*
*Commiſſumque teges, & vino tortus & ira.*
*Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.*

Claudianus de 4. Honor. Aug. conſulatu.

*Quippe opifex veris confundere ſacra prophanis,*
*Diſtribuit partes animæ ſedeſq; remouit.*
*Iram ſanguineus regio ſub pectore cordis.*
*Protegit imbutam flammis, auidamq; nocendi,*
*Præcipitemq; ſui rabie ſuccenſa tumeſcit,*
*Contrahitur ſtupefacta metu, quumq; omnia ſecum*
*Duceret, & requiem membris veſana negaret,*
*Inuenit pulmonis opem, madidumq; fluenti*
*Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.*

Hor. 1. epiſt. l. 3. epiſt. 7.

*Qui non moderabitur iræ,*
*Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit & mens,*
*Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.*
*Ira furor breuis eſt, animum rege, qui niſi paret,*
*Imperat. Hunc frenis, hunc tu compeſce catena.*

Virg. lib. 5. Æneid.

*At non tardatus caſu, neque territus heros,*
*Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat ira.*

Statius lib. 2. Theb.

*Excedere animum dolor, iraq; demens:*
*Et qua non grauior, mortalibus addita cura.*
*Spes vbi longa venit.*

Seneca in Thyeſte tragœd. 2.

*Cum ſpirat ira ſanguinem, neſcit regi.*
*Iratus nihil niſi crimina loquitur.*

Ibidem.

*Quos amor verus tenuit, tenebit*
*Ira, cum magnis agitata cauſis,*
*Gratiam rupit, cecinitq; bellum.*

Idem trag. 6. actu. 2.

*Sed regi frenis nequit.*
*Et ira & ardens haſtis & victoria.*
*Commiſſa nocti quicquid indignum aut ferum.*
*Cuiquam videri potuit, hoc fecit dolor.*
*Tenebræq; per quas ipſe, irritat furor.*

Terentius in Andria.

*Amantium iræ amoris redintegratio eſt.*

Idem in Hecyra.

*Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ,*
*inimicitias faciunt.*
*Pueri inter ſe quam pro leuibus noxiis iras gerunt.*

Virg. Æneid. lib. 2.

*Furor iraque mentem.*
*Præcipitant,*

Ouid. 1. Amorum eleg. 2.

*Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.*

Idem Elegia 8.

*Sed nunquam dederis ſpacioſum tempus in iram.*
*Sæpe ſimultates ira morata facit.*

Idem lib. 3. de Arte amandi.

*Pertinet ad faciem rabidos componere mores:*
*Candida pax homines, trux decet ira feras.*
*Ora tument ira, nigreſcunt ſanguine venæ,*
*Lumina Gorgoneo ſæpius angue micant.*

Idem epiſt. Hypſipyles ad Iaſonem.

*Qualibet iratis ipſe dat arma dolor.*

Idem lib. 1. de remedio amoris.

*Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori,*
*Difficiles aditus impetus omnis habet.*

Homer. Iliad. 1.

Σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμὸν.
Ἴσχειν ἐν στήθεσσι; γὰρ ἀμείνων φιλοφροσύνη.

*Tu vero magnum iram*
*Contine in pectoribus: humanitas enim melior.*

Phocylides.

Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δὲ ἄγριον ὀργήν.
Πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσας.

*Ne ſis promptus ad manum, ſed frena agreſtem iram:*
*Sæpe enim cum percuſſeris, inuitus cædem patraſti.*

Θυμὸς ἐπερχόμενος, μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.

*Ira animum ſubiens inſaniam pernicioſam gignit.*

Theognis.

Οὐδὲν κύρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα
Πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη.

*Nihil tam, ô Cyrne, iniuſtum eſt, quam ira, quæ dominum*
*Suum lædit, & animo commoto miſere gratum facit.*

Menander.

*Ὀργὴ παραλογισμὸς ποτ' οὐδ' εἰς τεύχεται.*
*Αὐτὴ κρατεῖ νῦν, ἂν δὲ μικρὸν παρακμάσῃ.*
*Κατόψεται μᾶλλον εἰς τὸ συμφέρον.*
*Ira non poteſt vnquam falli.*
*Ea nunc imperat: vbi vero modicum deferbuerit,*
*Multo acutius quod ex vſu eſt, videbit.*
*Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε*
*Κρυπτόμενον, μανίας πολὺ χειρότερον.*
*Sæpe mentem hominum detexit ira*
*Latentem, quæ peior quandoque eſt inſania.*
*Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα.*
*Τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστι, τῆς ὀργῆς, πόνος.*
*Inſanimus omnes, cum iraſcimur.*
*Ira enim difficillime refrenatur.*
*Ἅπανθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ,*
*Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα.*
*Omnia quæ iratus agit,*
*Errata poſtmodum intelliges.*

Æuripides in Æolo.

*Ὀργῇ γὰρ ὅστις εὐθέως χαρίζεται,*
*Κακῶς τελευτᾷ· πλεῖστα γὰρ σφάλλει βροτούς.*
*Quiſquis iræ præceps indulget,*
*In malum finem exit: plurimum enim hominibus incommodat.*

Epicharmi.

*Μὴ ἐπὶ μικροῖς αὐτὸς αὐτὸν ὀξόθυμον δείκνυε.*
*Ἐπιπολάζειν οὔτι χρὴ τὸ θυμὸν, ἀλλὰ τὸ νόμον.*
*Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς οὐδὲν εὖ βουλεύεται.*
*Ne tute teipſum ob rem leuem iracundum exhibeas.*
*Superare non iram conuenit ſed legem.*
*Nemo iratus quicquam recte deliberat.*
*Πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσε βροτῶν,*
*Ἥτ' ἀσυνεσία δύο κακὼ τοῖς χρωμένοις.*
*Multos iracundia magna perdidit mortalium,*
*Et imperitia: quæ gemina mala ſunt vtentibus ſe.*

Euripides in Archelao.

*Ὀργὴ δὲ φαύλη πόλλ' ἔνεστ' ἀσχήμονα,*
*Ἔξω γὰρ ὀργῆς, πᾶς ἀνὴρ σοφώτατος.*
*Πολλ' ἐστιν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδεύτου κακά.*
*Iræ malæ multa ſunt indecora,*
*Extra iram vnuſquiſque multo ſapientior eſt:*
*Ex ira imperita multum generatur malorum.*

Aeſchilus.

*Ὀργῆς ματαίας εἰσὶν αἴτιοι λόγοι.*
*Iræ vanæ cauſa ſunt verba.*

Chæremon.

*Ὡς οἶδ' ἐν ὀργῇ πάντα γίνεσθαι κακά.*
*Ex ira ſcio cuncta prodire mala.*
*Ὀργὴ δὲ πολλοὺς δρᾶν ἀναγκάζει κακά.*
*Ira permultos agere cogit mala.*

Sophocles.

*Αὐθάδεια τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.*
*Moroſitas obnoxia eſt imperitiæ.*

Euripid.

*Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ.*
*Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν.*
*Ἀθάνατον, ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.*
*Cæterum vt mortale noſtrum eſt corpus,*
*Ita conuenit iram quoque non retinere*
*Immortalem, quicunque ſapientiam intelligit.*

Menander.

*Ὅσος τὸ κατέχειν ἐστὶ τὴν ὀργὴν πόνος.*
*Οὐκ ἔστιν ὀργῆς (ὡς ἔοικε) φάρμακον,*
*Ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου.*
*O quam cohibendi magnus eſt iram labor.*
*Non eſſe videtur aliud iræ pharmacum,*
*Oratio niſi grauis amici viri.*

Euripides in Hypſipyle.

*Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν,*
*Μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου φάρμακον,*
*Ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.*
*Quiſquis hominum rebus iratus aduerſis,*
*Vehementius ipſo morbo remedium adhibet,*
*Is medicus eſt non peritus naturæ malorum.*

Archilochus.

*Ὦ μωρέ· θυμὸς ἐν κακοῖς οὐ σύμφορος.*
*O ſtulte: inutilis eſt ira in malis.*

Menander.

*Εἰ καὶ σφόδρ' ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος.*
*Πράξῃς προπετῶς· ὀργῆς γὰρ ἀλογίστου κρατεῖν.*
*Ἐν ταῖς ταραχαῖς μάλιστα τὸ φρονοῦντα δεῖ.*
*Etſi doles vehementer, haud quicquam tamen irritatus*
*Agas temere: nam iram rationis inſcitiam refrenare*
*In perturbationibus in primis ſapientem oportet.*
*Τὸ δ' ὀξύθυμον τοῦτο, καὶ λίαν πικρὸν,*
*Δεῖγμ' ἐστὶν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.*
*Ingenium tam irritabile & amarulentum ...*
*Indicium ſtatim eſt omnibus puſillanimitatis.*

¶ Sententia Philosophi...

Eſt maximus ad ſubeunda pericula aculeus ira... *Ethic.c.* 8.

Ira ipſa perturbatio eſt, quæ ex multis rebus ... *lib.4.Ethic.c.5.*

Iracundi quidem celeriter commouentur, & in ... & quibus de cauſis, & vehementius quam ſat ... etiam eorum ira deſiſtit, quod in iis eſt optimum ...

Acerbi ægre placantur, diuque irati ſunt: nam ... animum autem ſi ſemel expleuerint, tum modum ... enim modum finemque iræ adhibet, pro dolore ... ciens. *ibid.*

Ad mitigandam & quaſi concoquendam a... tempore opus eſt. *ibid.*

Infenſos homines appellamus eos, qui quibus ... rectum eſt, iraſcuntur, & vehementius, & diutius ... ſtulare videatur: eos etiam qui non redeunt in gratiam ... vel animaduerſio ſit conſecuta. *ibid.*

Vlciſci iniuriam magis naturam attingit hum... infenſoque animo homines minus apti ſunt ad ... nem *ibid.*

Ira parere illa quidem videtur quodammodo ... attente eam audit, ritu canum: qui priuſquam ... is amicus qui pulſauit, allatrant. Sic ira feruore ... turæ motu incitata, audit illa quidem rationem ... non intellecta, ad ſupplicium ſe vltionemque ... *Ethic.c.6.*

Iracundia & acerbitas à natura nobis potius ... cupiditates eæ, quæ ſemper immenſæ ſunt, & ... nus neceſſariæ. *ibid.*

Iracundus non agit fraude, neque inſidiatrix eſt ... aperta. *ibid.*

Qui per iram facit, omnia dolens facit: & qui ... tur, libenter. *ibid.*

Iracundiam voluptas inſequitur: quam ipſa vl... candi ſpes facit. *lib.2.Rhet.c.2.*

Non recte dicuntur ab inuitis fieri, ea quæ ... ditate. *l.3.Ethic.2.*

Extremorum clementiæ is qui vltra modum ... cundus, & vitium iracundia appellatur. *lib.2.Ethic.c.7.*

Iratos maxima ex parte vlciſcendi libido, non ... endum permouet. *lib.5.de Repub.c.10.*

Pars quædam odii etiam ira dicenda eſt, quippe ... res agendas quodammodo impellit: quanquam ... iorem vim ad agendum habet, quam odium. ... maiore impellit hæc perturbatio, propterea quod ... pateat. *ibidem.*

Odium magis rationi obtemperat, quam ira. Cum ... iuncta ſit cum ægritudine, cogitationi & rationi ... linquitur: & odium ſeparatum eſt à dolore. *ibid.*

Pars ea animi in qua irarum ardor conſiſtit, eſt ... gignit. Hæc enim pars eſt animi, qua ad amorem ... Quod ex eo ſciri poteſt, quia magis in familiares & ... tatur pars illa, ſi ſe contemptam putet. *lib.7.de Rep...*

Recte illud de ira dictum eſt, quod defluente ... rorum pectoribus gliſcit. *lib 2.Rhet.ad Theodect.c...*

Iram immortalem, cum ſis mortalis, non ſerua, ... *capite.21.*

De ira. Dial. cvii.

*Franciſci Petrarch.*

Dol.

Sed iraſcor. R. Ego aduerſus opem polliceor, non ... tuita enim illa, ſed voluntaria ſunt, & in veſtra poteſtate ... tur cogit iraſci? D. Iraſcor offenſus. R. Is fortaſſe, qui ... arguitur, ſe offenſum abs te queritur. Non tantum ... quantum inſolentiæ. D. Ira æſtuo. R. Furis ergo. *Ira furor ...* inquit Flaccus, fit autem, à pleriſque mala conſuetudine ... tia longus furor. Ennius autem iram initium dixit inſaniæ ... pleriſque nimis illam ſequentibus finis & inſaniæ ... dem hæc etiam peſtis, vt ſuperior & ſi ſæpe alios, ſemper ... te alios poſſeſſorem ſuum torquet, & cruciat vt miser ... buſdam videri potuerit, huic neſcio quid melle dulcius ... bet fortaſſe vltio dulce aliquid efferum, inhumanum ... amarum habet. D. Iraſcor iniurias. R. Vix iracundus ... adeo quiſquam fuit, vt nulla re laceſſitus iraſceretur ... lius ſenator, iracundiſſimus ille mortalium, qui clienti ... mnibus ſibi conſentienti, atque omnia confitenti, ... mauit. Dic aliquid contra, vt ſimus duo: durum caput ... liſſet iniurias qui obſequium non ferebat? Dol. Iraſcor ... fendor. R. Hac in parte vulgo plurimum erratur. ... ſæ, finguntur offenſæ, inque his ipſis quæ veræ ſunt ... modus exceditur. In tribus peccatis, velum aliquod ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ſat o pſi peccatum. Tu quia non tibi vt … paretur iraſceris, & tamen Deus ipſe cottidie verbis ac rebus … tur, nec ſemper iraſcitur, vos omne verbulum caſu elapſum … iniuriam capitalem trahitis. Impatiens genus. D. Iraſcor ſic me… R. Si de te quidem male, ſi de republica, modo non ira, ſed … illa ſit, optime. Et ad ſummam, mordicus, vt dici ſolet, Ci… nianum illud eſt tenendum. Ita procul vt abſit, cum qua nihil … fieri, nihil conſiderare poteſt. Iure ergo laudatur Architæ Ta… dictum, & Platonis amici ſui factum, quorum primus dum … ſtudiis dedito peſſeſſiones ſuas culpa villici deſtructas aſpiceret, … cum verius Sumerem inquit ex te debitas pœnas, niſi tibi ira… ſcerem. Alter iratus ſeruo, non impunem dimiſit, vt Architas, … amico commiſit, vt ſupplicium exigeret, veritus, ne ſe iræ im… quo non deceret, impelleret, hæc horumque ſimilia frena… debent, ne ſequaces ſuos vt ſolita eſt, in infamiam cladem… præcipitet.

Nemo vnquam in vitio à primo ortu fuit, ſed ſua quiſque fit … improbus: ſunt medii quidam motus animorum, quibus … fiunt vitia; ſin aliter, virtutes erunt. Qui enim pec… iraſcitur, vt vitium corrigat, nihil inhumanè facit: qui in… damnat, aut illatam vlciſcitur, fortis hic & iuſtus: at qui … non frenat, ſed præceps rapitur, is immani beluæ ſimilior, … homini. Extant varia & atrocia huius vitii exempla, & in … illud Sauli Regis, qui ob Dauidem quem infenſe oderat, quia … apud Abimelechum fugiens ille in hoſpitio fuiſſet, regiæ iræ i… non ſolum hoſpitem ipſum, ſed Nobeam etiam hoſpita… incendit, ciuibuſque omnis ſexus & ætatis ferro deditis. … que miſerabilis illa clades eo calamitoſior, quod quinque … ginta ſapientia & diuinatione illuſtres viri, Abimelechi … extremo ſunt ſupplicio affecti. *De iracundia Sabellicus lib.* …

Ira (vt inquit Ennius) eſt initium inſaniæ. *4. Tuſc. Cic.*

Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt neceſſariæ, in qui… dum eſt fortaſſe, & vocis contentione maiore & verborum … acriore, atque etiam illud ipſum quod acerbitatis habet … gatio, ſignificandum eſt, ipſius id cauſa, qui obiurgetur, … ceptum eſſe. Id agendum etiam eſt, vt ne ea facere videamur …: ſed vt ad vrendum & ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi … inuitique veniemus: nec vnquam niſi neceſſario ſi nulla re… alia medicina: Sed tamen ira procul abſit, cum qua nihil … conſiderate fieri poteſt. *1. Offic.*

Semper ira procul abſit, cum qua nihil recte, nihil conſiderate … poteſt. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt ea nec con… fieri poſſunt, neque iis qui adſunt probari. *1. Offic.*

Proprium eſt irati, cupere à quo læſus videatur, ei quam maxi… dolorem inurere. *1. Offic.*

Non eſt in noſtra poteſtate, fodicantibus iis rebus, quas malas … opinamur, diſſimulatio vel opinio. *3. Tuſc.*

Omnes læſi dolent, irati efferuntur. *Pro Marc. Cælio.*

Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac … viri difficillime poſſunt. *Ex act. 5. in Verr.*

*Τὸ … πάθος μὴ καθομιλούμενον, μηδὲ θεραπευόμενον, φυσικὴ … γίγνεται.*

Affectus iræ niſi curentur & caſtigentur, in naturalem morbum … *Apollonius ad Ariſtoclem.*

Si quem cū minis & impetu volueris aggredi, memento præme… humanum eſſe tibi, manſuetumque ingenium: & quod … damnumque te ſequutura ſint, ſi quidquam immane … miſeris. *Epictetus Philoſophus.*

Motus in malum præſens, ira, inuidia, indignatio: item ira … eſt concitatio animi acerba, quod bona ſua videt contemni, quæ … putat non eſſe contemnenda, in quo & ſemetipſum cenſet … contemni: cuique enim precium atque æſtimatio ex ſuis bonis. … Ira eſt motus, iracundia habitus, vel ingenium naturale: Ira o… ex offenſione naſcitur: non eſt autem omnis offenſio ira, … differunt enim duo hæc, vt generale & ſpeciale: ſed ſermone com… tamen confunduntur, adeo vt altera pro altera ſumatur. … eſt homini ira, ad appetitum rerum excellentium, vt … videat ſe, ac doleat ob viles abiectaſque actiones reiici, ac … contemni, det operam, vt ſe ab illis vindicet, transferatque ad præ… quæ contemni iure non poſſint. *Ludouicus Viues lib. ſecun… de animam cap. de Enumeratione affectuum, & libro tertio, de … offenſione.*

Quæcunque ira commoti faciunt homines, ea neceſſum eſt … & imprudentia, & omnino errata. Non enim fieri po… vt concitatus ira, ratione vtatur. Omne autem quod ſine ra… fit, inartificioſum ac peruerſum eſt. Proinde rationem opor… agendorum ducem conſtituere, ac ita demum actione vitæ ag… iram interea contingentem, ſemper caſtigando, ac euitan… vt naucleri fluctus aduoluendos. Eſt enim ſane non minor me… ne ira nimium aduerſa, ceu proræ fluctus, & ſui authorem & … funditus perdat, euertatque, niſi quis per induſtriam præ… Cæterum ad iram recte moderandam diligentia & ſtu… requiruntur. *Plut.*

*… ὀργιζόμενος ἄνθρωπος συγνοίη, αὐτὸ γὰρ ὀβούλεται, τὴν … διαφθείρει τῶ ἀνθρώπω.*

Nihil quicquam homo iratus recte poteſt cognoſcere: vlciſcendi enim auiditas indicium eius corrumpit. *Antiphon.*

Ira quoque & odium in pectoribus humanis, magnos fluctus excitant: procurſu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Vterque conſternationis plenus affectus, ac nunquam ſine tormento ſui violentus: quia dolorem cum inferre vult, patitur, amara ſolicitudine, ne non contingat vltio, anxius, ſed proprietatis eorum certiſſimæ ſunt imagines, qua Dii ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehementer conſpici voluerunt. *Valerius Max. l. 9. c. 3. De ira & Odio.*

Iraſci in quibus non oportet, inſipientis eſt, Non iraſci in quibus oportet, inſipientis eſt. *Ariſtot. lib. 3. Ethic.*

Omnis autem & animaduerſio & caſtigatio contumelia vacare debet. Cauendum eſt etiam, ne maior pœna quam culpa ſit, & ne eiſdem cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Prohibenda eſt autem ira, maxime in puniendo. Nunquam enim iratus qui acceſſerit ad pœnam, mediocritatem tenebit, quæ eſt inter nimium & parum.

Non vero audiendi ſunt, qui grauiter inimicis iraſcendum putant, idque magni animi & fortis viri eſſe credunt. *M. T. Cic. lib. 1. de Offic.*

Exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur, aut libidine, aut iracundia: quamquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. Sic enim diffinitur, Iracundia, vlciſcendi libido. Qui igitur exiſſe ex poteſtate dicuntur: idcirco dicuntur: quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt. *Idem. l. 3. Tuſcul. quæſt.*

Peripatetici multis verbis iracundiam laudant: cotem fortitudinis eſſe dicunt, multoque & in hoſtem, & in improbum ciuem vehementiores iratorum impetus eſſe: leuis autem iracundia eorum qui ita cogitant: Prælium rectum eſt hoc fieri: conuenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria, hæc nullam habent vim, niſi iræ excanduerit fortitudo. Nec vero de bellatoribus ſolum diſputant, imperia ſæuiora eſſe putant nulla ſine aliqua acerbitate iracundiæ. Oratorem denique non modo accuſantem, ſed nè defendentem quidem probant ſine aculeis iracundiæ, quæ ſi etiam non adſit, tamen verbis atque motu ſimulandam arbitrantur, vt auditoris iram oratoris incendat actio. Vtrum deniq; videri negant, qui iraſci neſciat.

An quiſquam poteſt ſine perturbatione mentis iraſci? Bene igitur noſtri, cum omni eſſent in morbis vitia, quod nullum erat iracundia fœdius, iracundos ſolos morboſos nominauerunt. Oratorem vero iraſci minime decet, ſimulare non dedecet. An tibi iraſci tum videmur, cum quid in cauſis acrius & vehementius dicimus? *Idem, l. 4. Tuſc. quæſt.*

Ab iratis ſi perſpicue pax & beneuolentia petitur, non modo ea non inuenitur, ſed augetur atque inflammatur odium. *Idem Rhetoric. veterum lib. 1*

Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio ſuperbia atque crudelitas appellatur. *Salluſtius in Catilin.*

Cupido & ira peſſimi conſultores. *Salluſtius in Iugurtha.*

Deorum ſpreti monitis excandeſcunt, & humana conſilia caſtigantur, vbi ſe cœleſtibus præferunt.

Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplicii grauitate pœnæ compenſat. *Valerius Maxim. lib. 1. de neglecta religione.*

Ira atque indignatio non præſtant conturbato animo quid tutiſſimum ſit conſultandi locum. *Xenophon. lib. 4. Cyripæd.*

Expers conſilii furor, dolorem virtutum putat, quantumcunque meditatur, ira tamen promittit audaciam. *Paulus Oroſ. de Ormeſta. lic. 2.*

Conſiderationem furor adimit. *Idem. lib. 5.*

Nihil æque profuit iratis, quam intueri deformitatem rei, id eſt, iræ. Nam in ea facies turbatior, ora pulcherrima fœdat, toruos vultus, ex tranquillitate reddit, linquit decor omnis iratos. Qualem putas animum, cuius extra imago tam fœda eſt? Et ſequitur. Qualia poetæ infernalia monſtra finxere, ſuccincta ſerpentibus, & igne, & flatu, &c. talem nobis iram figuremus. *Senec. lib. de Ira.*

Maximum remedium iræ eſt dilatio, vt primum eius feruor relangueſcat, & caligo, quæ mentem premit, aut decidat, aut minus denſa ſit. *idem ibid.*

Immodica ira gignit inſaniam, hac ardeſcit affectus ex amore, qui ex odio neſcitur. Non viuimus minus inter ſeria, quam inter luſus, & iocos: nec intereſt, ex quam magna cauſa iraſcatur, ſed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, ſed quo incidat. Ingentis iræ exitus furor eſt, & ideo ira vitanda eſt, non immoderationis cauſa, ſed ſanitatis. *ibid.*

Nihil inter inſanum & iratum eſt, vt non vnus dies, alter ſemper inſanit, alter ſemper iraſcitur. *idem lib. 3*

Iracundia infeliciter geminatur. Iracundus cum iraſci deſierit, tunc iraſcitur ſibi: reſpicere nihil conſueuit iracundia. *Idem, prom.*

Quo minus preſſeris iram, hoc ab ira magis premeris: tunc

enim incipimus aliis iraſci, cum nobis deſinimus. Finis iræ initium eſt pœnitentiæ. *ibid.*

Apud bonum virum cito moritur iracundia. Breui mens eſt ipſa iracundiæ memoria. Fulmen eſt, vbi cum poteſtate habitat iracundia, grauiſſima eſt probi hominis iracundia, grauis tamen pœna eſt, quem poſt factum pœnitet. *ibid.*

In amore ſemper mendax iracundia eſt. Iratum breuiter feres inimicum diu. Iracundiam qui vincit hoſtem ſuperat maximum. Iratus etiam facinus conſilium putat. Si quis iraſcitur ab alio, pœnas à ſe exigit. *ibid.*

Animo dolenti nihil oportet credere. *idem.*

Boni viri cito moritur iracundia. *idem.*

*Senecæ alia dicta de Ira, ſubiungimus.* Ira eſt concitatio animi ad vltionem voluntate & iudicio pergentis. *Libro ſecundo, de Ira capit 3.*

Opportuniſſima ad iracundiam feruidi animi natura eſt. *Eod. lib. cap.* 18.

Vinum incendit iram, quia calorem auget pro cuiuſque natura. *capit.* 19.

Nihil magis efficit iracundos, quam educatio mollis & blanda. *capit.* 21.

Felicitas iracundiam nutrit, vbi aures ſuperbas, aſſentatorum turba circumſtetit. *ibid.*

Cauſa iracundiæ opinio iniuriæ eſt, cui non facile credendum, nec apertis quidem manifeſtiſque ſtatim accedendum eſt, &c. Hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum, notumq; nobis ſit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus iraſcimur. *cap.* 22.

Nulla res magis iracundiam alit, quam luxuria impatiens & intemperans. *cap.* 26.

Quid eſt dementius quam bilem in homines collectam in res effundere? Atqui vt his, quæ anima carent iraſci dementis eſt, ſic & mutis animalibus: quia nulla eſt iniuria, niſi à concilio perfecta. Nocere itaque nobis poſſunt, vt ferrum, aut lapis: iniuriam quidem facere non poſſunt. *cap.* 26.

Vt his iraſci ſtultum eſt, ita & pueris, & non multum à puerorum prudentia diſtantibus, Omnia enim iſta peccata apud æquum iudicem pro innocentia habent imprudentiam. *c.* 27.

Aut ignorantia rerum aut inſolentia nos iracundos facit. *cap.* 31.

Magni animi eſt, iniurias deſpicere. Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus exaudit. *Cap.* 32.

Cæteri affectus dilationem recipiunt, & curari tardius poſſunt. Iræ incitata, & ſe ipſa rapiens violentia, non paulatim procedit, ſed dum incipit tota eſt. Nec aliorum more vitiorum ſolicitat animos, ſed abducit, & impotentes ſui cupidoſque vel communis mali exagitat. Nec in ea tantum, quæ deſtinauit, ſed in occurrentia obiter furit. Cætera vitia impellunt Animos ira præcipitat. &c. *lib.* 3. *cap.* 1.

Ne quem ira fallat, tanquam aliquo tempore, aliquo loco profutura, oſtendenda eſt rabies eius effrænata & attonita: apparatuſque illi reddendus eſt ſuus: equulei, fidiculæ, ergaſtula, cruces, circundati defixis corporibus ignes, & cadauera quoque trahens vncus: varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inſcriptiones frontis, & beſtiarum immanium caueæ. Inter hæc inſtrumenta collocetur Ira, dirum quiddam atque horridum ſtridens, omnibus per quæ furit, tetrior. Vt de ceteris dubium ſit, nulli certe affectui peior eſt vultus, quem deſcripſimus aſperum & acrem, nunc ſubito retrorſum ſanguine fugato pallentem, nunc in os omni calore ac ſpiritu verſo ſubrubicundum & ſimilem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis & exilientibus, nunc in vno obtutu defixis & hærentibus. Adiice dentium inter ſe arietatorum, & aliquem eſſe cupientium, non alium ſonum quam eſt apris tela ſua attritu acuentibus. Adiice articulorum trepidum, cum ſe ipſas manus frangunt, & ſæpius pulſatum pectus, anhelitus crebros, tractoſque altius gemitus, inſtabile corpus, incerta verba ſubitis exclamationibus, trementia labra interdumque compreſſa & diram quiddam exſibilantia. Ferarum, ſiue illas fames exagitat, ſiue infixum viſceribus ferrum, minus terra facies eſt, etiam cum venatorem ſuum ſemianimes morſu vltimo petunt, quam hominis ira flagrantis. *Capite* 3. *libro.* 3.

*Vide tres illos libros.* Senecæ *de Ira: qui innumeris ſententiis contra turbulentiſſimum iſtum affectum referti ſunt.*

Occaſiones, quæ in bello ex præſentibus circunſtantiis inſtituentur, ſi quis ita excipit, vt ne turbari ſe ira patiatur, tutius rem gerit. Qui autem in iram præceps eſt, per iracundiam multa delinquit. *Thucyd. lib.* 1.

Omnes ex conſpectu ſubiti atque inſueti damni in iram exardeſcunt, & qui minimum vtuntur ratiocinatione, ii maxime ira ad aliquid agendum permouentur: ij præſertim qui imperare volunt aliis & aliena incendere malunt in vicinis regionibus, quam pati vt ſua ab aliis incendantur. *idem. lib.* 2.

Compeſcere iram difficile eſt: nam quod petit, … morte, *Plut. in Coriolano.*

Ab ira nulla ſperanda bona gratia eſt. *Idem, in …* & *Coriolani.*

Superbia atque ira, mala inuicta. *Curt. l.* 3.

Vna ſine viribus ira eſt. *Liu. Decad.* 1. *l.* 1.

Ira & ſpes fallaces authores ſunt, *idem, eod. l.*

Solet ira ſedari poſt interitum eorum qui læſere … ſublata, & per miſerationem reuocata deſiderat … ria. *Apia. l.* 1. *de bell. ciuit.*

Ira & odium in pectoribus humanis magnos … procurſu celerior illa, nocendi cupidine hoc … que conſternationis plenus affectus, ac nunquam … ſui violentus: quia dolorem cum inferre vult, … ſolicitudine, ne non contingat vltio, anxius. *Valer. …* *capit.* 3.

In animo reuoluente iras, etiam ſi impetus offenſionis … valet memoria. *Tacit. Annal. lib.* 4.

Celſæ poteſtates iras principum aliquoties mollire … *Marcell. lib.* 4.

Potentes iram tegunt ac diſſimulant, dum vleiſcendi … tur. *Nicet. in Ioan. Comn.*

Ira nonniſi lethali ictu lenitur. *idem, Andr. Comn.*

Facile fore ſapientibus duxerim animi iracundiæ … bationes frænare, continereque in obuios quoſque … petus, & ſalua duntaxat, vt dignitatem, ira & animi … atque conſtantia aduerſantibus quibuſque obſiſtere … ſcé animi motibus quicunque rerum ſunt deſtinationem … nacti, his fuerit enixius inhærendum, qui puri vera … tiores ſint. Qui vero deorſum & in contrarium … luti feruntur, haudquaquam ſemper vtendum eſt … commodum ceſſerint. Sapientiam igitur puriorem … bamque, nec vlla ex parte adulteratam nemo non … iracundia vero, quod ſtrenue fit, eſt quidem glorioſa … mia tamen audacia fugienda eſt, nec prorſus conducit. … *libro* 5.

Numen per ſe potens atque paratum ſtat interea … violato gentium iure bellis iniuſtis diuina humanaque … confundere pergunt, quiue ſuaſmet ipſi opes & fabricas … mane ferre neſciunt, eorum plærunque audaciam … inopinis calamitatibus, extremiſque malis, vel obruunt … *Diodor. Sic. hiſt. lib.* 13.

Diuina indignatio peccata noſtra vlciſcitur, *G. Pach.* … *lib.* 12.

Ira numinis procul diuque abeſſe, à nimium ſecuris … poteſt. *P. Æmyl. lib.* 8.

Deus cum ſemel iratus fuerit, vſquequaque hominem … mille caſibus inuoluit, ſumma imis repente permiſcet, … lia mentem quoque ipſam impotenter eripit. *P. Iou.* … *libro* 2.

Ita natura comparatum eſt, vt ſi qua inter neceſſarios … tercidat, acerbiora inde odia, grauioreſque inimicitiæ … *B. Facius. hiſt. l.* 4.

Mora iræ mitigatio eſt. *Thucyd. lib.* 3.

Egregia res eſt & longe honeſtiſſima, amicitiæ … tiæ prima per officium initia, primaque iura occupare … do calamitoſis, iras conceptas extinguere, tum … uere diſcordiam. Nam beneuolentiam inter inimicos … olatam immortalemque ſeruari: odia vero iraſque … quam celerrime fieri poteſt, tolli. Ea namque … ſemper, & eorum qui te incolumen optent, numerum … ſed hoſtium contra neceſſario, inimicorumque … ſcere videbis. *Diodor. Sicul. hiſtor. l.* 13.

Qui perpetuis perſequi inimicitias odiis, & … perrexerint iracundia, horum proculdubio res ad … nam properant. Pronepotibus eoſdem ſuis, … ſtans, infeſtum, ac nulla prorſus parte tutum … rare conſtat: quippe quorum res omnes fortunæ … inimicorumque odio ſemper obnoxiæ relinquantur. … *dem lib.*

Dionem quum amici monerent, ne malis … nibus parceret, ſed & Heraclidem (periculoſæ … ctionis inter Syracuſanos caput) militibus dederet, … popularis iſtam gratiæ aucupationem eximeret, … dum & tyrannide nihilo minorem, reſpondit, … exercitationem in armis fere & bello conſiſtere. … mia meditatum eſſe, quomodo iræ, inuidiæ, ſtudioque … tentionis mederetur eam virtutem non in eo conſpici … & amicis ſe æquum præbeat: ſed ſi quis iniuria … ſe & benignum peccantibus exhibeat. Oſtenſurum … potentia & armis Heraclida ſe, quam bonitate & … tiorem eſſe, nam hæc re vera potiora eſſe: cum … lorum ſucceſſu, & rerum bene geſtarum gloria, … num, ac certe fortuna diſceptare poſſit. Quod ſi Heraclides … delis & improbus ob inuidiam ſit: non conuenire tamen …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…a Dioni, vt ob iram ipſe officium deſerat quippe vlciſci ſe acce… iniuria iuſtius, quam iniuriam inferre videri, quod ita legibus …e conſtitutum: cum, ſi naturam ſpectes, ab eadem animi imbe…cillitate vtrunque proficiſcatur. Neque vero cuiuſquam homi…nis malitiam, quantumuis magnam, ita prorſus intractabilem eſſe & indomitam, non vt mutari crebris beneficiis poſſit. *Plutar. in Dione.*

Qui inexorabiles iras gerunt, non tantum odio ſunt iis, à quibus timentur, ſed etiam ſunt reliquis omnibus permoleſti: ex quo fit, vt iis plerique parent inſidias, ne prius ipſi pereant. *Xiphilin. in Cæſ. Auguſt.*

Iræ properi, inſidiis incauti ſunt, & facile opprimuntur. *Tacit. Annal. 11.*

Iracundus cum ira accenditur ac quaſi excandeſcit, omnem humilitatem exuit & remiſſionem: itaque iratus qui eſt, eodem modo ſtrenuus videtur, quo is qui febricitat calidus: ſic animus illius pulſu, agitationeque & tumore quodam diſtenditur. *Plutarch. in Coriolano.*

Nec caute ſatis nec prudenter is facit, qui inſolentius iraſcitur: …eam beneficium, quod ſola beneuolentia comparari poteſt, vi & contumeliis extorquere contendit. *P. Iouius, hiſt. lib. 14.*

Silentium obſtinatum, fixi in terram oculi, ſurdæ ad omnia ſolatia aures, & pudor intuendæ lucis, ingentem molem iratum ex …o animo cientis indicia ſunt. *Liu. Decad. 1. l. 9.*

## ❡ Apophthegmata.

*Plato* ſapienter auditores admonebat, vt iratos ſe in ſpeculo contemplarentur. Nam cum faciem ſuam furibundam per omnia phrenetico ſimilem viderent, eo dedecore territi, in poſterum ab …a ſe facile temperaturos. *Fulg. l. 7. c. 2.*

*Idem*, iratus famulo gratiam cum diis habere iuſſit, quod ſuccenſeret: alioquin non euaſurum eſſe ſine flagris, ſi non ſuccenſuiſſet. *Laert. Stob. ſerm. 20.*

*Ariſtoteles* Alexandrum ira excandeſcentem placare volens & ſedare ſummam indignationem, hæc ad eum ſcripſit: Excandeſcentia & ira non in pares, ſed in meliores exiſtere ſolet. Tibi vero nemo par eſt. *Ælian. lib. 12. de var. hiſt.*

*Idem* dicebat ab omnibus quæ per iram committuntur rationem recedere, quæ iracundiam fugit tanquam acerbum tyrannum. *Stob. ſerm. 20.*

*Idem* iracundiam deſcribens, eſt, inquit, perturbatio ferina, dura & violenta potentia cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturæ pe…que concitatrix, pecuniarum pernicies, & perditionis origo. *Stob.*

*Epicurus*, Quid ira efficeret, ſciſcitatus? reſpondit, Immodica ira gignit inſaniam. *Senec. epiſt. 18. ad Lucil.*

*Herodotus* dicebat, hominum animos in auribus habitare: bonis enim auditis corpus gaudio repletur: contrariis autem, inflatur ira. *Stob. ſerm. 20.*

*Democritus* Iram, quemadmodum canes, cœcas criminationes …re dicebat. *Ant. & Max. ſerm. de Ira.*

*Macarius* interrogatus, quid ita iniuriarum erga homines me…oriam tenentes, vim & animæ reminiſcendi enecaremus: ad…erſus dæmones autem, cum acceptorum ab eis malorum remi…niſcimur, detrimentum nullum ſentiremus? reſpondit: Propterea quod prior illa affectio præter naturam, poſterior autem ſecundum naturam eſſet. *Nicephor. Calliſtr. lib. 11. Eccleſ. hiſt. cap. 45. ex Euagrio.*

*Antiochus Sophiſta*, cum male apud omnes audiret, veluti for…midoloſus: quod nec prodiret in concionem, nec capeſſeret rempublicam; Non eos, inquit, metuo, ſed meipſum: agnoſcens bi…lem ſuam vehementiorem quam vt cohiberi poſſet. *Philoſtr. in ſophiſt.*

*Plato* ſentiebat homines iracundioris ingenii ad diſciplinas quidem eſſe idoneos, ad gerendam Remp. non item. *idem Philoſt.*

*Bias*, Bono conſilio duo maxime contraria eſſe dicebat: Feſtinationem ſcilicet, & Iracundiam: homo enim iracundus cum extra ſe poſitus ſit, vacuus eſt omni conſilio. *Laert. in eius vita.*

*Chilon* docebat vincendum iram, quod is affectus ſit cæteris potentior: quam ſuperare fortius eſt, quam hoſtem armatum deiicere: nec minus exitii mortalibus ſit ab ira, quam ab hoſte. *Laert.*

*Ariſtippus*, cum videret ſuccenſere quendam, ac verbis indigna…ri: Ne verba, inquit, per iram proferamus, ſed verbis iram compeſcamus. *Stob. ſerm. 18. Max. ſerm. 19.*

*Diogenes*, de non iraſcendo accurate diſſerenti, adoleſcens quidam proteruus, veluti periculum faciens, an re præſtaret ea quæ docebat, inſpuit illi in faciem. Tulit hoc leuiter ac ſapienter: Non quidem, inquit, iraſcor, ſed dubito tamen an iraſci oporteat. *Laert. lib. 6.*

*Zeno Eleates* cum maledictis laceſſitus incandeſceret, reprehen…ſus quod philoſophus verbis improborum commoueretur: Si contumelia, inquit, æquo animo admiſero, ne laudes quidem ſentiam. …pidus eſt, non ſentire diſcrimen inter laudantem & vituperantem: ſed philoſophi eſt, non ita commoueri, vt ab honeſto recedat. *Laert. lib. 9. c. 5.*

*Architas* cum in agro comperiſſet quoſdam è famulis admiſiſſe quiddam, ſentiens ſe commotiorem in illos nihil quidem tum fecit, tantum abiens: Fortunati, inquit, eſtis quod iraſcor vobis. *Cic. lib. 4. Tuſc. quæſt. Bruſon lib. 3. c. 19.*

*Pythagoras*, Prodeſt (aiebat) cum muliere iracunda conſuetudinem habere exercitationis cauſa: vt equites decet ferocibus aſſueſcant vti equis quos ſi domuerint, aliis etiam facilius vtentur. *Ant. & Max. ſerm. de Ira.*

*Socrates* iratus filio aliquid delinquenti, nihil aliud dixit, quam, Ipſe te coerce, *Laert in vita Socratis.*

*Idem* ſeruo delinquenti, Cæderem te, ait, niſi iraſcerer. Admonitionem ſerui in ſanius tempus diſtulit, illo tempore ſe admonuit. *Senec. lib. 1. de Ira.*

*Democritus* ad quendam flagris ſæuientem in ſeruum, Deſine, inquit, te ſeruo tuo ſimilem oſtendere. Seruus enim eſt, qui ſuis cupiditatibus imperare non poteſt. *Eraſ. lib 8. apoph.*

*Idem*, iracundiam impugnare difficile eſſe dicebat: ſed viri ratione bona præditi eſſe ipſam vincere. *Stob. ſerm 20.*

*Idem.* Impudens eſt, inquit, omnis contentio: dum enim hoſtem quo pacto lædat reſpicit, propriam negligit vtilitatem. *ibid.*

*Xenocrates*, Ingratitudinis vitii à Platone philoſopho inſimulatus, nunquam iracundia & indignatione ſe vinci paſſus eſt, ſed animo immoto illi, qui hoc indicauerat, ac ad vltionem inſtigarat: Hoc, inquit, quod nunc facio, mihi bonum atque commodum eſt. Quo dicto indicare voluit, non minus ſe curare propriam ſalutem, dum iræ frænum iniiceret, quam Platonis maledicentiam, fortaſſis ab aduerſario confictam. *Ælian. l. 4. de var. hiſt.*

*Plato* interrogatus, per quid cognoſceretur ſapiens? reſpondit: Sapiens cum vituperatur, non iraſcitur: cum laudatur: non extollitur. *Laert. in eius vita.*

*Anonymus*, Apud Platonem educatus puer, cum ad parentes reuerſus vociferantem patrem audiſſet: nunquam, inquit, hoc apud Platonem vidi. *Senec. l. 2. de ira.*

*Idem.* Iratus ſeruo, cum eum caſtigare pararet, & forte interueniret Xenocrates Flagella, inquit, hunc puerum: nam ipſe ſum iratus. Sibi diffiſus eſt homo philoſophus, ſentiens animi commotionem. At vulgus hominum tum maxime punit, cum iraſcitur. *Laer lib. 3. Ant. in Meliſſ. part. 1 ſerm. 53. Val. Max. lib. 4. c. 1. Vide Senec. de Ira lib. 3. c. 12.*

*Idem.* Idem præterea famulo ſic comminatus eſt, Loris te cæderem, ni iratus eſſem. Nihil iræ fidendum. Sapuit Syrus ille Terentianus, qui ſe coniicit in angulum, edormiturus quod biberat vinum. At ira minus ſui compos eſt, quam ebrietas. *Laert. lib. 3. Valeri. Maxim. libro quarto. capite prima. Plutarch. de educandis liberis,*

*Sotion*, Vt naues, inquit, egregiæ ſunt, non quæ ſereno cœlo nauigant, ſed quæ tempeſtati reſiſtunt, & ſeruantur; ſic homines reſiſtentes iræ, magni ſunt & fortes. *Anton. & Maxim. ſerm. de Ira.*

*Idem*, Sapientibus iræ loco lachrymas & riſum (vt Heraclito & Democrito) eſſe dicebat. *Stob. ſerm. 20.*

*Demonax* à quodam, cui Imperator exercitum commiſerat, interrogatus, quo pacto delegatam prouinciam quam optime gerere poſſet: Si, inquit, iracundia vacaris. Iram ſenſit vir prudentiſſimus ad omnem functionem inutilem eſſe. *Eraſm. lib. 8. apoph.*

*Idem.* Subinde ſuadebat, non facile iraſcendum eſſe hominibus, ſi delinquerent, ſed potius corrigenda eſſe vitia, medicorum exemplo, qui non indignantur ægrotis, ſed morbum ſanant *Eraſm. lib. 8. apoph.*

*Apollonius*, iræ affectum ait, niſi diligentia ac verbis placidis temperetur, in genuinum quendam morbum excreſcere. *Stobæus.*

*Idem*, quiſquis erga leuia errata, inquit, vehementius quam par eſt, iraſcitur, delinquentem non ſinit inter culpam extremam & mediocrem quid interſit dignoſcere, *ibid.*

*Theano*, mulier ex Pythagoreorum Philoſophorum cohorte, excandeſcens aliquando in ancillam: Vapulares iam, inquit, niſi irata eſſem. *Stob.*

*Pylager* rogatus quamobrem non delectaretur educandis pueris? Quoniam, inquit, nec meipſo delector. Agnoſcebat naturæ ſuæ vitium. Erat enim iracundus & moroſus, eoque nec appoſitus ad teneram ætatem inſtituendam: cum hodie ſtulti parentes nullis libentius committant liberos ſuos, quam huiuſmodi truculentis & aſperis. *Philoſt. in ſophiſt.*

*Pyrrum* maximum præceptorem certaminis gymnici ſolitum aiunt his quos exercebat, præcipere, ne iraſcerentur. Ita enim perturbat artem, & qua noceat tantum, non qua caueat, aſpicit. *Senec. de ira lib. 2.*

*Anonymus.* Quidam iratus Agaſoni, volebat eum percutere, cumque is clamaret, Athenienſis ſum: ad aſinum verſus; At tu (inquit) Athenienſis non es, eique multas plagas inflixit. *Meminit Plu. in libello de Cohibenda ira.*

*Melanthius* negabat eam iram videri grauem, quæ mentem cogat emigrare, ſed quæ prorſus excludat domo. Sentiens, probis etiam ingeniis adiunctam eſſe iracundiam: ſed hoc vitium eſſe tolerabile, ſi celeriter animus ad ſe redeat, & pro ira rationem

in conſilium adhibeat, At ſi perturbatio penitus inſideat animo, ita vt excuſſa ratione feratur effreni impetu, certa pernicies eſt, *Eraſm. lib. 8. apoph.*

*M. Caio* Iratum ab inſano nulla alia re differre dicebat, quam mora temporis: ſentiens, iram eſſe breuem inſaniam. *Plut. & Stob. ſerm.* 18.

*Catoni Vticenſi* cauſam agenti, in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui ſaliua, cum inſpuiſſet Lentulus, abſterſit faciem, & affirmabo (inquit) omnibus, Lentule, falli eos qui te negant os habere. *Senec. lib. 3. de Ira, c.* 38.

*Charilaus* Seruo cuidam audacius agenti cum ipſo, Ni iratus eſſem, inquit, occiderem te. Adeo putabat nihil recte dici, fieriue ab irato, vt ne in ſeruum quidem animaduertere voluerit commotior. *Plut. in Lacon.*

*Cotys* rex erat natura celer ad iram, ſæuuſque caſtigator eorum qui in miniſterio deliquiſſent. Hoſpes quidam ad illum detulit vaſa fragilia tenuiaque, ſed ſcite carioſeque celte tornoque elaborata. At is hoſpiti quidem dedit munera: cæterum vaſcula omnia confregit. De mirantibus & quærentibus cur id faceret? Ne, inquit, ſæuirem in ſeruos ſi forte vaſcula frangerent. *Plutarchus in apophthegm.*

*Athenodoro* ob ſenectutem flagitanti vt ſibi liceret redire domum, Auguſtus conceſſit. At cum ille Cæſari dixiſſet: Vale (volens aliquod philoſopho dignum monumentum apud illum deponere) adiecit: Cæſar, cum fueris iratus, ne quid dixeris feceriſve, priuſquam Græcarum literarum xxiiij. nomina apud te recenſueris. Cæſar autem philoſophi dexteram amplexus: Adhuc inquit, te præſente mihi opus eſt, totumque etiam annum apud ſe detinuit, dicens illud Græcorum prouerbium, Silentii ſunt tuta fidi præmia, ſiue approbans philoſophi dictum, quod tutum eſſet iram premere, ne prorumpat in verba: ſiue ſentiens, philoſopho profuturum fuiſſe, ſi hoc dictum non addidiſſet iam abiturus. *Plut. in apoph. Fulgoſ. lib. 7. c. 2.*

*Anonymus.* Ægyptius quidam monachus interrogatus, cur adeo ſe omnibus corporis voluptatibus ſubtraheret? reſpondit, vt hac ratione omnem iræ cauſam & occaſionem prædicam. Ira quippe vt de voluptatibus belligeratur, ita etiam voluptatum ſuppreſſione ſopitur. *Nicephor. Call. libro* 11. *Eccleſ. hiſt. cap.* 43. *ex Euagrio.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi* Leonem quidem mitigas, reddiſq; tractabilem: furorem vero animi tui, omni prorſus efficis leone ſæuiorem. Si ſeruus domum patris nequaquam ingreditur: cum beſtia fueris effectus, quando poteris ipſum vel intrare veſtibulum? In mitigando leone, cum duo ſint impedimenta vel maxima, quod fera ipſa ratione priuatur, & longe amplius animantium alterius generis excedit furorem: tu tamen de copia donatæ tibi à Deo ſapientiæ, ipſam ſuperas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in beſtiis, cur in te ipſo naturæ obfuſcas bonum, dum malum adamas voluptatis? Beſtias feras ad manſuetudinis prouenis dignitatem, teipſum de throno deiiciens, & honore regali, ad animalium irrationabilium furorem cogis. Ponamus iram quoque beſtiam quandam eſſe. Quantum igitur ab aliis erga mitigandum leonem, ſtudium datur, tantam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiuſmodi cogitationem mitem atque manſuetam. Siquidem hæc fera & vnguibus ſæuiſſimis armatur, vt dentibus: niſi illam ſolicite manſuefeceris, cuncta ſimul diſperdet & lacerabit. Nullus leo, nulla ſic vipera, viſcera queant humana laniare, vt hominis iracundia, ferreis quibuſdam vnguibus vniuerſa confodiens. Neque ſolum corpori nocet, ſed etiam ipſius corrumpit animæ ſanitatem; cunctas ſiquidem eius omnino vires diſcerpit ac deuorat, eamque ad omnia inutilem reddit. Nonnulli hominum vermes quoſdam in inferioribus corporis nutrientes, ne reſpirare quidem ſinuntur, vexatis profecto obeſiſque viſceribus: nos tamen venenatam in nobis alentes viperam, iram dico, quæ omnia hominis interiora depaſcitur, qui inquam ſanum aut forte poſſumus cogitare? Quoniam modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? Si illam vtique potionem bibamus, quæ omnes intra nos vermes ſerpenteſque mortificet. Et quod namque eſt, inquis, poculum iſtud? pretioſus ſcilicet ſanguis Chriſti, ſi cum fiducia vtique ſumatur. Omnis enim hoc remedio morbus extinguitur. *Homil. 4. in Matth.*

*Quemadmodum* ſi ignem cum igne coniungas, maior flamma ſuccenditur: Ita iracundia per iracundiam non compeſcitur, ſed amplius irritatur. *Chryſ. in c. 5. Matth. hom.* 12.

*Vehemens iræ* affectus eſt, & omni flamma vehementior: qua celeritate opus eſt, vt hunc ignem extinguamus, neue ad ſummum eum euadere ſinamus? Iræ enim morbus niſi mox ſedetur, multas generat calamitates: impetus furoris eius, ruina eius eſt. Quamobrem huic indomitæ beluæ nolimus habenas remittere, ſed præduro freno, metu ſcilicet futuri iudicij, eam cohibeamus. *idem Homil. 3. Ioannem.*

*Videbis iratos* non ſecus ac inſanos, turpiter in medium præcipites ferri: cum enim circa præcordia efferbuit ira, ignem emittit, tota inflatur facies, incompoſitæ manus mouentur, & cætera; cum hæc faciunt, tanquam amentes, nihil ſe[illegible] gunt, ſed aſinorum more, calcibus moribuſque [illegible] *Homil. 3. in Ioan.*

*Neque febribus* laboranti, neque timido quiſquam [illegible] his morbis affecti, ſui miſericordiam & lacrymas mouen[illegible] modi eſt irati animus: qui ſi in te proſiliet, tace, & [illegible] plagam infliges. *Hom. 47. in Ioannem.*

*Sicut ferrum* ignitum cum in aqua intingitur, [illegible] Sic iracundus in longanimem incurrens, nihil eum [illegible] etiam iuuat, ſed etiam ipſe retinetur amplius. Nihil [illegible] nimitate ſimile. Nunquam iniuriatur huiuſmodi [illegible] ſicut adamantina corpora non vulnerantur: ſic [illegible] tales: ſuperiores quippe iaculis inueniuntur. *Homil.* [illegible] *braos.*

*Quemadmodum ſi infles* in ſcintillam ignis, [illegible] contra vero ſi inſpuas, extinguis: & vtrumque tibi [illegible] ſi inflatos ac vecordes ingeras ſermones, excitas [illegible] hominis: ſin mites ac moderatos admoueas ſermones, [illegible] excandeſcat, iram omnem extinxeris. *Homil. 3.* [illegible] *ſpectacula.*

*Quemadmodum gubernator* ventis in mari agitatus, [illegible] uo aſſiſtens, gubernandi prudentia portum maris pe[illegible] lo maris liberetur: Sic animus hominis iracundiæ [illegible] tus, ratione moderandus eſt, vt liber ab omni periculo [illegible] redeat. *Hom. 7 de fide Annæ.*

*Inter Iram & Inſaniam* nihil differt: ſed breui [illegible] mon eſt, imo quam qui vexatur dæmonio grauior. [illegible] nia dignus eſt: iratus nulla, ſed ſuppliciis innumeris: [illegible] perditionis profundum defertur, & etiam ante futu[illegible] nam pœnas dat. Tumultu enim quodam & æſtu [illegible] noctuque variis cogitationibus anxius iactatur. Ira [illegible] mens & furibunda, incantemus eam diuinæ Scriptu[illegible] bus: Terra es, &c. Impetus iræ eius caſus ipſum: Vir [illegible] deſtus eſt, &c. Si aſpectu irati nihil turpius: quid, imo [illegible] anima? *Homil.*

*Iratus animus* eſt ſimilis foro cuidam pleno [illegible] multus eſt euntium & redeuntium clamor, Camel[illegible] norum fremitus, argentariorum & ærariorum [illegible] tium ſtrepitus. Ac mitis mens in ſolitudine mon[illegible] lis eſt, auram quidem habentis tenuem, purum [illegible] pura fontium fluenta, multaſque florum amœnitates [illegible] *Tom.*

*Dum tempus eſt*, equum cohibeamus, ne ſeſſorem [illegible] Iræ amputemus alas, nec amplius in altum extollere. [illegible] *tom. 4.*

*Baſilii.* Quemadmodum torrentes ad curua loca [illegible] tes ſecum obuia quæque trahunt: Sic & irato[illegible] violenti & inſtabiles omnia ſimiliter percurrunt [illegible] *De ira.*

*Philonis Iudæi.* Quemadmodum ciuitates domina[illegible] rum & tyrannidem ferentes ſeruiunt oppreſſæ [illegible] contra vero quæ legibus parent, degunt liberæ: Sic [illegible] nes qui in iræ poteſtatem deueniunt, omnes ſeruitute[illegible] mam ſeruiunt: & liberi è diuerſo ſunt, qui ſub legibus [illegible] recta viuunt. *Lib. quod omnis probus liber.*

*Cyrilli.* Vt ſubtractione lignorum ignis extinguitur [illegible] te eo, in quem quis iraſcitur, temperat iracundiæ. *In* [illegible] *capite* 17.

*Vt fumus* mordicans oculos non videre ſinit quæ [illegible] cent: ſic iracundia oboriens orationem offuſcat. *Stob.* [illegible]

*Naucrates* Sapiens iracundis ſimile quid accidere [illegible] Lucernis, quæ copioſo oleo magis inflammantur. *Ibid.*

*Sotionis* Quemadmodum nauigia, non quæ in tranq[illegible] uigant, ſed quæ tempeſtatibus obſiſtunt, & eundum [illegible] nes qui iræ & perturbationibus reſiſtere valent, magn[illegible] habentur. *apud. Stob. ſerm. 20. & Max. ſerm.* 19.

*Antonii monachi.* Vt aqua tepida inflammationem: [illegible] humanitatis plena, iram reſtinguit. *Part. 2 ſerm.* 53. *Meliſſ.*

*Quemadmodum* nauis ventis agitata ponto ſubmergitur [illegible] gubernator ſua induſtria regat: Sic iracundia hominem [illegible] ora quæque rapit, niſi ratio frenum iniiciat ac moderetur. [illegible] *liſſa part. 2. ſerm.* 72.

*Maximi monachi.* Quemadmodum corpus noſtrum [illegible] Sic conuenit iram non habere immortalem eum, qui [illegible] vti nouerit. *Serm. 19. ex Euripide.*

*Plutarchi.* Vt non magno negocio flamma extinguitur [illegible] leporinis, aut ſcyrpis, aut ſtipulis accendi cœpta: at [illegible] lida corripuerit: Sic ira primum gliſcens facile vel [illegible] compeſcitur, cum videmus fumantem adhuc: quod ſi [illegible] vix vllo negocio poſſit extingui. *in Moral.*

*Vt equi ferociores* frenis: Sic homines iracundi ratione [illegible] & reguntur. *In Moral. apud Anton. in Meliſſa ſerm.* 53 [illegible] *ſerm.* 19.

*Vt in tumultu* non audimus, quid nobis dicatur: [illegible] admittimus alienum conſilium, niſi ratio loquatur [illegible] multum animi compeſcat. *In Moral.*

*Vt prima tyranidis* ſolutio eſt, ſi reclametur, ſi non pareatur: Sic iræ ſtatim eſt reclamandum. *ibidem.*

*Quemadmodum* qui expectant obſidionem, colligunt, ac deponunt pecuniam, atque omnia parant ſub hoſtium aduentum: Ita aduerſus aſſultum iracundiæ præceptis philoſophiæ muniendus & inſtruendus eſt animus. *ibid.*

*Vt minuta litera*, ſi quis intendat, offendunt oculos: Sic qui res minutulas iracunde curat, moroſior redditur ad maiora. *ibidem.*

*Vt iuxta ſententiam* Hippocratis morbus eſt periculoſiſſimus, in quo ægrotus ſubinde mutat oris habitum, ac ſui diſſimilimus redditur: Ita nullus eſt animi morbus ira periculoſior, quæ vultum, vocem, inceſſum ſic immutat, vt idem alius eſſe videatur. *In Moral.*

*Vt nautæ* præſentientes tempeſtatem, ancoris firmant naues. Ita priuſquam ingruat tempeſtas iracundiæ, ratione firmandus eſt animus, & in diuerſum nitendum. *ibid. in Moral.*

*Amor leuatur* cantu, corollis, oſculis. At ira ſi indulgeas, exaſperatur. *in Moral.*

*Loti adducunt* ſpeculum: Id multo magis adhibendum irato. *in Moral.*

*Vt in febre*: Sic & in ira linguam habere leuem ac teneram bonæ ſpei ſignum eſt. *ibid.*

*Vt tumor* potiſſimum accidit ex plagis carnis: Sic molles & imbecilles animi maxime intumeſcunt ira, vt mulierum ac ſenum. *In Moral.*

*Mare commotum* cum algam & ſpumam eiectat, purgari dicitur, etiam ſi littus contaminat: Atqui commotus ira, verba effundit amara, contumelioſa: primum inquinant ipſum à quo dicuntur, & famæ labem aſpergunt. *in Moral.*

*Barbari quidam* ferrum inficiunt veneno, vt bis noxium ſit: Sic quidam dictis inſtigant commotos. *in Moral.*

*Nauis deſerta* recipit gubernatorem, ſi quis velit in portum reducere: At animus ira percitus non admittit gubernatricem rationē aliunde, niſi intus ratio clauum arripiat. *in Moral.*

*Vt canes*, ſi iram effuderint in lapidem aut ſaxum, mitiores ſunt erga homines: Sic qui bilem in alieno euomuerit, placidior eſt erga ſuos. *in Moral.*

*Vt equis* non in ipſo curſu frenum iniicimus, ſed ante curſum: Sic qui propenſi ſunt ad iram aut libidinem, ante rationibus ac monitis refrenandi ſunt, priuſquam in periculum ventum ſit. *Ibidem.*

*Qui ſe vna cum* ipſis ædibus incēdunt, omnia intus tumultu cōplent, vt nec videre poſſint, nec diſpicere quid ſit vtile: Sic ira commotus animus. *in Moral.*

*Vt puer ſe vulnerat* ob imperitiā, dum alium ferro quærit lædere: Ita iracundia ſibi nocet ſæpenumero, cum aliis nocere ſtudet. *In Moral.*

*Vt medicus* curans eos qui dentibus cruciantur, non tam contriſtatur aliorum malis, quam ſua bona valetudine gaudet, ſed placidus eis apparet: Sic qui cupit alienæ mederi iracundiæ, non debet ipſe ſimul commoueri, ſed placide tractare animum ægrotum. *ibidem.*

*Non vtimur* aqua turbata, niſi conſtiterit? multo minus vtendum eſt animo commoto, priuſquam ad ſe redierit. Ita Socrates. *In Moral.*

*Si pueris* vnum luſum auferas, reliquis omnib. abiectis plorant: Sic quidam ſi quid obtigerit diſpendii, protinus irati, reliqua omnia commoda ſibi reddunt iniucunda. *in Moral.*

*Vt per nebulam* corpora: Sic per iracundiam res maiores videntur. *in Moral.*

*Quemadmodum* amicos dum ſani ſunt, ſi peccauerint, redarguere & admonere optimum eſt: in delitiis autem & phrenetide non repugnare illis, nec aduerſari ſolemus, ſed aſſentiri & annuere: Ita eos qui propter iram aut auaritiam delinquunt, libertate ſermonis coercere & inhibere oportet, amantibus vero, vtpote ægris, danda eſt venia. *In libr. Quod amor non ſit iudicium. Meminit & Stob. ſer. 62.*

*Quemadmodum* canis cœcos parit catulos. Sic ira obcœcatas progenerat criminationes. *Apud Max ſerm. 19.*

*Iſocratis*, Hiſtriones quidem, licet ſolum ſimulent, hominis irati faciem repræſentant: Viri autem virtutis ſtudioſi, etſi reuera iraſcantur, vultu tamen & geſtibus irati abſtinent. *Stob. ſerm. 20.*

*Seneca.* Non ideo vitia in vſum recipienda ſunt, quia aliquando aliquid boni effecerunt. Nam & febres quædam genera valetudinis leuant, nec ideo non ex toto illis caruiſſe melius eſt. Abominandū remedii genus eſt, ſanitatem debere morbo. Simili modo ira etiam ſi aliquando vt venenum, & præcipitatio. & naufragium ex inopinato profuit, non ideo ſalutaris iudicanda eſt: ſæpe enim ſaluti fuere peſtifera, *lib. de ira.*

*Vt exulcerata* & ægra corpora, quæ ad tactus leuiſſimos gemūt: Ita ira muliebre maxime & puerile vitium eſt. *Libro primo de Ira.*

*Vt furentium* certa indicia ſunt, audax & minax vultus, triſtis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria: Ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imis præcordiis ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſeipſos torquentium ſonus, gemitus, mugituſq;, & parum explantatis vocibus ſermo præruptus, & comploſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnaſq; iræ minas agens fœda viſu & horrenda facies depriuantium ſe, atq; intumeſcentium *Lib. de Ira.*

*Vt in corporum* cura, alia de tuenda valetudine, alia de reſtituenda, præcepta ſunt: Ita aliter iram debemus repellere aliter compeſcere vt vincamus. *Lib. 2. de ira, cap. 18.*

*Cætera vitia* impellunt animos, ira præcipitat. Cæteris etiam ſi reſiſtere contra ſuos affectus non licet, ac certe affectibus ipſis licet ſtare: hæc non ſecus, quam fulmina procellæque, & ſi qua alia irrationabilia ſunt, quia non eunt, ſed cadunt, vim ſuam magis ac magis tendit. *Lib. 3. de ira, c. 3.*

*Quemadmodum* aduerſus peſtilentiam nihil poteſt firmitas corporis, & diligens valetudinis cura: promiſcue enim imbecilla robuſtaque inuadit: Ita ab ira tam inquietis morib. periculum eſt, quam compoſitis & remiſſis: quib. eo turpior ac pericuIoſior eſt, quo plus in illis mutat. *Lib. 3. de ira, c. 5.*

*Immodica ira* gignit inſaniam. Hoc quam verum ſit, neceſſe eſt ſcias, cum habueris ſeruum & inimicum, in omnes perſonas hic exardeſcit affectus: tam ex amore naſcitur, quam ex odio non minus inter ſeria, quam inter luſus & iocos. Nec intereſt, ex quam magna cauſa naſcatur: ſed in qualem perueniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, ſed quo incidat. Nam etiam maximum ſolida non receperunt: rurſus arida & corripi facilia, ſcintillam quoq; fouent vſq; in incendium *Lib. 2. epiſt. 76.*

*Thriuers.* Quemadmodum calcem accenſam oleo extingues, carbonem & flammam accendes: ita iratum humanitatis officiis placabis, inuidum magis excitabis. *in Apoph. 216.*

*Quemadmodum* adamas nulla incude rumpitur, ſed ſanguine hircino ſoluitur: Ita quoq; ira accenditur controuerſiis, mollitur beneficiis. *in apoph. 160.*

*Qui multo dolore* vtitur, fore medicamine quo dolorem ſedat, indulgenter abutitur: Multo minus modum ſeruat qui iraſcitur. Ergo caſtigationem oportet alteri tradere, vel donec ira deferbuerit, differre *in Apoph. 66.*

## ¶ Adagia.

Lucernam accendere poſſis.

*Vehementem iram hac Hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonico.*

> Κήφατ' ἔτ' ἰυμαξέως κεν ἀπ' αὐτῆς καὶ
> λύχνον ἄψαις.
> *Incaluitque ira, facile accendiſſe lucernam*
> *Ex ipſa vt poſſis.* Germani eadem metaphora dicunt: Er brennet.

In inferno iacere. ἐν τῇ ζήμῃ κεῖσθαι.

*Dicebantur, qui animo eſſent ægro quique iracundia turgerent.*

Fluctus mutus κῦμα κωφόν.

*Dici poteſt de bili hominis quæ nondum erupit in conuitium, ſed tacite inardeſcit.*

Iracundior Adria.

*De eo, qui moribus eſt parum commodis & irritabili ingenio. Horatius,*

Demiſſis auriculis. τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχειν.

*Qui deiecto humilique ſunt animo, auriculas ſuper humeros habere dicuntur.*

Mordere frenum. δακνύειν στόμιον.

*Pro eo, quod eſt vel leuiter repugnare ſeruituti.*

Mordere labrum. ἐσθίειν τὰ χείλη.

*De eo, qui ſtomachatur, animoque ringitur.*

Tacite ſtomachari.

*In eum, qui ſecum indignatur, quadrabit illud Homeri.*

> Ὁ δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον.
> *Illi cor magis atque magis ſuccenditur ira.*

Ignem gladio ne fodias.

*Id eſt, iratum animum ne laceſſas.*

Fratrum inter ſe iræ ſunt acerbiſſimæ. χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν.

*Hoc eſt: Acerba bella fratrum. Innuit prouerbium ſimultatem, quæ inter fratres incidit, atrociorem eſſe ſolere quam vulgarium inimicorum. Exempla ſuppeditat hiſtoria cum ſacra, tum prophana.*

Ira omnium tardiſſime ſeneſcit. ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει.

*Quoties ſignificabimus iniuriarum nos eſſe aut fore memores. Cicero inquit, cui placet obliuiſcitur: cui dolet meminit.*

## ¶ Exempla Biblica.

I[illegible] iniuſtæ, [illegible] vituperandæ *Exempla*: Cain *Ge.* 4. *v.* 5. Balac, *Nu.* [illegible]. Eliab, 1. *Sam.* 17. 27. Saul, 18. 8. & 20. 30. Principes Philiſtiim, 29. 4. [illegible] ner 2. *Sam.* 3. [illegible] Aſa, 2. *Par.* 16. 10 Achab, 1. *Reg.* 21. 4. Naaman, 2. *Re.* 5. 11. Exercitus Ephraim, 2. *Par.* 25. 10. Ozias, 26, 19. Sanaballat, & c. *Nehe.* 4. 1. Nabuchodonoſor *Da.* 2. 12. & 3. 13. 19. Holofernes, *Iudith.* 5, 2. Elihu, *Iob.* 32. 2. Aman *Eſth.* 3. 5. Principes Sedechiæ, *Iere.* 37.

14. Ionas, *Ion*.4.8.9. Antiochus,3.*Mach*.3.27.& 6.8.& 15.36.2.*Mach* 7.℣.3.39.Gentes,1.*Mach*.5.1.*Apoc*.11.18.Herodes,*Matt*. 2.16. Iudæi, *Luc*.4.28. Frater prodigi Filii,15.*v*.28,Demetrius,*Act*.19.18.Gentes, *Apoc*.11.18.

Ira,pro zelo,ſeu ſtudio rei ſanctæ &iuſtæ,*Exempla*:Moyſes,*Exo*. 16.20.& 12.19. *Leu*.10.16.*Num*.16.15.*Deut*.9.20. Ionathas,1.*Sam*.20. 34.Phinees,*Num*.25.7.8.2.*Mach*.2.54. Dauid. 2 *Sam*.12.5 & 13.21. Elias,1.*Reg*.19.14.*Rom*.11.5. Nehemias, *Nehem*.5.6. Aſſuerus, *Eſth*.7.7. Eliacim,Sobna,& Ioahe, *Eſa*.36.22.Ezechias,37.1. Ieremias,*Ier*.6.11. Rex quidam,*Matth*.22.7. Chriſtus.*Mar*.3.3. Paterfamilias, *Luc*.14. 21 *Vide Zelus bonus* Iræ filii,*vide filii iræ*.Iræ vaſa.*Vide Vaſa iræ*.

Iræ Dei *exempla*:Contra antiquiorem mundum,diluuium,*Gen*. 7.℣. 17. Contra ædificatores turris Babylonicæ , linguarum confuſio,11.7.Sodomam,&c.ſulphureus ignis & ſubuerſio,19.*v*.24. Vxorem Loth non obedientem voci Dei , mira in ſtatuam ſalis metamorphoſis,*v*.26.tot & tanta prodigia in AEgypto facta, ſunt maniſeſtiſſima iræ diuinæ teſtimonia,vt late deſcribitur, *Exo*.7.8 9.*c*.cõtra Moſen, *Exo*.4.14.*Deu*.3.26.& 4. 21.Iſraelitas, *Exo*.42.℣.9.10.*Nu*. 11.℣.1.& 32.13.*Iud*.2.14.20.& 3.8.10.℣.7.2.*Sam*.24.1.2.*Reg*.13.3.& 17.18 & 23.26.*Eſa*.5.5.25.& 47.6.*Oſeæ* 8.5. *Zac*.1.*verſ*.1.12 & 10.3.Aaronem & Mariam,*Num*.12. 9. Aaronem , *Deut*.9.20. Balaam. *Num*.22.22. Moabitas,25.3.Ozam,2.*Sam*.6.℣ 7.8.Dauidem & Iſraelitas, 24.℣.11. *Paral*.22.24. Salomonem, 1.*Reg*.11.9.Ieruſalem & Iudam,2.*Reg*.24. 20.1.*Paral*.27.24. Ioſaphat,9 2.Ieruſalem, &c.propter Ioas,2.*Paral*, 24.18.Amaſiam.25,15.Ezechiam.32.25.Paſtores, *Zach*. 10.3. interfectores & illuſores ſeruorum ſuorum, *Matth*.22.7.

## ¶ Exempla Profana.

*Achillem Æaci* nepotem Homerus vbiq; facit ſtomachabundũ ac minabundum:velut in primo ſtatim Iliados libro , vbi ſic incandeſcit in Agamemnonem , vt manum admoueat capulo, à conuitiis ad manus venturus,niſi Pallas eum cauillis reuocaſſet.Quin& ipſum opus ab Achillis ira habet exordium, Μῆνιν ἄειδε θεά. *Eraſ in Adag*.

*Malacho poetæ Syracuſano* immoderata bilis plerunque vſum rationis auferebat. Eratq; tum præſtantior in abſoluendo carmine, dum erat alienatus mente.*Gyraldus*.

*Q. Cicero* erat ingenio iracundus,commotuſq; animo linguæ nõ parcebat, ſed paſſim maledicta conuitiaq; in omnes iaciebat. Eum ergo graui epiſtola,quæ inſtar libri eſt,dehortatur Cicero. *Victor.li*. 2.*var.lect*.*c*.12.

*Horatius* fatetur ſe natura iracundum fuiſſe, facile tamen placabilem,ait enim:

*Iraſci facilis: tamen vt placabilis eſſem*

*D.Hieronymum* acrius interdum excanduiſſe , contentiones illæ, quas cum Ruffino exercuit,ſatis indicant:ſed & eæ , quæ adhuc leguntur,inter illum & Auguſtinum,epiſtolæ.

Fuit *Auſonius* poeta in irã propenſus,quod ſuo ipſe fatetur teſtimonio dicens:

*Iraſci promptus properaui condere motum:*
*Atque mihi pœnas pro leuitate dedi.*

*Druſum Tiberii, filium* adeo vincebat ira, vt ſcribit Dion : vt vel inſigni equiti plagas impingeret: quo argumento Caſtor (inquit) eſt cognominatus.*Cæl.li* 23.*c*.10.*A.L*.

*Plutarchus* in commentario, περὶ τῆς ἀοργησίας cuiuſdam meminit Cteſiphontis Pancratiaſtæ,qui per iracundiam mulæ calcitranti recalcitrarit.*Theat.Zuing fol*.91.

*De duce Brenno* & Gallis,*de Cambyſe Perſarum* rege, de Septimio Seuero,de Tertulliano,de Alacrio rege Gothorum, de Totila, de Conſtantino militari tribuno , de Monte Accola,Silicei montis, de Ioanne Andatu Lampugnano, de Gualterio comite Brennenſi, de Populo Romano in Albertum Ethruriæ Marchionem , de Stephano ſexto Pontifice, de Lothario, Gallorum rege & Sergio tertio Pontifice Maximo,de populo Florentino,de Henrico Hiſpaniarum rege,de Stephano Conth equite Pannonio,ac comitibus , de Tennenſibus aduerſus Piſanos. *Baptiſt.Fulgoſ.li*.9.*c*.3.*de dict.& fact*.

## ¶ Hieroglyphica.

*Elephas ira excitata* eſt hieroglyphicum,quamuis enim hoc animal natura ita manſuetum ſit, vt etiam crudelitatis alienæ miniſterio defungi minime cogi poſſit:in iras tamen acriter incitatur, perturbatumq; irritatione aliqua acerbiore,immaniter efferaſcit,*Pier. Val.li*.2.*pag*.18.*F*.& 19.*A*.

Neque defuerunt qui per *Vrſæ* ſimulacrum *iram*, immanem intelligi voluerint,quod id animal immodicis ſoleat animis excitari, & in omnem truculentiam efferri.*idem li*.12.*pag*.106.*F*.

*Craticulam* ſubiecto igni,& corde ſuperimpoſito,*furoris & indignationis* apud ſacerdotes Ægyptios indicium fuiſſe: vt ex eo ſcilicet cordis,bile ſuccenſi,excandeſcentiam oſtenderent, *idem, lib*.34. *pag*.139.*A*.

*Quercus* arbor ea inſignis aſperitate , quæ omnibus conſpicua eſt, non immerito fertur, vſque adeo inimica oleæ:vt eam iuxta ſe poſitam extinguat. Olea vero cum ſit pacis,manſuetudinis ac lenitatis indicium, excogitatum eſt,*quercum Olea complicare* cum *iracundiam* atq; inexorabilem animi aſperitatem ſeſe ad[illegible] diſſe ſignificandum fuerit,*idem Pier.Val.li*.51.*pag*.49[illegible]

Iræ hieroglyphicon,*ignis* in ſcriptura ſacra,*Pſ*.79.5.[illegible] *Pſal*.89.46.*Eſa*.30.27. *Ier*.44.*Vrſa item*.2.*Sam*.17.8.& [illegible] 7.8.

¶ Emblema. Andr Alciati.
Emblema LXIII.

*Alcæam veteres caudam dixere leonis,*
*Qua ſtimulante iras concipit ille graues.*
*Lutea cum ſurgit bilis,crudeſcit & atro*
*Felle dolor,furias excitat indomitas.*

## ¶ Fabula.

*Vrſus & Apes.*

Ictus ab apicula Vrſus, ira incenſus, in apiarium [illegible] ria populatur Tunc apes impetu facto totis examin[illegible] ruunt,de quorum vix elapſus aculeis:Quanto,inquit,[illegible] vulnus perpeti me ſatius fuerat, quam tantas copias [illegible] re iracundia mea?

Narratur fabula contra impotentiam iracundiæ.

*Malum auctum irritatione.*

Quodam in oppido ſolebant de certis cœtibus [illegible] vitiati quacunque corporis parte,erantq; conſtituti,qu[illegible] (ſiqui forte obrepſiſſe comperirentur)ſingulis vitiis [illegible] mos exigerent mulctæ nomine. Hi aliquando claud[illegible] exigerent ab eo mulctam & renitentem inuaderent,[illegible] henderent: ſcabiem in eo etiam deprehendunt.Ergo [illegible] nummos duos: Etiam tunc illo refragante, appare[illegible] lorum, Tum iſti,iam tres dabis nummos inquiunt.[illegible] ille , pugnabo potius. In lucta igitur ea apparet [illegible] Tum exegere tandem nummos quatuor ab eo, qui ſe [illegible] potuiſſet.

Fabula narratur contra pertinaces &, propugnator[illegible] ſuorum. Narratur & contra eos, qui renitendo & [illegible] leuibus, grauiora ſibi ipſi accerſunt, Initio enim [illegible] eſt, ſecundum hoc:

Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον, ἢ τελευτήν.

Nam & Laomedon equis traditis,quos Herculi(vt [illegible] promiſerat, ſe & ſuos conſeruare potuiſſet:quibus dene[illegible] los poſtea ſolum, ſed etiam regnum, vrbe vi capta, ami[illegible]

---

# Irriſio.

## ¶ Deinitio et Etymolog.

IRriſio,Græc. ἐπίχαρμα, ατος, τὸ, dicitur, & [illegible] *ſchak*, à verbo *Sachak*, irriſit, & *Sechak* riſus [illegible] eodem verbo. Vide *Prou*.10.23 & 14.13.*Ier*.20.7.& [illegible] riſio autem & ſubſannatio conueniunt in fine,ſed di[illegible] do,quia prima fit naſo rugato,ſecunda vero ſtore, [illegible] & cachinno,*ex B.Tho.ſecun.Secunda,q*.75 *art*.1.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Abominatio Domini eſt omnis illuſor, *Prou*.3.

Ipſe deludet illuſores: & manſuetis dabit gratiam.[illegible]

Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus [illegible] guſtiauerunt,& qui abſtulerunt labores eorum. [illegible] buntur timore horribili,& mirabuntur in ſubitatione [illegible] lutis,dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ [illegible] tus gementes: hi ſunt quos aliquando habuimus in [illegible] ſimilitudinem improperii. Nos inſenſati vitam illorum [illegible] mus inſaniam, & finem illorum ſine honore: ecce quo[illegible] putati ſunt inter filios Dei. & inter ſancto ſors illorum [illegible]

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: eſt en[illegible] miliat & exaltat circumſpector Deus. *Eccl*.7.

Deridetur Iuſti ſimplicitas. *Iob*.12.

Ambulans recto itinere & timens Deum, deſpicitur ab [illegible] fami graditur via. *Prou*.14.

Parata ſunt deriſoribus iudicia: & mallei percutientes [illegible] corporibus, *Prou* 19.

Eiice deriſorem. & exibit ab eo iurgium, ceſſabuntque [illegible] contumeliæ. *ibid*.22.

Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta, ſicut [illegible] diabitur illi. *Eccl*.27.

Et qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris: cum conſummaueris [illegible] prædationem, deprædaberis: cum fatigatus deſieris contemnere, [illegible] contemneris. *Eſa*.33.

## ¶ Apophthegmata.

*Ageſilaus Ephorus* cum Agidis ſuaſu factum eſſet, vt [illegible] mnium debitorum ſolutio , iamque tabulis in forum [illegible] comportatis, ignis eſſet iniectus, ac flamma exurgeret, [illegible] ditoribus mœſtis inſultabat dicens: Se nunquam clariorem [illegible] aut ignem vidiſſe puriorem, Debebat enim ipſe plurimum, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[gru]rum prædiues, nihil tamen cuiquam ſoluere habebat in ani- ...Extrema improbitatis eſt linea, etiam illudere iis quos afflixe- ... *Plut in Lac.*

*Trachalus* cuidam inter argumentandum dicenti. Si hoc ita eſt, ... in exilium: ridens ſubiecit. Si non eſt, r... lis. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Argemi*... faciens iter per Selinuntem, cum in monumento quo... ...hoc Elegiacum carmen vidiſſet ſcriptum.

*Hic reſtringuententes Mors forte tyrannida ſæuus*
*Pone Selinuntis mœnia ſtrauit humi*

Iure periſtis, inquit, qui tyrannidem ardentem conati ſitis extin- ...ere contra oportuit illam ſinere, donec tota deflagraret. Arripu- ...cum ex occaſione verbi Extinguere. Extinguitur enim quod ...primitur: & extinguitur incendium. *Plut. in Lac.*

*L. Craſſus* apud Perpennam iudicem defendebat Aculeonem, ...m accuſabat Ælius Lamia, homo omnium deformiſſimus. Is ...m interpellaret odioſe: Audiamus, inquit Craſſus, pulchellum ...rum. Huic dicto cum eſſet arriſum, iterum ait: Audiamus et- ...m dilertum, & multo arriſum eſt vehementius: parum enim fa ...ndus erat. *Eraſ. l. 6 apoph.*

*M. Cincius* quo die legem de bonis ac muneribus tulit. C. Cen- ...o prodeunti, ac ſatis contumelioſe interroganti, quid fers Cin- ...? ...ridens hominem, Vt emas, inquit, ſi vti velis. Ridicule au- ...m notauit hominem quod donatis & commodatitiis rebus vti ...deret *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Cicero* quum M. Appius in prooemio diceret, ſe magnopere ro- ...atum ab amico, vt in cauſa clientis adhiberet curam, eloquentiā ...fidem: hic Cicero, Adeone ferreus homo es inquit, vt ex tam mul ...quæ rogauit amicus, nihil præſtes? *Plut. in apoph.*

¶ Exempla Biblica.

Irriſionis eiuſq; pœnæ *exempla*, Michol, 1. *Sam*, 6. ☧. 16. quadra- ...ginta duo pueri de Bethel, 2. *Reg.* 2. ☧. 25. 24. Semei. 1. *Reg.* 2. 45. Mili- ...tes, *Ioan.* 19. 2. Irridetur Chriſtus, *Ioan.* 19. *v.* 2.

¶ Exempla Profana.

*Quærenti*, quid feciſſet Deus antequam creaſſet cœlum & terrā? ...quam reſpondit, ea ſcrutantibus gehennas parabat. quam ipſam ...non reſponſionem, ſed irriſionem. *D. Auguſt. li. 1. confeſſ. reprehen-* ...*dit.*

*Caſſander Antipatri filius*, Barbaros contra morem Macedonū, ...regem Alexandrum adorantes irriſit: propterea Alexander, caput e- ...ius parieti illiſit. *Plut.*

*Thales* in foucam incidens, à Thracenſe Serua deriſus fuit ea ...quæ in cœlo ſunt, curioſe contemplatus: eorum quæ in terra negli- ...gens. *Plut. in Thaeteto.*

*M. Vatacilius Pitholaus*, cum Caninius Reuiſius vno tantum die ...conſul fuiſſet, dixit ante Flamines, nunc Conſules *Diales fiunt Ma-* ...*crob. lib. 2. c. 2. Saturn.*

*Democritus philoſophus* omnes deridebat, & aiebat homines inſa- ...nos. Vnde etiam Gelaſinum, id eſt, Riſorem, eum ciues ſui appella- ...runt. *Ælian. li. 4. de Var. hiſt.*

Defuncto *Alexandro Demades orator* cernere ait ſe Macedonū ...exercitum ex licentia, occœcato Cyclopi ſimilem. *Plut. in Regum* *apoph.*

*Vide, Iniuria, Contumelia, Deriſio, Facete, & Iocoſe dicta.*

# Iter.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ITer, iteris, ſecundum Priſcian, & itineris, ab antiquo nominati- uo, itiner, quo veteres vſi ſunt. Græci ὁδος, πορεία, ὁδοιπορία; Hebr. variis nominibus deſignatur, 1. *Orach*, iter longum & pro- ...ſum, à verbo *Arach*, iter longum fecit, & ſimpliciter irer fecit, i- ...nerauit, vt Iud. 19. 17. aliquoties pro itinere celeſti, diuino, beato, ...ſpirituali ſumitur, vt *Pſ. 16. v. vlt. &* 119. 9. *&* 25. 10. Nonnunquam ...pro turba & comitatu itinerantium. 2. *Deroch*, via protrita pedibus ...calcata, à verbo *Darach*, calcauit impreſſione pedis, inceſſit. Et ...*Daragh*, ambulauit, gradatim inceſſit ambulauit. Hinc τρέχω cur- ...ro, & lat. gradior, per metatheſin. 3 *Haith. Halic, hachah, maha-* ...*lach*, à verbo *halach* ambulauit, *Pſal*, 11. lento gradu abiit, obam- ...bulauit. Vide via.

Iter dictum eſt, Varrone teſte, lib. 4. de lingua latina, à verbo eo, ...ab eundo, cuius ſupinum itum: ſiue ab ito frequentatiuo. Eſt autem ...iter idem fere quod via, vel profectio ipſa, terra & mari. Vide Ety- ...mologicon trilingue Lugdun, pag. 599. col. 1.

¶ Exempla Biblica.

Iter Sabbathi, pro itinere duorum milliarium, *Actor.* 1. 2. Itineris ...filiorum Iſrael dux Deus fuit, interdiu & noctu, *Exo.* 13, *v.* 21. Itineris ...Iacob comes Deus, *Gen.* 28. ☧. 15. Tobiæ Raphael Angelus, *Tob.* 5. 32. & 12. 1.

¶ Sententiæ Biblicæ.

*iter ſalutis & perditionis.*

Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio pluri morum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies. *Exod.* 23.

Non delecteris ſemitis impiorum, nec tibi placeant vitæ malo- rum. *Prou.* 4.

Iuſtorum autem ſemitæ, quaſi lux ſplendens procedunt & cre- ſcunt, vſq; ad perfectum diem. *idem.*

Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruunt. *ibid.*

Oculi tui recta videant & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. *ibid.*

Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur. *ibi- dem.*

Aduerte pedum tuū à malo, vias enim quæ à dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ vero ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt. *ibid.*

Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus illius conſide- rat. *Prou.* 5.

Iter autem impiorum decipiet eos.

Iter impiorum quarum ſepes ſpinarum, via iuſtorum abſq; of- fendiculo. 15.

Vir prudens dirigit greſſus ſuos. *ibidem.*

Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacem. 16.

Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala ſua in te: ipſe enim ſecundum voluntatem ſuam vadit, & per ſtultitiam eius peri- bis, *Eccl.* 8.

Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem vi- am. 5.

In via ruinæ non eas, & nōn offendes in lapides. 12.

Intrare per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. *Matth.* 7.

Quam anguſta porta, & arcta eſt via, & difficilis, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt eam. *ibid.*

Videte itaq; fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſi- pientes, ſed vt ſapientes. *Epheſ.* 1.

Greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis er- ret, magis autem ſanetur. *Hebr.* 12.

¶ Patrum Sententiæ.

Duæ ſunt viæ, per quas humanam vitam progredi neceſſe eſt: vna, quæ in cœlum ferat: altera, quæ ad inferos deprimat:, quas & poetæ in carminibus, & Philoſophi in diſputationibus ſuis induxerunt. Et quidem philoſophi alteram virtutem eſſe voluerunt alteram vitiorum: eamq; quæ aſſignat virtutibus, primo aditu eſſe arduam & confragoſam. In qua ſi quis difficultate ſuperata in ſummū eius euaſerit, habere eum de cætero planum iter, amœnumq; campum, & omnes laborum ſuorum capere fructus vberes atq; iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in eam vitiorum viam labi atq; deflectere, quæ primo ingreſſu ſit quaſi amœna multoq, tritior. Deinde, cum in eam paulo vlterius proceſſerint amœnitati, eius ſpeciem repente ſubduci. Exoriri autem viam præcipitem, nunc ſaxis aſperam, nunc obductam ſentibus, nunc gurgitibus interciſam, vel torrentibus rapidam, vt laborare, hærere, labi, cadere ſit neceſſe. Quæ omnia eo proferuntur, vt appareat, in virtutibus capiendis labores eſſe maximos: in perceptis autem maximos fructus, & ſolidas atq; incorruptas voluptates. Vitia vero quibuſdam delinimentis naturalibus allicere animos hominum, & inanium iucunditatum ſpecie captos, ad acerbas amaritudines miſeriaſq; perducere, Omnis ergo hæc de duabus viis diſputatio ad frugalitatem ac luxuriam ſpectat. Dicunt enim humanæ vitæ curſum Y literæ ſimilem, quod vnuſquiſque hominum, cum primum adoleſcentiæ limen attigerit & in eum locum venerit, vbi ſe partes via findit in ambas hæreat nutabundus, ac neſciat in quam ſe partem potius inclinet. Si ducem nactus fuerit, qui dirigat ad meliora titubantem, hoc eſt, aut philoſophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honeſtæ artis quo euadat ad bonam frugem, quod fieri ſine labore maximo non poteſt, honeſtam ac copioſam vitam diſputant peracturum. Si vero doctorem frugalitatis non inuenerit ad ſiniſtram viam, quæ virtutis ac melioris ſpeciem mentiatur, incedere, deſidiæ, luxuriæ inertiæque ſe tradere, quæ ſuauia quidem videntur ad tempus, vera bona ignoranti: poſt autem amiſſa omni dignitate ac re familiari, in omnibus miſeriis ignominiiſque victurum. Nos igitur melius & verius qui duas iſtas vias, cœli & inferorum eſſe dicimus: quia iuſtis immortalitas, iniuſtis pœna æterna propoſita eſt. Nos autem omnis ſexus & generis, & ætatis, in hoc cœleſte iter inducimus: quia Deus, qui eius viæ dux eſt, immortalitatem nulli homini nato negat. Forma quoque viarum ipſarum non ita eſt, vtili putauerunt. Quid enim opus eſt Y litera in rebus contrariis atque diuerſis? ſed altera illa melior, conuerſa eſt ad Solis ortum, altera illa deterior, ad occaſum quoniam qui veritatem ac iuſtitiam ſequitur, is accepto immortalitatis præmio, luce potietur perenni: qui autem ab illo malo duce illectus prætulerit vitia virtutibus, mendacium veritati,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neceſſe eſt ad occaſum & tenebras deferatůr. *Lact. Firm. diuin. inſt. li. 6. c. 3.*

Vna eſt igitur virtutis ac bonorum via, quæ fert non in Elyſios campos (vt poetæ loquuntur) ſed ad ipſam mundi arcem. At læua malorum exercet pœnas, & ad impia tartara mittit. Eſt enim criminatoris illius, qui prauis religionibus inſtitutis, auertit homines ab itinere cœleſti, & in viam perditionis inducit, cuius viæ ſpecies & figura ſic eſt compoſita in aſpectum, vt plana & patens omni genere florum atque fructuum delectabilis eſſe videatur. In ea enim poſuit Deus omnia, quæ pro bonis habentur in terra: opulentiam dico, honorem, quietem, voluptatum illecebras omnes, ſed cum his pariter iniuſtitiam, crudelitatem, ſuperbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem, diſcordiam, ignorantiam, mendacium, ſtultitiam, cæteraque vitia. Exitus autem huius vitæ talis eſt: cum ventum fuerit ad extremum, vnde iam regredi non licet, cum omni ſua pulchritudine tam ſubito præciditur, vt non ante quis fraudem proſpicere poſſit, quam præcipitatus in altitudinem profundam cadat. Quiſquis enim præſentium bonorum ſpecie captus, & in his conſequendis & fruendis occupatus, non præuiderit ea quæ poſt mortem ſecutura ſunt, ſeque à Deo auerterit: is ad inferos deiectus, in æternam damnabitur pœnam. Via ergo illa cœleſtis difficilis & cliuoſa propoſita eſt, vel ſpinis horrentibus aſpera, vel ſaxis exſtantibus impedita, vt cum ſummo labore ac pedum tritu, cumque magna cadendi ſolicitudine ſit cuique gradiendum. In hac poſuit iuſtitiam, temperãtiam, patientiam, fidem, caſtitatem, abſtinentiam, concordiam, ſcientiam, veritatem, ſapientiam cæteraſque virtutes: ſed ſimul cum his paupertatem ignominiam, laborem, dolorem amaritudines omnes. Quiſquis enim ſpem ſuam porrexerit longius, & maiora maluerit, carebit his terræ bonis, vt expeditus ac leuis difficultatem vitæ ſuperet. Nec enim poteſt, qui ſe apparatu regio circumdederit, aut diuitiis onerauerit, anguſtias illas vel ingredi, vel tenere. Vnde intelligitur, icirco malis & iniuſtis facilius prouenire quæ cupiant, quia prona & decliuis eſt eorum via: Bonis autem quæ optent difficile procedere, quia difficili & arduo itinere gradiuntur. Iuſtus ergo quoniam durum, aſperumque iter ingreſſus eſt, contemptui, deriſui, odio ſit, neceſſe eſt. Omnes enim quos cupiditas aut voluptas præcipites trahit, inuident ei qui virtutem capere potuit, & inique ferunt id habere aliquem quod ipſi non habent. Erit itaque pauper, humilis, ignobilis, ſubiectus iniuriæ, & tandem omnia quæ armata ſunt perferens. Et ſi patientiam iugem ad ſummum illum gradum finemque perduxerit, dabitur ei corona virtutis, & à Deo pro laboribus quos in vita propter iuſtitiam pertulit, immortalitate donabitur. Hæ ſunt viæ quas Deus humanæ vitæ aſſignauit, in quibus ſingulis, & bona oſtendit & mala: ſed ordine præpoſtero atque conuerſo: in vna enim monſtrauit temporali prius mala cum æternis bonis, qui eſt ordo melior. In altera temporalia prius bona cum æternis malis, qui eſt ordo deterior: vt quicunque præſentia mala cum iuſtitia elegerit, maiora & certiora bona conſequatur, quam fuerint illa quæ ſpreuit. Quiſquis autem præſentia bona præpoſuerit iuſtitiæ, in maiora & longiora incidat mala, quam fuerint illa quæ fugit. Hæc enim vita temporalis, quia breuis eſt: icirco & bona eius & mala breuia ſint, neceſſe eſt. Illa vero ſpiritualis, quæ huic terrénæ contraria eſt, quia ſempiterna eſt: icirco & bona eius & mala ſempiterna ſunt. Ita fit, vt & bonis breuibus mala æterna, & malis breuibus bona æterna ſuccedant. Itaque cum ſimul propoſita ſint homini bona & mala, conſiderare vnumquemque ſecum decet, quanto ſatius ſit pro perpetuis bonis mala breuia penſare, quam pro breuibus & caducis bonis mala perpetua ſuſtinere. Nam ſicuti in hoc ſeculo, cum eſt propoſitum cum hoſte certamen, prius elaborandū eſt, vt ſis poſtmodum in otio, eſuriendum, ſitiendum, æſtus, frigora perferenda, humi quieſcendum, vigilandum, periclitandum eſt, vt ſaluis pignoribus & domo, ac re familiari, & omnibus pacis ac victoriç bonis perfrui poſſis: ſin autem prçſens otium malueris quam laborem: malum tibi maximum facias, neceſſe eſt: præoccupabit enim aduerſarius non reſiſtentem, vaſtabuntur agri, diripietur domus, in prædam vxor ac liberi venient, & tu ipſe interficiere ac rapiere. Quæ omnia ne accidant præſens commodum differendum eſt, vt maius longiuſque pariatur. *Lactan. Firm. diuin. Inſt. li. 6. c. 3.*

Hæc autem via, quæ eſt veritatis, & ſapientiæ, & virtutis, & iuſtitiæ, quorum omnium fons vnus eſt, vna vis, vna ſedes, & ſimplex eſt, quod paribus animis ſummaq; concordia vnum ſequamur & colamus Deum, & anguſta, quoniam paucioribus virtus data eſt: & ardua, quoniam ad bonum, quod ſummum & ſublime eſt, niſi cum ſumma difficultate & labore, non poteſt perueniri. *Idem cap. 7.*

Hæc eſt via, quam Philoſophi quærunt, ſed ideo nō inuenerunt, quia in terra potius, vbi apparere non poteſt, quærunt. Errant ergo velut in mari magno, nec quo ferantur, intelligunt, quia nec viam cernunt, nec dulcem ſequuntur vllum. Eadem namque ratione hanc vitæ viam quæri oportet, qua in alto iter nauibus quæritur: quæ niſi aliquod cœli lumen obſeruent, incertis curſibus vagantur. Quiſquis autem rectum iter vitæ tenere nititur, non terrā debet adſpicere, ſed cœlum: & (vt apertius loquar) non hominem

ſequi debet, ſed Deum: non his terreſt[...]
ſeruire cœleſti: non ad corpus referre omnia, [...]
huic vitæ dare operam, ſed æternæ. Itaq; ſi oculos [...]
intendas & ſolem qua oritur, obſerues, eumq; [...]
nauigii ducem: ſua ſponte in viam pedes dirige[...]
lumen, quod ſanis mentibus multo clarius ſole eſt, [...]
in carne mortali videmus: ſic reget, ſic gubernabit, [...]
ſapientiæ virtutiſq; portum ſine vllo errore per[...]
igitur Dei lex eſt, quæ nos ad hoc iter dirigat, [...]
itis, quam M. Tull. lib. de Repub. 3. pene diuina [...]
ego, ne plura dicerem verba ſubieci. Eſt quidem [...]
tio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, [...]
vocet ad officium: iubendo, vetando, à fraude de[...]
neq; probos fruſtra iubet, cur vetat, nec improbos [...]
tando mouet. *Idem li. 6. ca. 8.*

Lata & ſpatioſa itinera vitæ letalis, illic [...]
tiferæ voluptates: illic diabolus blanditur, [...]
noceat: allicit, vt occidat. *Cyprianus in epiſtola de [...] monis.*

De itinerum in bellis conſideratione præcepta [...]
his verbis: Qui rem militarem ſtudioſius didicer[...]
in itineribus quam in ipſa acie pericula ſolere co[...]
conflictu armati ſunt omnes & hoſtem comminus [...]
gnandum animo veniunt præparati. In itinere m[...]
nuſq; attentus eſt miles, & ſuperueniente impetu [...]
te turbatur. Ideoq; omni cura, omniq; diligentia [...]
dux, ne proficiſcens patiatur incurſum vel faciles [...]
pellat illatum.

Primum itineraria omnium regionum, in quibus [...]
tur, pleniſſime debet habere perſcripta: ita vt locoru[...]
ſolum paſſuum numero, ſed etiam viarum qualita[...]
compendia, diuerticula, montes, fluuia, ad fidem [...]
ret: vſq; eo, vt ſolertiores duces, itineraria prouinc[...]
neceſſitas geritur, non tantum adnotata, ſed etiam [...]
firmentur, vt non ſolum conſilio mentis, verum aſpe[...]
viam profecturis elegeretur.

Ad hoc à prudentioribus & honoratis, ac locoru[...]
ratim debet vniuerſa perquirere, & veritatem col[...]
bus.

Præterea ſub periculo eligendarum viarum duce[...]
teſque præcipere, eoſque cuſtodiæ mancipare, add[...]
tatione vel præmii. Erunt enim vtiles cum intellig[...]
di ſibi copiam ſupereſſe & fidei præmium, & per[...]
plicia.

Prouidendum quoq;, vt ſapientes exercitatiq; [...]
duorum aut trium error diſcrimen pariat vniuerſ[...]
tem imperita ruſticitas plura promittit, & credit [...]
ſcit.

Sed cautelæ caput eſt, vt per quæ loca, vel quibus [...]
profecturus exercitus ignoretur. Tutiſſimum nam[...]
onibus creditur, facienda neſciri. Ob hoc veteres [...]
in legionibus habuerunt, vt quemadmodum ille [...]
cretiſſimo labyrintho abditus perhibetur ita duc[...]
per occultum eſſet. Securum iter agitur, quod age[...]
nime ſuſpicantur.

Propter exploratores transfugas, & proditores, [...]
exercitus profecturus, fideliſſimos, argutiſſimoſque [...]
probatiſſimis mittat, qui loca per quæ iter facienda [...]
greſſu, & à tergo, dextra lçuaque perluſtrent, ne aliqu[...]
moliantur inſidias.

Ambulante exercitu, vt locorum varietas aduen[...]
nis ratio varietur. Nam in campis patentibus equi[...]
ſtribus, montuoſis vel paluſtribus, pedites inpugna[...]

Illud quoq; vitandum ne per negligentiam ali[...]
liis tardius incedentibus, interrumpatur acies, [...]
Continuo enim hoſtes interpolata peruadunt. [...]
ergo exercitatiſſimi campi ductores, vicarii, vel tr[...]
eriores ardent, & pigrius incedentes accelerare co[...]
qui multum præceſſerint ſuperuentu facto, non [...]
effugere cupiunt. Qui vero extremi ſunt, deſerti a[...]
& propria deſperatione ſuperantur.

Illud præcipue ſeruandum eſt, vt ea pars ad quam ho[...]
rus creditur, oppoſitis lectiſſimis equitibus, & leui [...]
non etiam peditibus ſagittariis, muniatur. Quod [...]
cumfunduntur inimici, vndique debent præpara[...]
Ne vero repentinus tumultus amplius noceat, ante [...]
ſunt milites, vt parati ſint animo, vt arma in man[...]
In neceſſitate ſubita quæ terrent, prouiſa non ſolent [...]
dini.

Antiqui diligentiſſime præcauent, ne à calo[...]
vulneratis. interdum timentibus, & ſaginariis clamore [...]
milites turbarentur: ne diſperſi longius aut congloba[...]
quam expedit, impedirent ſuos, hoſtibuſque prodeſſe[...]
ad exemplum militum, etiam impedimenta ſub [...]
ordinanda duxerunt. Denique ex ipſis calonibus [...]

ſtarios idoneos ac peritos vſu legabant quod non amplius quam decentis ſagittariis pueriſq; pręficeret: hiſque vexilla dabant, vt ſcirent ad quæ ſigna deberent impedimenta colligere. Sed pugnatores ab impedimentis laxamento aliquo diuiduntur, ne conſtipati lædantur in prælio.

Sciendum etiam quod aduerſarii in iis locis quæ ſibi opportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocant, vel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne ſecreta noceant, ducis pręſtat induſtria, quem omnia prius conuenit explorare. Deprehenſa vero ſubſeſſa, ſi circumuenìatur vtiliter, plus periculi ſuſtinet, quam parabat inferre. Aperta autem vis ſi præparetur in montibus, altiora loca præmiſſis ſunt præſidiis occupanda, vt cum hoſtis aduenerit, reperiatur inferior, nec audeat obuiare, cum tam à fronte, quam ſupra caput ſuum cernat armatos. Quod ſi anguſtæ ſint viæ, ſed tamen tutæ, melius eſt præcedere cum ſecuribus, ac dolabris milites, & cum labore, vias aperire, quam in optimo itinere periculum ſuſtinere.

Præterea noſſe debemus hoſtium conſuetudinem: vtrum de nocte, an incipiente die, an hora reficiendi, laſſis ſuperuenire conſueuerint: & deuitare quod illos putamus ex more.

Iam vero vtrum peditibus, ac equitibus, vtrum contatis, an ſagittariis amplius valeant, vtrum numero hominum, in armorum munitione præcellunt, ſcire nos conuenit: & ordinare quod nobis vtile, illis doceatur aduerſum.

Tractare quoq; per diem, an per noctem iter expediat inchoari: quanta locorum interualla ſint ad quæ cudimus peruenire: ne æſtate aquæ penuria obſit euntibus, ne hyeme difficiles aut inuiæ occurrant paludes, maioreſq; torrentes. & impedito itinere circumueniatur exercitus, priuſquam ad deſtinata perueniat. Vt enim noſtra commoditas eſt, ſapienter iſta vitare: ita ſi aduerſariorum imperitia vel diſſimulatio occaſionem nobis dederit, non oportet omittere, ſed explorare ſolicite, proditores ac transfugas inuitare: vt quid hoſtis moliatur in præſenti, vel in futurum poſſimus agnoſcere, paratiſq; equitibus ac leui armatura, ambulantes eoſdem, vel pabula victumq; quærentes improuiſo terrore decipere.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Vergil. de litera Pythagoræ.

*Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,*
*Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.*
*Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,*
*Difficilemque aditum primum ſpectantibus offert:*
*Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.*
*Molle oſtentat iter via lata, ſed vltima meta*
*Præcipitat captos, voluitque per ardua ſaxa,*
*Quiſquis enim duros caſus virtutis amore*
*Vicerit, ille ſibi laudemque decuſque parabit:*
*At qui deſidiam luxumque ſequetur inertem:*
*Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,*
*Turpis inopſque ſimul miſerabile tranſiget æuum.*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.
De duro itinere, DIAL. XXXII.
*Franciſci Petrarchæ.*
DOL.

Durum iter pedibus meis ago. R. Quid tu igitur alienis malles, qui neq; alienis manibus operari: neq; alienis oculis videre, neque alienis auribus audire, neq; alieno palato deguſtare neq; alienis naribus vultis olfacere, quid hoc vnum ſingulare habet, vt tantum pedibus ambulare delectet alienis? D. Pedes eo R. An vero in hunc mundum intraſti eques, an exibis? quid per mundum ire, niſi pedes doles? O principium humile! & ó finis humilior! quam ſuperba inter vtrumq; ſunt media, & in breui curſu, quanta prorſus obliuio terminorum! nec vnde certe, nec quo pergitis, meminiſtis. D. Iter longum cogor pedes agere. R. Cogi quidem durum fateor, cogi autem volens nequit, indignatio & dolor neceſſitatis pondus exaggerant, patientia, & conſenſu animi fortunæ cuſpis obtunditur. Vis non cogi? fac ſponte quod cogeris. Vis vt iter longum breue fiat, volens. D. Equitare vellem, pedes ambulo R. An inſaniæ par eſt, vnum ob quadrupedem, cuius vſum neſcis, quam diu tibi fortuna conceſſerit, naturæ munerum obliuiſci, quod multi faciunt, qui vilis atq; intractabilis, & caduci equi fiducia dediſcunt pedibus ſuis ire, quibus quæſo, quid aliud, quam diuitem cupias podagram, hoc eſt pedes inutiles, equos multos. D. Longum iter pedes ago. R. Ibis pro libito, nemo te tranſuehet, nemo morabitur, nemo excutiet, nemo deiiciet, nemo aget in præceps, vnus tibi labor erit, vnum opus ire, nil tibi tuo cum vectore negotii. Non cogeris tuum equum frenare, non pungere, non adæquare, non ſubſternere, non circumducere, non fricare, non paſcere, non aut tergum tangere, aut ardentem pedis vngulam, & tractare digitis ancipites clauos, aut nocturnos fudibus arcere concurſus, & ſummo exciri tremitus, ſemperque ſolicitus quid belua peruigil cum vicinis agat, ſilentem noctibus quieſces. Nam qui equitant, noctu etiam laborant. D. Pedibus longum iter ago. R. Calceatus forſitan. Sancti autem patres nudis pedib. deſerta luſtrabant, Nuncii Dei omnipotentis Apoſtoli mundi climata circuibant hic ad Orientem ille ad Occidentem, hic ad Arcton, ille ad Meridiem, nauigantes interdum, raro, id quidem, neq; aliter, quam cogente locorū ſitu, ſed quem precor equitem legis præter vnum ex omnibus Ioannem? neq; id amplius quam ſemel, idq; perexiguo viæ ſpatio, dum quod Clemens ſcripſit & Eccleſiaſtica habet hiſtoria ad recuperandam perditi adoleſcentis animam pia illum feſtinatio perurgeret, quomodo autem equitarent, quorum dominus pedes ibat? Vix aſellum ſemel quidem ille mox in crucem aſcenſurus aſcendit. Quod ſi ſanctitate inacceſſibili, hæc exempla te prægrauant. Ad Romanæ regiones, quæ orbem terrarum ſubegere, magna ex parte pedeſtres fuiſſe noſcuntur, in quib. non ſolum, atq; arma ſuis pedib. quiſq; portabat, ſed multorum panem ac viaticum dierum, vallum quoq; quo in finibus hoſtium caſtra in dies circumſpecta nocturnis ab inſultibus tegerentur. Vnde eleganter Cicero noſter, quodam loco de militibus Romanis agens cum fortib. viris, cæterarum gentium arma non impedimentum, ſed quaſi veſtimentum eſſe dixiſſet, hoc præcipuum illis dedit, vt diceret Romanis ſolis arma non veſtem eſſe, ſed vt humeros ac lacertos. At cum eas quas dicebam militares ſarcinas ſubiiſſent, totum demum videri ſibi eſſe veſtitos, neu quis moderni ſermonis conſuetudine labi poſſit, militum appellatione pedites accipi, eoſq; accipi, eoſq; ab equitib. quamuis vterq; militet, hoc ſecerni nomine ſolitos multis Romanæ hiſtoriæ locis aduertere eſt. Proinde magnum tibi lenimen, ac ſolatium laboris harum recordatio præſtare poteſt, non inermi tantum ac vacuo, & duro licet, tuto tamen calle pergenti, ſed armato etiam atq; onuſto, & periculoſo, tramite peditāti. Siquidem nihil ad tolerantiam aſperarum rerū efficacius quam cogitare eadem multos fortib. animis fuiſſe perpeſſos, Pudet enim generoſum ſpiritum non poſſe vnum, quod innumerabiles potuere, quæ cogitatio non in laborib. modo qui difficiles, ſed in his quoq; qui miſerrimi videntur cruciatib. in dolorib. corporeis maxime in ipſa demum morte profuerit. D. Longum ego durumq; iter pedib mœſtus ago. R. Nihil æque durum iter lenit, mœſtumq; animum ſerenat, vt nobiles ac ſuaues curæ, quæ niſi boni, ac docti viri pectus incolere, viaſq; omnes comitati neſciunt. His ſi grata ſocietas amici læti, & eloquentis acceſſerit, non tantum leue iter; ſed & breue videbitur. Multos iucunda confabulatio ſic affecit, vt & vitæ duritiem non ſentirent, & de breuitate longi licet itineris, querentur neq; iuiſſe, ſed vectos eſſe crederent. Eſt & illud enim inter mimos Publii notiſſimum, Comes facundus in via pro vehiculo eſt.

Iter in Ægina qui noctu ſero faciunt, damnantur. *Plat. in Cratylo.*

Itineris Deam geminam eſſe ſcito, iudicatricem ſcilicet & ſeruatricem, & illam eſſe lucem ſub nomine Lunæ, hanc vero ſub Dianæ nomine fidem: & quicquid caſu quodam alienum itinere repertum eſt, Deo eſſe dicandum, vt cognoſcas fortunam proſperam eſſe ad Dei prouidentiam referendam. *Fic. in Plat. de legibus dialog.* 10.

Iter longius eſſe videtur, cum ignari quantū ſit ambulamus quā cum gnari, ſi modo cæteræ res pares adſint: quia noſſe quantum ſit, non niſi noſſe eius numerum eſt, remq; non determinatam pluris quam determinatam eſſe neceſſe eſt. Ergo quemadmodum ſi noſti quantū ſit, finitū id eſſe neceſſe eſt, ſic etiam ſi ignoras, quaſi reciprocetur, animus cauillatus oberrat, infinitumq; id eſſe videtur, quod finitum eſt. *Ariſt. probl. ſec* 5. *tex.* 25.

---

# Iudex. Iudicium.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IVdex Græce *κριτὴς, οῦ, ὁ, & κρίνω*, iudico dicitur. Venitq; à iudicio, quaſi ius dico: & iudicatio, quæ eſt iuſti iudiciū: *ſec. Ariſt. li.*1. *Polit.* hinc etiam iudicium, qui eſt actus iudicis, in quantū iudex eſt, id eſt, in quantum eſt ius dicens, ideo eſt actus iuſtitiæ, id eſt, executio iuſtitiæ. *ſecundum B. Thom. ſecun. Secund. quæſt.* 60. *artic.* 1.

Iudex eſt vir bonus, iuriſdicēdi, & æquitatis peritus, ad id id muneris publica auctoritate vocatus. *Claudius Cantiuncula de officio iudicis l.* 9. qua auctoritate nitatur iudex. *ibid. c.* 5. Quod & quæ ſint iudicium ſpecies. *li.* 2. *c.* 2

Ordinarius iudex eſt, qui iuriſdictionem iure ſuo, non alieno beneficio habet. Vel ex ſententia Iuliani & Papiniani, is dicitur, qui natiuam, non datiuam modo, iuriſdictionem habet: hoc eſt, qui eam iure magiſtratus, non mandato ſpeciali obtinet. Vel vocatur ordinarius, apud quem legis actio eſt: *ex definitione Moleſtini & Vlpiani verbis.*

Ordinariorum omnium non æqualis eſt natura, poteſtas, aut iuriſdictio: quidam enim maius, quidam minus imperium, aut etiam ſimplicem habet iuriſdictionem.

Iudex delegatus eſt is, qui iuriſdictionem non ſuo iure, ſed alieno beneficio habet. Horum quidem alii a fortuna, ſeu culmine imperiali dati, ſimplici alii appellatione principis delegati, quidam

dam ex ſacra iuſſione dati, quidam pedaneo. *De quibus Cantiuncula aſſatim refert.*

Iudicium vis eſt animi, qua, quod ſe nobis oſtendit in eo quid perſequendum, quidq; declinandum ac fugiendum, aut nos ipſos aut alios docendo definimus, veriſq; falſa redarguimus.

Iudex, Cognitor controuerſiæ & diſceptator, quaſi iis dicens, aut iure diſceptans, Grec. κριτὴς, δικαστὴς, Hebr. *Daian*, qui componit lites, vindex protector iuris, à verbo *Din*, diiudicauit contentationes forenſes vindicauit, contendit cum aduerſantibus, exequutus eſt iudicium. Idem ſignificat quod Dan. Hinc δικάζω, δικάζω, contendo, exprobro iniuriam. Et Latinum vindex, vindico. *Gen.* 15. 14. *Ier.* 5. *v.* 4. *à fine* 1. *Sam.* 22. 15. *Pſal.* 68. 6. Iudicium, diiuudicatio, cauſa iudicialis, contentio forenſis, diſceptatio. *Din. Deut.* 17. 8. *Ierem.* 22. 16. *Pſal.* 9. 6. Iudicium Grec. κρίσις, δίκη. Hebr. etiam *Micphat*: & iudex *Schophet*, à verbo *Schaphat*. iudicauit, diiudicauit, ius dedit. Eſt vox generalis: & quia in iudicio duæ ſunt partes litigantes, quarum alteram iuſtam, illamque abſoluendam; alteram vero iniuſtam, hancque condemnendam eſſe neceſſe eſt: ideo accipitur verbum *Schaphat* aliquando ſpecialiter pro defendere ſeu vindicare bonos, & aliquando pro punire & condemnare ſontes & iniuſtos. Cognationem habet cum *Schebet*, id eſt, virga, baculus, ſceptrum iudicis inſigne & iudicii nota.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Iudicare pro gubernare, *Iudic.* 3. 10. & 4. & 10. 2. & 12. 7. 8. 11. 13. & 15. 20. *Hebr.* 10. 30. pro damnare. *Geneſ.* 15. 14. *Matth.* 7. 1. *Rom.* 12. *ver.* 3 & 14. 13. *in priore parte verſus, in poſteriore vero parte*, pro, iudiciũ adhibere in re quapiam conſtituenda. *Sic & 2. Theſſal.* 2. *v.* 12. *Hebr.* 11. 7. Familiari item loquendi formula, pro, virtutis ſuæ exemplo aliena vitia coarguere, *Matth.* 12. *v.* 27. 41. 42. Iudicari pro damnari, 1. *Cor.* 10. 29. 1. *Pet.* 4. *v.* 6. pro iudicio experiri, 1. *Cor.* 6. *v.* 1.

Iudicabunt Sancti mundum, *Sapien.* 3. 8. & 5. 1. *Matth.* 19. 28 *Luc.* 22. *v.* 30. 1. *Corinth.* 6. 2. *Iudæ v.* 14. Chriſtus quidem iudex erit viuorum & mortuorum, ſed quo eſt erga ſuos amore præditus, eos ſibi adiunget. Hinc dixit, *Matth.* 19. 9. 28. *Luc.* 22. 30. Sedebitis, &c. & Apoſtolus de electis, Obuiam ituros Chriſto in aerem, 1. *Theſ.* 4. *verſ.* 17. Mundi autem nomine cœtus malorum intelligendus eſt, quam electi Chriſto præſide in nouiſſimo iudicio damnabunt; Angelorum vero nomine, Spiritus mali ſignificantur.

Iudicium pro æquitate; *Luc.* 11. *v.* 42. pro reformatione & emẽdatione, *Ioan.* 12. *v.* 31. 1. *Pet.* 4. *v* 17. pro ratione rerum adminiſtrandarum, *Roman.* 1. *ver.* 33. pro eo ſupplicio, quo affectus eſt Chriſtus, 9. *v.* 33. pro ipſius indiciis pœnis, *Matth.* 5. *verſ.* 22. pro Dei vindicta, & in peccatores animaduerſione, 1. *Pet.* 4. *verſic.* 17. pro ſummo imperio & cuctoritate, qua quod iuſtum & æquum eſt ſtatuatur; & iuſto eiuſdem vſu, *Iohan.* 5. 27. 30. & 9. & *verſ.* 39. pro eo quod æquum iuſtum eſt, *Luc.* 11. *verſicul.* 42. pro ſtatu compoſito, *Matth.* 12. *v.* 18. quia videlicet à Chriſto vera religio inter Gentes erat promulganda, eiectis ſuperſtitionibus, quod vbicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus, & iudicare: hoc eſt, rebus præeſſe & moderari.

Iudicium æquum eſſe debet. *Leuit.* 19. 35. *Deut.* 25. *verſic.* 1. & 27. *v.* & 27. *v.* 19. *Amos* 5. *v.* 15, *Matth.* 6. *v.* 8. *Zach.* 7. *v.* 9. & 7. *v.* 16. *Luc.* 7. *v.* 24. & 8. *v.* 15. Iudicium debet præcedere deliberatio & cauſæ cognitio. *Gen.* 3. *v.* 11. & 11. *v.* 5. & 18. 2. *Exod.* 3. *v.* 8. & 23. *v.* 1. *Deut.* 13. *v.* 6. & 15. *v.* 9. & 19. *v.* 18. & 22. *v.* 8. 13. *Iud.* 20. *v.* 3. 12. *Prou.* 18. *v.* 13. *Eccl.* 11. *v.* 7. *Dan.* 13. 51. *Macch.* 7. *v.* Iudicia præcocia & temeraria fugienda. *Pſalm.* 41. 1. *Matth.* 7. *verſ.* 1. *Luc.* 6. *v.* 37. & 12. *ver.* 57. & 13. 2 *Ioh.* 7. 5. *Rom.* 2. *ver.* 1. & 11. *verſ.* 2. 3. 4. & 14. *ver.* 3. 4. 10. 13. 1. *Cor.* 4. *v.* 3. 5. *Iac.* 4. *v.* 11. 12.

Iudices quales eſſe oportet, *Exod.* 18. *ver.* 21. & 23. *v.* 2. 3. *Leuit* 19. *v.* 15. 16. *Deut.* 1. Dii appellantur, *Exod.* 21. *v.* 6. *Pſal.* 82. *v.* 1 6. *Ioh.* 10. *v.* 34. 35. honorandi ſunt, *Exod.* 22. *v.* 28. *Act.* 13. 5. Iudices & Magiſtratus in ſingulis vrbibus conſtituendi, *Deut.* 16. *v.* 18.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquieſcens ſententiæ, vt à veritate deuies. Pauperis quoque non miſereberis iudicio. *Exod.* 23.

Æquum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum Dominus Deus veſter. 24.

Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum: Ita paruum audietis, vt magnum: nec accipietis cuiuſquam perſonam: quia Dei iudicium eſt. *Deuteronom.* 51.

Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. 24.

Accipere perſonam impii non eſt bonum, vt declines à veritate iudicii. *Prou.* 18.

Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. 28.

Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum 28.

Noli quærere fieri iudex, ne inique factis par eſſe non poſſis, neue extimeſcas faciem potentis, & integritati tuæ ... *Eccl.* 7.

Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Et factum eſt iudicium, & contradictio ... pter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem ... quia impius aduerſus iuſtum propterea egreditur iudicium peruerſum; *Abac.* 1.

Non accipies perſonam, nec munera: quia munera ... culos ſapientum, & peruertunt cauſas iuſtorum. *Deut.* ...

Qui munera ſuper innocentem non accepit, *Pſal.* ...

Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ... *uerb.* 17.

Qui cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit ... celia panis deſerit veritatem. 28.

Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones ... iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. *Eſa.* ...

Principes eius muneribus iudicabant, & ſacerdotes ... docent: prophetæ eius in pecunia diuinabant. *Mich.* ...

Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt. 7.

Inſontem & iuſtum non occides. *Exod.* 23.

Gaudium iuſto eſt facere iudicium. *Prou.* 21.

In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater & ... illorum: & eris tu velut filius altiſſimi obediens, & ... plus quam mater. *Eccl.* 4.

Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ... ſtabilis erit. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri ... his rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. 10.

Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt ... qui non ſunt auerſi à Domino, vt ſit memoria illorum ... ctione. 46.

Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo ... dite viduam, & venite & arguite me dicit Dominus ...

Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum ... calumniatoris, & aduenam & pupillum & viduam ... re, neque opprimatis inique, & ſanguinem innocentem ... datis in loco iſto. *Ier.* 22.

Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli ... *Deut.* 27.

Et qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum ... lis eſt vterque apud Deum, *Prou.* 17.

Audit ergo reges terræ & intelligite, diſcite iudices ... ræ, præbere aures vos, qui continetis multitudines ... in turbis nationum quoniã data eſt à Domino poteſtas ... tus ab altiſſimo, qui interogabit opera veſtra, & cogitationes ſcru... tabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non ... itis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ neque ſecundum ... Dei ambulaſtis, *Sap.* 6.

Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam ... per vim iudicium iniquum. *Eccl.* 20.

Væ! qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti ... aufertis ab eo. *Eſa.* 5.

Væ! qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſe... runt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum & ... riperent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis ... nientis? Ad cu ius coufugiens auxilium? 10.

Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens ... locauſtum. 61.

Cauſam viduæ non iudicauerunt; cauſam pupilli ... runt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid ... non viſitabo, dicit Dominus? *Ier.* 5.

Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium ... iuſtitiæ in abſynthium, qui lætamini in nihilo: Ecce ... ſuper vos domus Iſrael, dicit Dominus exercituum ... terent vos *Amos* 6.

Iuſte iudica proximo tuo. *Leu.* 19.

Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequeris, vt viuas & poſſideas ... quam Dominus dederit tibi. *Deut.* 16.

Si fuerit cauſas inter aliquos, & interpellauerint Iudices ... iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt ... unt, contemnabunt impietatis. Pro menſura peccati ... rum modus, 25.

Erudimini iudicatis terram *Pſ.* 2.

Si vere vtique Iuſtitiam loquimini, recte iudicate filii ... num 57.

Vſque quo iudicatis iniquitatem: & faciem peccatorum ... Iudicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate ... te pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate ...

Iudicium determinat cauſas. *Prou.* 27.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. *Sap.* 1.

Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere ... tes, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum ... litate tua. *Eccl.* 7.

Non iudices contra iudicem, quoniam ſecundum quod ... eſt, iudicat 8.

Iudicium verum iudicate. *Zach.7.*

Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris.

Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis eius, vt hæc cuſtodias, ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. *1. Tim.5.*

¶ Patrum Sententiae.

Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt, à fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono modo fieri. Sunt quædam facta media quæ ignoramus, quo animo fiant, quia in bono & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium iudicare, maxime vt condemnemus, *Auguſt. de ſermone Domini in monte. Matth.7.*

Duo ſunt, in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum eſt, quo animo quid factum ſit: vel incertum eſt qualis futurus ſit, qui nunc bonus vel malus apparet. *idem ibid.*

Ignorantia iudicis plerumque eſt calamitas innocentis. *idem de ciuit. Dei lib 16.*

Mingit iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. *Ambroſ. de Cain & Abel.*

Feci iudicium & iuſtitiam, in iudicio non contempſi pauperem, non oppreſſi viduam, perſonam diuitis non recepi, in omnibus omnibus miſericordiam reſeruaui. *Pſalm.118.*

Iudicis non eſt, ſine accuſatore damnare: quia Dominus Iudam, cum fuiſſet fur, cum non eſſet accuſatus, minime abiecit. *In 2. ad Corinth.6.*

Alienum te à perſonis omnium redde in iudicio, ac propter iuſtitiam in iudicio pauperem defendas, nec propter gratiam diuiti indecenter adſiſtas, aut, ſi non potes facere, cognitionem reſpue cauſarum. *Hieron. in epiſt. ad Dan.*

Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro qualitate virium curam aliorum ſuſcipere, ne dum delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis auctor ruinæ, & qui grauatur pondere ſuarum, velit fieri iudex alienarum culparum. Durum enim eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex fiat alienæ. *Greg. in Eccl.7. in glo.*

Qui minoris meriti ſunt in Eccleſia, & nullis magnorum virtutibus pollent, ipſi de terrenis negotiis iudicent: quatenus quos magna nequeunt bona, minora ſuppleantur, quos Apoſtolus contemptibiles nominat & tamen ſapientes vocat, quum dicit ſecularia iudicia ſi habueritis contemptibiles illos conſtituite ad iudicandum. *Greg.19. mor.*

Iudicare digne de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis vel odium vel gratiam ſequuntur. *in mor.*

Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. *Greg. in Hom.*

Iudex peccatis veniam dare non poteſt, quia voluntati ſeruit alienæ: Deus autem poteſt, quia eſt ſuæ diſpenſator ac iudex. *Lactan. de ira Dei.*

Quid faciet de iniuſtis iudiciis, qui ipſas quoque iuſtitias iudicabit, qui cuique merita recitabit? Veniet inquam, veniet dominus iudicii, vbi plus valebunt pura corda, quam aſtuta verba: conſcientia bona, quam marſupia plena: ibi iudex non falletur verbis, nec flectetur donis. *Bern. in epiſt.*

Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quam à cruētiſſimis hoſtibus: Nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quam iudex iniquus in ſuis. *Iſidor. de ſum. bono lib.3.*

Sæpe iudices praui, cupiditatis cauſa, aut differunt, aut peruertunt iudicium, non finiunt cœpta partium negotia, quouſque marſupia eorum qui cauſſantur exhauriant. *ibid.*

Quando enim iudicant, non cauſſam, ſed dicta conſiderant: & ſicut negligentes ſunt in diſcuſſione cauſſarum, ſic in eorum damno ſollicitiſunt. *ibid.*

Qui recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat, quia iuſtitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. *ibid.*

Quatuor modis iudicium humanum peruertitur: timore, cupiditate, odio, amore. A dexteris erunt peccata occurrentia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtus horrendum chaos inferni, deſuper iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens, ibi vix iuſtus ſaluabitur. Heu miſer peccator ſic deprehenſus, quo fugies? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile *Anſel. de ſimilitudinibus mundi.*

Statera doloſa non tantum in menſuratione tenetur. Qui enim aliter cauſſam pauperis, aliter potentis, aliter ſodalis; aliter audit ignoti, ſtatera vtique librat iniqua. Sed & is, qui ſua bene geſta meliora quam proximorum: & ſua errata iudicat leuiora ſtaterando, necnon & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum, ipſe autem digito ſuo non vult tangere ea: etiam ille, qui bene agit in publico, & male agit in occulto, pro iniquitate libræ doloſæ abominabitur à Domino, & qui ſinceriter agit in omnibus, qui cauſſam æqua lance diſcernit, is nimirum iuſti iudicis voluntati & actioni congruit. *Beda l.2. ſuper illud Prouerb. Statera doloſa, &c.*

Non ſilebo Zaleucum mirabilem iuſtitiæ rigidum cuſtodem, qui cum ciuitati Locrenſium, cui præerat, lege lata cauiſſet, vt qui adulterium commiſiſſet, exocularetur omni miſeratione poſthabita, deprehenſo in hoc crimine filio eius adoleſcente præcepit, vt vtroque lumine priuaretur. Cumque plebs ciuium ſubmiſſis precibus rogitaret, indulta ob gratiam principis flagitii venia, ad deliberandum paululum ſpacii captans, ſibi & filio vnum oculum diſtrictus iudex effodit, pium patrem & ſeuerum iudicem declamando. Egit itaque cenſura mirabili, vt ſibi & filio videndi vſus ſupereſſet, & in vltionem flagitii duo lumina, vt decreuerat, cœcarentur. Ita deditum ſupplicii modum legi reddidit, ac mirabili temperamento ſe inter miſericordem patrem & iuſtum legislatorem partitus eſt. *ibid.*

Tandiu iudex dicitur, quandiu & iuſtus putatur: quia nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur. *Caſſiod. in epiſt.*

Profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ, legum peritos iudices ordinare, quia non facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauit. *Caſſ. ibid.*

Non eſt hæſitationis metus, nihil adeo glorioſe lucet in iudice, ſicut amare, & exhibere iuſtitiam, ſine omni acceptione perſonæ. Teſte enim Cicerone prouerbialiter dicitur: *Exuit perſonam iudicis, quiſquis amicum induit.* Æquitas, cui iudex obſequitur, ſiniſtram odii vel amoris dextram neſcit. Nam talis debet eſſe iuris miniſter, vt in eius manu nullius auctoritate perſonæ titubet, aut vacillet libra iuſtitiæ *Pet. Rau. in quadam epiſt.*

Officium officialium eſt hodie iura confundere, lites ſuſcitare, tranſactiones reſcindere, dilationes innectere, ſupprimere veritatem, fouere mendacium, quæſtum ſequi, æquitatem vendere, inhiare actionibus, verſutias concinnare. *Pet. Bleſen.*

¶ Sententiae Poeticae.

Antholog. Sacr. Iacobi Billii.
De Dei iudicio, ac miſericordia.

*In geminis Chriſti pedibus conſidere quemque*
*Eſt opus: vnus nam non ſatis eſſe queat.*
*Spem mihi iudicii pes ſolus diſcutit omnem:*
*Pes veniæ ſolus pectora lenta facit.*
*Ergo deſidia ne mens ſecura laboret,*
*Vel mihi mens nimio fracta timore cadat:*
*Hoc mihi da quæſo genitor ſanctiſſime, cantem*
*Semper vt & veniam, iudiciumque tibi.*

Ibidem.

*Iudicium humanum, quod falli ſæpe neceſſe eſt*
*Non ſemper recipit regula iuſtitiæ.*
*At Domini cunctis æqua eſt, veraxq; poteſtas,*
*Aſpectum cuius nulla remota latent.*
*Talis laudetur iudex, timeatur, ametur,*
*Qui vere iuſtus permanet atque bonus:*
*Aduerſos reuocans, conuerſis cuncta remittens,*
*Atque malis veniam dando, bonos faciens.*
*Non ergo audacter mens veri neſcia culpet,*
*Quod placuit ſummi iudicis arbitrio:*
*Sed ſubdat ſeſe iuſto ignorantia regi,*
*Qui nunquam, quæ ſunt non bona, velle poteſt.*

Ibidem.

*Cum datur iniuſto peccandi optata poteſtas,*
*Vt mala mens praue, quod cupit, efficiat:*
*Ira Dei magna eſt, qua multos ſic quoq; punit,*
*Vt quibus exultant criminibus pereant.*
*Creſcit enim occulte cum longo pœna reatu,*
*Auſibus illicitis ſi nihil obſtiterit.*
*Et magis erranti, ne parcant flagra, timendum eſt,*
*Quam, ne non fiat, quod voluiſſe nocet.*

Sen. Med.

*Qui ſtatuerit aliquid parte inaudita altera,*
*Æquum licet ſtatuerit, haud æquus eſt.*

Hor.4. Carm.

*Vindex auaræ fraudis & abſtinens*
*Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,*
*Conſulque non vnius anni.*
*Sed quoties bonus, atque fidus*
*Iudex honeſtum prætulit vtili, &*
*Reiecit alto dona nocentium*
*Vultu & per obſtantes cateruas*
*Explicuit ſua victor arma.*

Ouid.1. Triſt.1.

*Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum*
*Quærere quæſito tempore tutus eris.*

Ouid.1. Amor.10.

*Non bene ſelecti iudicis arca patet.*

Petronius.

*Ergo iudicium nihil eſt, niſi publica merces,*
*Atq; eques, in cauſa qui ſedet, empta probat.*

Hor.2. Serm.2.

*Dicam ſi potero, male verum examinat omnis*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Corruptus iudex.*

Ter.Phor.1.5.

*An quiſquam iudex eſt, qui poſcit noſcere*
*Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas?*

Terent.Heaut.

*Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis vide.*

Senec.in Herc. fur.

*Iudex futurus ſanguine humano abſtine,*
*Quicunq; regnas, ſcelera taxantur modo*
*Maiore noſtra.*

Idem Tragœd.7.

*Si iudicas, cognoſco: ſi regnas iube.*

Phocilides.

Πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδ᾽ ἐς κρίσιν χάριν ἕλκειν.
*Omnibus iuſta tribue, neq; iudicium ad gratiam trahas.*
Μὴ κρῖνε πρόσωπον.
*Noli iudicare faciem.*
Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει.
*Si tu male iudicaueris, te Deus deinde iudicabit.*
Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.
*Nunquam iudicium facere imperites viros permittes.*

Cleobulus.

Τὰ δίκαια κρῖνε.
*Iuſte iudica.*

Menander.

Κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ.
*Accuſare non licet & iudicare ſimul.*
Ἀνεξέταστον μὴ κόλαζε μηδένα.
*Inexaminatum ne punias vllum.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Iudicium iuſti ac iniuſti diiudicatio eſt. *lib.5.Eth.c.6.*

Fruſtra iudicia fiunt de rebus iuſtis, niſi ad finem perducantur. Ita ſi ſublatis iudiciis nulla hominum inter ipſos communio eſſe poteſt: nec erit quidem, ſi nemo quod iudicatum fuerit exequatur. *Lib.6.de Republ.c.8.*

Si quis imprudens & ignarus iudicium tulit, non facit ex iure legitimo iniuriam: nec ſit illud iniquum iudicium, quamquam ſit tanquam iniquum. *lib.5.Ethic.c.9.*

Si ſciens & prudens aliquis iudicium iniquum interpoſuit, iniuſtus habendus eſt, quod ad eum peruenerit. plus gratiæ vel vindictæ. *ibidem.*

Litigantis nihil eſt niſi oſtendere, quia res eſt, vel non eſt, vel quia facta eſt, aut quia non facta eſt, vtrum autem ſit iuſta vel iniuſta, oportet ipſum iudicem cognoſcere & non diſcere à litigantibus. *Ariſt.lib.Rhet.*

Iudex eſt qui in ciuilibus concertationibus inquiſita iudicat. *idem lib.7.Etaic.*

Nemo eligit iuuenes iudices aut duces: quia non conſtat eos prudentes eſſe, ſed eligit ad fortitudinem. *idem lib.3.Top.*

Amor, & odium, & proprium commodum, ſæpe faciunt iudicem non cognoſcere verum. *idem lib.1.Rhet.*

Apud me tantundem valet bene ſentire per ſe, & alteri bonam dicenti ſententiam accedere, *Herod.lib.7.*

Niſi diuerſæ inter ſe ſententiæ dicantur, non poteſt quis eligere meliorem, ſed neceſſe habet ea quæ dicta eſt vti: at quum plures dictæ ſunt, licet tanquam purum aurum deligere: quod per ſe diſcerni quum nequeat, comparatum cum altero diſcerni poteſt. *idem, eod.lib.*

### De iniuſto iudicio, Dial. LXVI.
*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Iniuſto iudicio damnatus ſum. R. Vnius iudicis aut paucorum voce teſtium damnatus, populi vocibus, aut tacito iudicio, quod que eſt melius conſcientia ipſa tua, quodque eſt optimum diuina conſcientia abſoluendus. Si quidem ad tribunal æternum iuſti iudicis prouocatio ſalua eſt. Solet is perperam iudicata reſcindere. D. Iniuſte iudicor. R. Vt iuſtitia iniuſtos, ſic iniuſtitia iuſtos premit. Vbi igitur iniuſta damnatio, ibi iuſtus eſt reus. Nemo autem eſt tam demens, niſi inſaniat, vt hæc peruerti ſeque iniuſto iudicio premi velit. Nemo tam pauidus, niſi ſit peſſimus, vt non potius damnari eligat iniuſto iudicio, quam abſolui. Tanto enim id ſatius, quanto eſt melior, oppreſſa iuſticia, quam imperioſa nequitia, quandoq; eſt optabilior mens bona, propitia fortuna, quamuis illa laboribus, hæc delitiis affluat. Plus dicam, tanto eſt melius iuſte etiam damnari, quam iniuſte abſolui: Quanto eſt peius impunitum quam punitum crimen, in hoc enim ſceleri iuncta iuſtitia eſt. Malo quidem magno, bonum ingens. In illo autem ſcelus, & impunitas: quæ neſcio, an ſcelere ipſo peior ſit. Vna certe, & iuſtitiæ hoſtis, & multorum radix eſt ſcelerum. D. Iudicio grauor iniquiſſimo. R. Mens in ſolo fundata, & bene ſibi conſcia homerus habet inexpugnabiles, ſuperimpone quantumlibet damni, infamiæ, ſupplicii, nullo faſce curabitur, & viribus ſuis, & multo maxime cœleſti ope conſiſtet. Erunt præterea, quorum ſeſe paribus ſoletur euentibus, haud ſpernendi comites, Romæ Furius Camillus, ac Liuius, Salinator, Athenis Ariſtides atque Melcides, multi... quidem (quod mireris) Cicero & Socrates, ante ... Publio Clodio ſimilem fieri malis? atque horum ... ptimus, & in ſua vrbe clariſſimus, ſed iudicio dam... exilium, vel in carcerem, vel in mortem actus. Ille ... mus, & inter multa flagitia notiſſimi quoque ... violentarumque religionum, concordibus omnium ... tentiis abſolutus eſt, quiſquam ne adeo falſæ ... qui non illius abſolutioni Ciceronis hoſtis ſui dam... que exilium anteponat? Sed humana hæc atque ... altius aſpicis, videbis preſſum falſo iudicia cœli ... que eius electiſſimam tanti veſtigiis hærentem ... poſtea ſequuti ſunt, tanta innocentia, tantiſque ... ipſos iudiciarii turbinis incurſus, ac ſcopulos ... iudicio offendor. R. Eſt qui te iudicet, is qui ... riam patientibus, quique ait, Mea eſt vltio & ego ... in tempore. Eſt & vbi non cogitas, ipſo iudicis ... re, magni ibi habitant vltores. Nullius beluæ ... quam conſcientiæ. D. Iniuſto iudicio læſus ſum. R. ... riis bene vti, ars non vltima eſt, qua inſtructo ſæpe ... tas aliena, cum ſua cuique ſemper noceat, proſit ... D. Innocens damnatus ſum. R. Quid igitur ... enim Xantippæ coniugi Socrates moriens reſpondit ... lamentanti, quod is innocens moreretur. Atqui ... trarium opinati ſint, longe tamen eſt innocentem ... lerabilius quam nocentem. Hic enim ſolum ſuppl... illic, & cauſſa ſupplicii. D. Iniuſto populi iudicio ... R. Expectas vt populus in te rectum videat, quod ... alio vnquam vidit. Magnum tuæ innocentiæ argum... à nocentibus condemnari. D. Populus immen... nat. R. Idem hercle non immeritum, ſed multa ... meritum Camillum, de quo nunc loquebar, & Liui... niq; Scipionem Africanum, alioſque Cornelios ... iudiciis agitatos, ad voluntarium coegit auxilium. D. ... nocens condemnor. R. Et regum plerunque ſententiæ; ſed vindictæ ſunt, quiſquis liberius verbum ... regias emiſerit, cuicunque in interitu libertatis ... fuerit, is læſæ reus erit maieſtatis. D. Sed condemn... R. Iniquo iudice nullum venenoſius eſt animal, ... ſe dolent quidem homines, non queruntur. Fecit ... quod ſuum erat, quamuis non quod placitum ... dices erant, qui eos etiam de quibus dixi Socratem ... Clodium abſoluerunt, quorum vtrum eſſet iniquius ... teſt. Proinde in populis, aut ſub regibus, atque ... propoſitum animo eſſe debet aſpera quælibet & ... ſi veniant, non deflenda cum venerint.

Si ſpectare & quærere velitis, qua tandem re, ... dicunt, ſemper potentes ſint & omnium ciuium ... centi, ſiue mille ſint, ſiue quotquot ciuitas ... id non eo fieri, quod ſoli ex cæteris ciuibus armis ... poribus optimis & fortiſſimis præditi ſint iudices, ... tiſſimi, aut re vlla ſimili, ſed quod legibus valeant. Ex ... *Midian.*

Oportet vos ipſa veritate ex accuſatione & defenſione co... gnita, ita tum ſententiam ferre & pro diis: legibus, ... ipſis. *Ex ora, contra Nearam.*

Leges ſpectandæ ſunt, Iudices: nam iuxta eas ... turos eſſe iuraſtis, & videre, quanto maiori ſuppl... eſſe vulgo cenſent, quia ſua voluntate, & per con... lum admittunt, quam alios, qui caſu & imprudent... *orat.contra Midiam.*

Quæ iuſta cognouiſtis, hæc cuſtodite & memen... que decreueritis, vt iuſtam, & religioſam ſententiam ... ua ſuadentes feratis. *Ex orat. ad Leptin.*

Illos iuuare oportet, iudices, qui legum vocem ... ſent, & veſtram hanc quæ in foro iudiciali editur, ... tate affectis, non ſceleratis ac iniuriis opem laturam ... *Ex orat. contra Phanin.*

Quicunque neq; inimicitia, neq; beneuolentia, neq; ... qua cauſſa ductus, nullam aduerſus ea quæ nouit ... pie ſancteq; facit. *Ex orat.contra Ariſtocrat.*

Quo exactius quæ geſta ſunt intellexeritis, eo iuſt... ctiorem de eis feretis ſententiam. *Ex orat. contra ...* *teſtimonii.*

Cenſeo neq; legum, neq; ſtipulationis & cautionis ... tem eſſe vllam, niſi qui pecunias accipit vir, ſit ad ... hocq; pacto duorum alterum ſit, aut vos timeat, aut ... pactus eſt, vereatur. *Ex orat.contra Dionyſ.*

Magna eſt iniuriis & ſceleratis omnibus pars, & ad ... anſa morum veſtrorum lenitas & manſuetudo. *Ex ...* *Midiam.*

Eum qui leges & reip. adminiſtrationem ſibi curæ eſſe ... velut nunc iſte, & ſi nihil aliud, hoc certe habere oporte... lere, ac iiſdem de reb. lætari, quibus populus. Et non ... adminiſtrandæ reipubl. aduerſariorum parte ſtare. *Ex ...* *coron.*

A nobis omnibus ea poſtulo, quæ etiam non petentibus impar-tiri æquum eſt, vt nullam gratiam, nullumue hominem pluris faciatis, quam æquitatem & iuſiurandum. *Ex oration. de falſa legat.*

Iudex eſt is, quem non minus bene de nobis exiſtimare, quam ſecundum nos iudicare velimus. *Cic. pro Roſ. Com.*

Semper iniquus eſt iudex, qui aut inuidet, aut fauet, debetq; in iudicio imbecillis eſſe inuidia. *Pro Planc.*

Abducuntur nonnunquam iudices ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ. *Act. 6. in Ver.*

Ingentes diuitiæ, iudiciorum religionem veritatemq; ſolent perfringere. *2. Act. in Verr.*

Plura iudicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia aut dolore, aut lætitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut præſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. *2. de Orat.*

Eſt ſapientis iudicis, meminiſſe ſe hominem, cogitare ſibi tantum eſſe permiſſum, quantum commiſſum ſit & creditum. Et non ſolum ſibi ſoli poteſtatem eſſe datam, verumetiam fidem habitam eſſe meminiſſe poſſe quem oderit, abſoluere: quem non oderit, condemnare: & ſemper non quæ velit ipſe, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. Animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Cum hæc ſunt videnda: tum illud eſt hominis magni, iudicis, atque ſapientis, habere in conſilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximi æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam à diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt. *Pro Cluent.*

Cum iudici dicenda ſententia eſt, meminerit ſe Deum habere teſtem, id eſt, mentem ſuam, qua nihil homini dedit ipſe Deus diuinius. *3. Offic.*

Eſt ſapientia iudicis in hoc, vt non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum ſibi permiſſum, meminerit, ſed etiam quatenus commiſſum ſit. *Pro Rabir. Poſth.*

Laborare debent iudices non modo quid dicant pro teſtimonio, ſed etiam quibus verbis vtantur, ne quid minus moderate poſitum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur. Vultu autem laberare, ne qua ſignificari poſſit ſuſpicio cupiditatis, vt & cum prodeunt, exiſtimatio ſit quædam tacita de illis pudoris ac religionis: & cum diſcedunt, ea diligenter conſeruata retenta videantur. *Pro Font.*

Neq; contra Rempublicam, neque contra iuſiurandum ac fidem, amici cauſa vir bonus faciet, ne ſi iudex quidem erit de ipſo amico: ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis. Nam ſi omnia facienda ſint, quæ amici velint, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. *3. Offic.*

Iudicis ſemper eſt verum ſequi. *2. Offic.*

Eſt boni iudicis, paruis ex rebus coniecturam facere vniuſcuiuſque & cupiditatis & incontinentiæ. *9. in Ver.*

Iudex bonus nemo eſſe poteſt, qui ſuſpicione certa non moueatur. *2. Act. in Verr.*

Scriptum ſequi, calumniatoris eſt: boni vero iudicis voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere. Quæ lex enim, quod Senatusconſultum, quod magiſtratus edictum, non infirmari aut conuelli poteſt, ſi ad verba deflectere voluerimus; conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt, & rationem, & auctoritatem relinquamus? Non enim ex verbis pendet ius, ſed verba ſeruiunt hominum conſiliis & auctoritatibus: nec verba veniunt in iudicium, ſed ea res, cuius cauſa verba in leges coniecta ſunt. *Pro Cecinna.*

Dubium non eſt quin omnes omnium pecuniȩ poſitȩ ſint in eorum poteſtate qui iudicia dant, & eorum qui iudicant, quum nemo noſtrum poſſit ædes ſuas, nemo fundum, nemo bona patriæ obtinere, cum ad iudicandum detur iudex nequam & leuis, qui de iis iudicet. *4. Act. in Verr.*

Quam porro ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis comparabat, nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora tranſmitti, ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & potentes non alligari, aiebat. *Val. Max lib. 7.*

Multum me vel vos fallit opinio iudices, ſi vllam cauſſam ita euidenter deferri in forum poſſe putatis, cui nulla mendacii velamenta contingant. *Quintil declamatione* 19.

Non ad inſtar barbaricæ veritatis, & tyrannicæ impotentiæ, damnari debet aliquis inauditus, & in pace placida tam dirum ſeculo prodi non debet exemplum. *Luc. Apul. de Aſino aureo lib. 3.*

Iudicum Ægyptiorum primarius circa collum imaginem ex ſapphiro gemma confectam geſtabat quæ vocabatur Veritas. Ego vero Iudicem non tam in Lapide ſculptam aut expreſſam veritatem circumferre, quam in animo menteque inſitam & infixam habere velim. *Ælian, var. hiſt. l. 14. c. 34.*

Iudex non debet dare, neque accipere. *Ælius Spartian. in Peſcennio Nigro.*

Ecquis nocens poterit eſſe vſquam, ſi negare ſuffecerit? Ecquis innocens eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? *Amm. Marcell. lib. 18.*

Iudicis lenti & conſiderati illud eſt proprium, vt quum lædere poteſt, ignoſcendi quærat cauſſas, non lædendi occaſiones. *Idem libro* 19.

De via & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt, & animantium numerum complet, laturum ſententiam, diu multumque cunctari oportet, nec præcipiti ſtudio, vbi irreuocabile factum eſt, agitari. *idem, lib. 29.*

Omnes hoc natura comparatum habent, vt ex ſuis rebus domeſticis iudicium faciant de iis quæ aliis dicuntur, & quod credibile eſt, non credendum exiſtiment. *Dion. Halic. lib. 5.*

Cunctator eſſe debet, qui iudicat de ſalute. Alia ſententia poteſt corrigi, de vita tranſactum non patitur immutari. Signa tua abactores timeant, fures paueſcant, latrones perhorreant: innocentia tantum læta reſpiciat, dum ſibi auxilia veniſſe credit, quæ legum diſciplina tranſmiſit. Nemo redemptionibus, tuum bello deflectat. Gladius conditur vbi aurum ſuſcipitur. Tute intermen reddis, ſi à virili animo cupiditate receſſeris. *Caſſiod. lib. 7. epiſt. 1.*

Prorſus perſuaſimus, quod multi furto non erubeſcunt, quod multi adulterio gloriantur. Nam ſacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. *Seneca, ad Lucilium.*

Ad pœnitendum properat, qui cito iudicat. In iudicando criminoſa eſt celeritas. *idem in Prouerbiis.*

Si inflammare ſacras ædes voluiſſe, ſi ſacerdotes impios iugulari gladio, ſi bonis omnibus necem ſtruxiſſe diceremur: præſentem tamen ſententia confeſſum conuictumue puniſſet. *Boethius de Conſil. lib. 11. proſ. 4.*

Faſcibus obedire plærunq; poteſtatis neceſſitas cogit: parere iudici priuato, ſola ſententiarum probitas facit. Vnde nobis plus laudis videtur habere voluntarius iudex, quando ad audientiam non eligitur, niſi qui iuſtus eſſe moribus æſtimatur. *Caſſiod. l. b. 9 epiſt.* 17. Tandiu iudex dicitur, quandiu iuſtus putatur: quia nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur. *idem.*

Profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ legum peritos iudices ordinare: quia non facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauit. *idem.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Boſo rex Arelatenſis* quum ob alapam epiſcopo ſuo inter ſacrificandum illatam, accuſatus apud Othonem primum Romanorum Imperatorem, capitis damnaretur, archiepiſcopus vero vna cum reliquis epiſcopis, abbatibus, principibus intercederent, vt hoc ſanguinis iudicium ſuſpenderetur: Rex hoc audiens. Non æquum eſt, inquit, vt rectum Imperatoris iudicium executioni non mandetur, cum non conueniat vel vllum verbum à principis ore fruſtra egredi. *Munſter. recitat l. 2. Coſmograph. vbi de Arelato.*

*C. Lucilius* dicere ſolebat, nolle ſe ſua ſcripta legi, nec à doctiſſimis, nec ab indoctiſſimis: quod hi nihil intelligerent, illi plus ſaperent quam vt poſſet illorum iudicio ſatisfacere. Id exprimebat huiuſmodi verſu trochaico.

*Perſium non curæ legere: Lælium Decimum volo.*

Erat Perſius illius ætatis omnium doctiſſimus habitus: Lælius erat vir bonus, & non illiteratus, ſed nihil ad Perſium, *Refert. M. T. cum aliis aliquot locis, tum lib. de Orat. 2.*

*Pythagoras*, qui de malis, inquit, pœnas non ſumunt, bonos affici volunt iniuriis. *Stob ſerm. de magiſtratu.*

*Democritus*, Damnandi ſunt (aiebat) nec abſoluendi, qui aliquid dignum exilio, aut vinculis, aliaue pœna committunt. Si quis vere temere abſoluerit, lucri aut voluptatis gratia iniuſte facit, & iniuſtiam ei cordi eſſe neceſſarium eſt. *Stob ſerm 44.*

*Iamblichus*, Malum iudicium omnis mali cauſſam eſſe dicebat. *Stob. eod. ſerm.*

*Q. Flauius* apud populum reus actus, accuſante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet, proclamauit, Se innocentem opprimi, cui Valerius æque clara voce reſpondit: Nihil ſua referre, nocens an innocens periret. Ea vox tam violenta, reliquas tribus reo conciliauit, itaque reus, quem proſtratum credebat, abſolutus eſt. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Quintus Calidius* ex prætura Hiſpanienſi accuſatus à Gallis, quum ſenſiſſet iudicibus pecuniam contra ſe datam, in eos iudices qui paruo pretio corrupti eum damnauerant, exclamauit: Idoneam mercedem pro meo capite paciſci debuiſtis. *Bruſ. libro libro 3. capite* 10.

*Bias* dicere ſolebat, ſe malle inter inimicos quam amicos iudicare. Nam ex amicis alterum prorſus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum amicum fore, *Bruſ. l 3. c. 10.*

*Democritus*, Optimus (inquit) iudex eſſe iudicatur, qui cito intelligit, & lente iudicat. Alterum quidem eſt beneuolentiæ, alterum autem diligentiæ exquiſitæ. *Anton. ſermon. de incorruptis iudicibus.*

*Idem* addebat, nihil inconſiderate agendum in iudicio, ſed prius deliberandum: nec cogitatione feſtinandum, vt aliquid plus quam liceat dicatur: nec lente & conſtanter appetitio accurate exercenda eſt, nec ad gratiam immutanda: nam inconſtans, & leuis temeratio deterior eſt. *Eod. ſerm.*

*Themiſtocles* oratus à Simonide poeta, vt amicum non adeo iuſtam cauſſam habentem quam commendatiſſimum haberet: reſpondit, Nec Simonidem fore bonum poetam, niſi menſuram

modumque in canendis carminibus, quæ ſcribebat, curaret: Neque ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus ac iuſtitiæ, alicuius gratiam præpoſuit. *Fulg. l. 6. c. 4. & Plut. in apoph.*

*Archytas* dicebat iudicem & aram idem eſſe: pariter enim ad vtrumq; confugiunt, qui iniuria afficiuntur. Sentiens tales oportere iudices eſſe, vt oppreſſis ſint præſidio. *Refert. Ariſt. Rhet.* 3.

*Ariſtides* quum inter duos priuatos cauſſam cognoſceret, & alter quo Ariſtidem irritaret in aduerſarium, extra cauſſam multa commemoraret, quibus ille læſiſſet eum; Ariſtides interpellans hominem, iſta nunc, inquit, miſſa fac bone vir, & ſi quid te læſit eloquere: tibi enim in præſentia, non mihi iudex ſedeo. *Plutarchus in Ariſtide.*

*Alcamenes.* Cuidam ab Alcamene ſciſcitanti, quamobrem ſeniores apud Lacedæmonios plures dies ſumerent ad cognoſcendum in cauſſis capitalibus: & ſi quis fuerit abſolutus, nihilominus obnoxius ſit legi? Ideo, inquit, pluribus diebus cognoſcunt, quoniam ſi in capitis diſcrimine errauerint, non eſt corrigendi conſilii poteſtas: oportet autem à cauſa liberatum, obnoxium manere legibus. quod fit, vt ſecundum eandem legem liceat aliquid rectius de reo ſtatuere. Hoc temperamento prouiſum eſt, ne vel occidatur innocens, vel effugiat nocens: qui quamuis errore iudicum ſit abſolutus, poteſt eadem lege denuo conueniri, pœnaſque dare legibus. *Plut. in Lacon.*

*Lyſias* dicebat iudices eadem mente præditos eſſe debere, qua legiſlatores. *Stob. ſerm. de magiſtratu.*

*Idem,* interrogatus, cur munera à Meſſeniis oblata non accepiſſet? Quoniam in leges iuſtitiæ grauiter peccaſſem, inquit. Maluit vir prudentiſſimus bona conſcientia iudicare, quam propter munuſcula à iuſtitiæ tramite turpiter diſcedere. *Plut.*

*Ageſilaus,* cum in cauſſa quadam iudex eſſet, & is qui accuſabat recte dixiſſet: patronus vero male, qui tamen ſubinde repeteret, Ageſilaum decere, vt legibus opitularetur, perinde ac ſi optimam haberet cauſſam: hominis improbitatem reprehendens, ait: Si quis domum tibi oppugnaret, aut veſtem arriperet, num expectares vt architectus aut ſartor tibi eſſet auxilium laturus? Quo dicto indicabat, iudici nequaquam conuenire, vt opituletur iis qui contra leges aliquid delicti admiſerunt. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Hippodromus Sophiſta,* Clementi tragœdiarum actori longe præſtantiſſimo, quum apud Amphictyones optime re geſta negata eſſet victoria, quod Byzantius eſſet, atq; id temporis Byzantium à Romanis obſideretur, proſiliens clamauit: Valeant applaudentes, ac perperam de re iudicantes: Ego, inquit, Clementi victoriam decerno. Quum alter hiſtrio appellaſſet Cæſarem, obtinuit Hippodromi ſuffragium. *Philoſt. in ſophiſtis.*

*Epictetus,* Nihil eſt, inquit, quod eum qui præeſt magis deceat, quam vt neminem vel ſuperbe contemnat, vel indecore admiretur, ſed ex æquo omnibus præſit. *Ant. ſermon. de iudicibus incorruptis.*

*Sequentia dicta* etiam eius ſunt. Sicut vera trutina, neq; à bona & concinna corrigitur, neque per falſam examinatur: ſic etiam iuſtus iudex. neque à iuſtis caſtigatur, neque apud iniuſtos iudicatur. Minime in iudiciis delinques ſi ipſe in vita tua delicta caueris. Melius eſt, ſententia iuſte pronunciata reprehendi ab eo qui merito ſuo damnatus eſt: quam ſi iniuſte iudicaueris, iure à natura vituperari. Quemadmodum Lydius lapis indicat aurum, non autem ab auro examinatur: ſic & homo qui iudicandi facultate pollet. Turpe fuerit iudicem ab aliis iudicari. *Stob ſerm.* 9.

*Machetas.* Philippus Macedo Machetæ cuiuſdam pro tribunali ſedens cauſſam cognouit, ſed dormidabundus, nec ſatis attentus ad iuris æquitatem: itaque ſententiam tulit aduerſus Machetam. Verum quum is exclamaſſet, ſe ab ea ſententia appellare, rex iratus, ad quem? inquit, nam appellandi verbum monarchis eſt inuiſum. Hic Machetas: ad teipſum, ô rex, inquit, ſi expergiſcaris & attentius audis cauſam. Ac tum quidem ſurrexit rex. Cæterum poſteaquam cauſſam apud ſe melius perpendiſſet, intelligeretq; Machetæ factum iniuriam. iudicata quidem non reſcidit, ſed pecuniam qua damnatus fuerat Machetes, ipſe perſoluit. In vno facto, quot regiæ virtutis argumenta! Non perſeuerauit iraſci & prouocanti, & ſomnolentiam publice obiicienti: ſed per otium rem animo accuratius conſiderauit, iam ab ira liber. Sit hoc ciuilitatis regiæq; moderationis: illud vero prudentiæ, quod ingenioſo commento ſic damnatum exemit damno, vt regiam tamen in iudicando auctoritatem non proderet, mulctam priuatim perinde quaſi ipſe damnatus eſſet, diſſoluit. *Plut. in apoph.*

*Idem,* Harpalus pro Cratere propinquo ac familiari ſuo, qui iniuriarum poſtulabatur, petiit à Philippo, vt reus mulctam quidem ſolueret, ſed à cauſſa liberaretur, nec damnatus hominum maledictis exponeretur. Hic vero Philippus: Præſtet, inquit, vt ipſe male audiat, quam vt nos propter illum. Indulgebat amicis, ſed quatenus licebat, integra iudicis opinione. *Plut.*

*Idem.* Duo pariter ſceleroſi ſeſe inuicem accuſabant, cognoſcente Philippo, rex audita cauſa pronunciauit, vt alter exularet Macedonia, alter illum inſequeretur. Hoc Græce ſonat iucundius, quod φεύγειν & ad fugientem pertineat, & ad exulantem, fugientem autem inſequimur. Neutrum igitur abſoluit Philippus, ſed vtrumque damnauit exilio. *Plut.*

*Alexander* orante accuſatore, altera manu aurem ... cludere. Interrogatus, cur id faceret? reſpondit, ... dandus eſt audiendi locus. *Antonius in Meliſſa par...* *ſic recenſet*: Initio quum in cauſis capitalibus ſede... ſatori alteram aurem occludebat: rogatus, cur id face... inquit, integram ſeruo reo.

*Antigonus.* Frater Antigoni Marſias litem habe... poſtulabat, vt cauſa domini cognoſceretur. Cui Antigo... hil inquit, præter ius agimus, melius fiet in foro, ... entibus. Non impetrauit hoc à rege fraternus affectu... tillum de iure concederet. Ipſum autem hoc dilem... xit. Si iniuſtam cauſam habere te ſcis, cur litigas? ... fugis hominum conſcientiam, & ad domeſticas ... pertrahis? non cariturus ſiniſtra ciuium ſuſpicione ... nam cauſſam viceris, *Plut. in apoph.*

*Antiphon.* Si peccandum ſit in iudicando, præſta... cuſatum abſoluere iniuſte quam iniuſte perdere. ... dem peccatum eſt, hoc vero impietas. *Stob. ſerm.*

*Scipio minor.* C. Liuium prætereuntem cum vidiſſ... quit, virum ſcio peieraſſe: verum quoniam nullus ... poſſum ſimul & accuſator eſſe, & iudex. Sit hoc ... rationis & iuſtitiæ exemplum. *Plut. in apoph.*

*M. Antonius.* Dicere ſolebat, priuatos quidem ... habere iudices: principi autem nullum eſſe alium ... Deum. *Dion. Nicæus & Xiphilinus in eius vita.*

¶ Similitudines.

*Baſilii.* Quemadmodum is qui ſagittam tendens ... diriget: nec vltra, nec citra, nec vtrobiq; errando ... excidet: Ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando ... cillabit. *In Iulianum Martyrem.*

*Epicteti.* Vt iuſta bilanx ſeu trutina nec à vera ... tur, nec à falſa iudicatur: Sic & iudex iuſtus neque ... natur, nec ab iniuſtis arguitur. *Apud Maximum ſer...* *Stob. ſerm. 5. De iuſtitia.*

*Roterodami.* Vt diameter ſiue dimetiens ſic ab ... lum, mediamque figuram diuidit, vt vtrinque ... æquale: Ita iudex in neutram partem debet eſſe ... *Similib.*

*Vt qui acrius* cupiunt perſpicere, alterum oculum ... Ita iudex rectius intelliget iuſtum, ſi nullius perſona... cetur. *In ſimil.*

*Vt ſol non* alius eſt pauperi quam diuiti, ſed omni... nis: Ita iudex perſonam ſpectare non debet, ſed rem ...

¶ Adagia.

Ex Iouis tabulis teſtis. Ἐκ τῶν Διὸς δέλτων μάρτυς.

*Pro certo & indubitabili teſte.*

Atticus teſtis. Ἀττικὸς μάρτυς.

*Pro probatiſſimo atq; incorruptiſſimo teſte. Quod ... niam torqueat in teſtem vanum, non inconcinne ...*

Rhadamanthæum iudicium. Ῥαδαμάνθειος κρίσις.

*De incorrupte iudicantibus.*

Iouis ſuffragium. Διὸς ψῆφος.

*Dicebatur ſacrum & inuiolatum.*

Mineruæ ſuffragium. ἡ Ἀθηνᾶς ψῆφος.

*De exacto iudicio. Contrarium illi; Sus iudicat.*

Domeſticus teſtis. οἴκοθεν ὁ μάρτυς.

*Vbi quis ipſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, ... ductum.*

Corrupta iudicia.

*In eos, qui corrupte iudicant, aut ſuffragium ferunt ... ſed ad priuatum commodum reſpicientes, ſiue qui ... leges opprimunt, competet illud Homeri.*

> Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
> Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
> *Qui per vim in populi cœtu communia iura*
> *Deprauant, ac iuſtitiam depellere tentant?*
> *Nil veriti vocem diuum.*

Heteromalia cauſſa. Ἑτερομάλιος δίκη.

*Dicitur apud Græcos, quæ ab altera duntaxat agitur ... lo præſente qui contradicat. Vſurpabitur non eleganter, ... damnat abſentem.*

Deſerta cauſſa. ἐρήμη δίκη. *Lucian.*

*Cum nemo repugnat Itaq; deſerta cauſſa vincere, ... nullo contra pugnante.*

Ne de lite pronunties. τὶς ἂν δίκην κρίνῃ.

*Admonet, non temere pronunciandum de quopiam, ... citroq; diligenter cognita.*

¶ Exempla Biblica

Iudicum bonorum *exempla*: Moyſes, *Exod. 18. Verſ.* ... *Iud.* 3. *V.* 10. Thola, 10. *Verſ.* 1. Iephte, 12. *v.* 7. Samuel, ... lomon, 1. *Reg.* 3. *v.* 28, Iudicum iniquorum exempla Pilatus, ... 27. *v.* 26. *Marc.* 15. *v.* 15. *Luc.* 23. *v.* 24. *Ioan.* 19. *V.* 16. ...

…Judicium rapacitas damnatur, *Amos.2.v.6.* Iudices pro gubernatoribus, *Iud.2.v.16.18.19.* Iudices rexerunt, & gubernarunt Iſraelem circiter annos trecentos quinquaginta, *Act.13.v.20.* Iudicu temerarii exempla: Heli, 1.*Sam.1.v.13.* Rex Iſrael, 2.*Reg.5.7.* qui…m ex Iudæis. *Matth.27.v.47. Ioan.11.v.13.* Phariſæi, 9.*v.16.* Petrus, *Act.11.v.15.16.* Barbari, 28.*v.4.* Iudicium peruerſum, *Eccl.11.verſ.9. Matth.7.v.1.&12.v.7. Luc.6.v.37.&7.v.33. Iohan.7.v.24.&9.v.16. Act.28.v.4. Rom.2.v.1.&14.v.4.13.1. Cor.4.v.5.1. Tim.5.v.21. Iacob.4.v.11.* Iudicium extremum, *Matth.25.v.30.31. Luc.12.verſ.27.28.1. Theſ.4.v.15.16. Hebr.9.v.28.*

### ¶ Profana Exempla.

*Actionum* publicarum & priuatarum ſpecies apud Athenienſes. *Sigonius lib.3. de Republ. Athen. commemorat.*

*Ephetae xxc. Iudices* capitalium cauſſarum Athenis, quinquagenariis maiores, & ſingulari opinione probitatis: dicti Ephetæ, quod ab eis non eſſet prouocatio. Dicebant autem ius vel in Palladio, vel in Prytaneo, vel in Delphino, vel in Phreate. *Suidas.*

*Athenis Magiſtratus* fuit, cui Zeteta nomen apud quem ſi quis integrum æs debitum non ſoluiſſet conueniri lege poterat. *Alex. ab alex.lib.1.c.7.*

*Centumuiri apud Roman.* de heretitatibus, teſtamentis, vſucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluuionibus, noxis, mancipiis & ſtillicidiis quam maxime ius dicebant. *Theat. Zuing. fol.43.8.*

*Cams imp.* ſeruis, ſi quid quererentur de dominis, paſſim accuſandi, & contra eos lege agendi facultatem dedit. *Alexand. libro 3. capite 20.*

*Regnerus Danorum rex* ſtatuit, vt omnis controuerſiarum lis, ſemotis actionibus inſtrumentis, nec accuſantis impetitione, nec rei defenſione admiſſa, duodecim patrum approbatorum iudicio mandaretur. *Saxon. lib.9.*

Apud *Ægyptios* Iudices quondam fuerant, qui & ſacerdotes. *Ælian.lib.14.*

*Regii iudices* Perſarum ex toto populo deliguntur: ſuntque perpetui, niſi delicti alicuius rei fuerint. Hi ius dicunt, & legum ſunt interpretes. *Herod. lib.3.*

Apud *Athenienſes* nouem principes erant, quibus Reſpublica concredita erat: qui cum eligerentur, religioſe iurabant, ſe iuſte iudicaturos eſſe, neque munera accepturos, aut auream ſtatuam erecturos publice. *Heraclitus de Polit.*

*Domitianus Imp.* ius diligenter dixit, ac æquiſſime: tantumque curam coercendis magiſtratibus adhibuit, vt neque modeſtiores vnquam, neque iuſtiores extiterint. *Cuſpin.*

*Nicodorus* Mantinenſum legislator iuſtiſſimus ex pugile in extrema ætate factus eſt. *Ælian.lib.2. Var hiſt.*

### ¶ Hieroglyphica.

Sed & *abſciſſæ manus* ipſæ hieroglyphicum ſuum habuere, quod minime fuit prætereundum. Spectari enim ſolitas Thebis *Iudicum* ſtatuas abſque manibus, Plutarchus ait: & eam, quæ principem referret aduerſis eſſe oculis, vt Iuſtitiam, & à donis alienam eſſe debere, & nulla mulceri facundia oportere ſignificarent. *Pier. Val. lib.35. pag.334.*

*Lyra* quoque hieroglyphicum quiddam habet, atque illud in ea præcipuum eſt, quod *hominem compoſiti iudicii*, quique aures eruditas haberet, ſignificabat. Ea ſiquidem diuerſas componit voces, & concordi omnes tono temperat, quod manus in diuerſæ rationis affectibus componendis videtur homo præſtare. *Pier. Val. lib.47. p.458.*

*Vide ſupra locum de Acceptione perſonarum.*

# Iudicium diuinum.

### ¶ Sententiae Biblicae.

*Iudicium diuinum ineuitabile, ob potentiæ immenſitatem: quia ſuper omnes vniuerſaliter.*

Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, vſque in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. *Exod.20.*

Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua & nullus ei ſimilis in legislatoribus. Quis poterit ſcrutari vias eius? aut quis audet ei dicere operatus es iniquitatem? *Deut.36.*

Qui enim dicet tibi, quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? *Sap.12.*

Non enim eſt alius Deus quam tu, cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniam non iniuſte iudicas iudicium. Neque res neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his, quos perdidiſti. *ibid.*

Et nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. *Matth.10.*

Data eſt mihi poteſtas, in cœlo & in terra. 28.

Vnus eſt enim legislator, & iudex, qui poteſt perdere & liberare. *Iacob.4.*

Magnus es Domine in æterum, & in omnia ſecula regnum tuum: quoniam tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos & reducis, & non eſt qui effugiat manum tuam. *Tob.13.*

*Iudicum diuinum irreprehenſibile ob iuſtitiæ veritatem.*

Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam. 1.*Reg.15.*

Ne reſpicias vultum eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. 16.

Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia & veritas & iudicium. *Tob.3.*

Verebat omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. *Iob.9.*

Abſit à Deo impietas, ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. 34.

Vere Deus non condemnabit fruſtra, nec Omnipotens ſubuertet iudicium. *ibid.*

Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. *Pſal.61.*

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. 97.

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. 118.

Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt. *Prou.16.*

Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus nec verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. *Sap.6.*

Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditam aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. *Eſa.11.*

Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. 28.

Et reddam eis ſecundum opera eorum, ſecundũ facta manuum ſuarum. *Ierem.25.*

Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita & anima filii mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. *Ezech.18.*

Idcirco vnumquemque iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait Dominus Deus. *ibid.*

Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem. *Rom.2.*

Qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *ibid.*

Vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber, *Eph.6.*

Et ſi patrum inuocatis eum, qui ſine perſonarum acceptione iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini, 1.*Pet.1.*

*Verbis non fallitur.*

Non parcam ei & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *Iob.41.*

Propter quod irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, non requiret. *Pſalm.9.*

Non acquieſcit cuiuſquam precibus. *Prou.6.*

*Munere non decipitur.*

Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ. *ibid.*

Nec ſuſcipiet pro redemtione dona plurima. *Prou.6.*

Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. *Ezech.7.*

Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die Domini. In igne zeli eius dauorabitur omnis terra, quia conſummationem faciet cum feſtinatione cunctis habitantibus terram. *Soph.1.*

Ego enim Dominus & non mutor. *Malach.3.*

Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *Matth.16.*

Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum adinuentionum eius. *Ierem.32.*

Certe vides, filii hominis, quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui. Dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. *Ezech.8.*

Ipſe reuelat profunda & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. *Dan.2.*

Et erit in tempore illo, & ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene Dominus, & non faciet male. *Soph.1.*

Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem, Mane, mane iudicium ſuum dabit in luce: & non abſcondetur. Neſciuit autem iniquus confuſionem ſuam. 3.

Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii

milites idoneos ac peritos vſu legabant quod non amplius quam decennis ſagittariis pueriſq; preficeret: hiſque vexilla dabant, vt ſcirent ad quæ ſigna deberent impedimenta colligere. Sed pugnatores ab impedimentis laxamento aliquo diuiduntur, ne conſtipati lædantur in prælio.

Sciendum etiam quod aduerſarii in iis locis quæ ſibi opportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocant, vel aperto Marte impetum faciunt. Sed ne ſecreta noceant, ducis preſtat induſtria, quem omnia prius conuenit explorare. Deprehenſa vero ſubſeſſa, ſi circumueniatur vtiliter, plus periculi ſuſtinet, quam parabat inferre. Aperta autem vis ſi præparetur in montibus, altiora loca præmiſſis ſunt præſidiis occupanda, vt cum hoſtis aduenerit, reperiatur inferior, nec audeat obuiare, cum tam à fronte, quam ſupra caput ſuum cernat armatos. Quod ſi anguſtæ ſint viæ, ſed tamen tutæ, melius eſt præcedere cum ſecuribus, ac dolabris milites, & cum labore vias aperire, quam in optimo itinere periculum ſuſtinere.

Præterea noſſe debemus hoſtium conſuetudinem: vtrum de nocte, an incipiente die, an hora reficiendi, laſſis ſuperuenire conſueuerint: & deuitare quod illos putamus ex more.

Iam vero vtrum peditibus, ac equitibus, vtrum contatis, an ſagittariis amplius valeant, vtrum numero hominum, in armorum munitione præcellunt, ſcire nos conuenit: & ordinare quod nobis vtile, illis doceatur aduerſum.

Tractare quoq; per diem, an per noctem iter expediat inchoari: quanta locorum interualla ſint ad quæ cudimus peruenire: ne æſtate aquæ penuria obſit euntibus, ne hyeme difficiles aut inuiæ occurrant paludes, maioreſq; torrentes, & impedito itinere circumueniatur exercitus, priuſquam ad deſtinata perueniat. Vt enim noſtra commoditas eſt, ſapienter iſta vitare: ita ſi aduerſariorum imperitia vel diſſimulatio occaſionem nobis dederit, non oportet omittere, ſed explorare ſolicite, proditores ac transfugas inuitare: vt quid hoſtis moliatur in præſenti, vel in futurum poſſimus agnoſcere, paratiſq; equitibus ac leui armatura, ambulantes eoſdem, vel pabula victumq; quærentes improuiſo terrore decipere.

¶ Poeticae Sententiae.

Vergil. de litera Pythagoræ.

*Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,*
*Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.*
*Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,*
*Difficilemque aditum primum ſpectantibus offert:*
*Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.*
*Molle oſtentat iter via lata, ſed vltima meta*
*Præcipitat captos, voluitque per ardua ſaxa,*
*Quiſquis enim duros caſus virtutis amore*
*Vicerit, ille ſibi laudemque decuſque parabit:*
*At qui deſidiam luxumque ſequetur inertem:*
*Dum fugit oppoſitos incauta mente labores,*
*Turpis inopſque ſimul miſerabile tranſiget æuum.*

¶ Philosophicae Sententiae.
De duro itinere, Dial. XXXII.
*Franciſci Petrarchæ.*
Dol.

Durum iter pedibus meis ago. R. Quid tu igitur alienis malles, atque neq; alienis manibus operari: neq; alienis oculis videre, neque alienis auribus audire, neq; alieno palato deguſtare neq; alienis naribus vultis olfacere, quid hoc vnum ſingulare habet, vt tantum pedibus ambulare delectet alienis? D. Pedes eo R. An vero in hunc mundum intraſti eques, an exibis? quid per mundum ire, niſi pedes doles? O principium humile! & ô finis humilior! quam ſuperba inter vtrumq; ſunt media, & in breui curſu, quanta prorſus obliuio terminorum! nec vnde certe, nec quo pergitis, meminiſtis. D. Iter longum cogor pedes agere. R. Cogi quidem durum fateor. Cogi autem volens nequit, indignatio & dolor neceſſitatis pondus exaggerant, patientia, & conſenſu animi fortunæ cuſpis obtunditur. Vis non cogi? fac ſponte quod cogeris. Vis vt iter longum breue fiat, volens. D. Equitare vellem, pedes ambulo R. An inſaniæ pars eſt vnum ob quadrupedem, cuius vſum neſcis, quam diu tibi fortuna conceſſerit, naturæ munerum obliuiſci, quod multi faciunt, qui vilis atq; intractabilis, & caduci equi fiducia dediſcunt pedibus ſuis ire, quibus quæſo, quid aliud, quam diuitem cupias pofigram, hoc eſt pedes inutiles, equos multos. D. Longum iter pedes ago. R. Ibis pro libito, nemo te tranſuehet, nemo morabitur, nemo concutiet, nemo deiiciet, nemo aget in præceps, vnus tibi labor erit, vnum opus ire, nil tibi tuo cum vectore negotii. Non cogeris tuum equum frenare, non pungere, non adæquare, non ſubſternere, non circumducere, non tricare, non paſcere, non aut tergum tergere, aut arentem pedis vngulam, & tractare digitis ancipites clauos, aut nocturnos ſudibus arcere concurſus, & ſummo exciri tremore, ſemperque ſolicitus quid belua peruigil cum vicinis agat, ſolitem noctibus quieſces. Nam qui equitant, noctu etiam laborant. D. Pedibus longum iter ago. R. Calceatus forſitan. Sancti autem patres nudis pedib. deſerta luſtrabant, Nuncii Dei omnipotentis Apoſtoli mundi climata circuibant hic ad Orientem ille ad Occidentem, hic ad Arcton, ille ad Meridiem, nauigantes interdum, raro, id quidem, neq; aliter, quam cogente locorū ſitu, ſed quem precor equitem legis præter vnum ex omnibus Ioannem? neq; id amplius quam ſemel, idq; perexiguo viæ ſpatio, dum quod Clemens ſcripſit & Eccleſiaſtica habet hiſtoria ad recuperandam perditi adoleſcentis animam pia illum feſtinatio perurgeret, quomodo autem equitarent, quorum dominus pedes ibat? Vix aſellum ſemel quidem ille mox in crucem aſcenſurus aſcendit. Quod ſi ſanctitate inacceſſibili, hæc exempla te prægrauant. Ad Romanæ regiones, quæ orbem terrarum ſubegere, magna ex parte pedeſtres fuiſſe noſcuntur, in quib. non ſolum, atq; arma ſuis pedib. quiſq; portabat, ſed multorum panem ac viaticum dierum, vallum quoq; quo in finibus hoſtium caſtra in dies circumſpecta nocturnis ab inſultibus tegerentur. Vnde eleganter Cicero noſter, quodam loco de militibus Romanis agens cum fortib. viris, cæterarum gentium arma non impedimentum, ſed quaſi veſtimentum eſſe dixiſſet, hoc præcipuum illis dedit, vt diceret Romanis ſolis arma non veſtem eſſe, ſed vt humeros ac lacertos. At cum eas quas dicebam militares ſarcinas ſubiiſſent, totum demum videri ſibi eſſe veſtitos, neu quis moderni ſermonis conſuetudine labi poſſit, militum appellatione pedites accipi, eoſq, accipi, eoſq; ab equitib. quamuis vterq; militet, hoc ſecerni nomine ſolitos multis Romanæ hiſtoriæ locis aduertere eſt. Proinde magnum tibi lenimen, ac ſolatium laboris harum recordatio præſtare poteſt, non inermi tantum ac vacuo, & duro licet, tuto tamen calle pergenti, ſed armato etiam atq; onuſto, & periculoſo, tramite peditāti. Siquidem nihil ad tolerantiam aſperarum rerū efficacius quam cogitare eadem multos fortib. animis fuiſſe perpeſſos, Pudet enim generoſum ſpiritum non poſſe vnum, quod innumerabiles potuere, quæ cogitatio non in laborib. modo qui difficiles, ſed in his quoq;, qui miſerrimi videntur cruciatib. in dolorib. corporeis maxime in ipſa demum morte profuerit. D. Longum ego durumq; iter pedib mœſtus ago. R. Nihil æque durum iter lenit, mœſtumq; animum ſerenat, vt nobiles ac ſuaues curæ, quæ niſi boni, ac docti viri pectus incolere, viaſq; omnes comitati neſciunt. His ſi grata ſocietas amici læti, & eloquentis acceſſerit, non tantum leue iter; ſed & breue videbitur. Multos iucunda confabulatio ſic affecit, vt & vitæ duritiem non ſentirent, & de breuitate longi licet itineris, querentur neq; iuiſſe, ſed vectos eſſe crederent. Eſt & illud enim inter mimos Publii notiſſimum, Comes facundus in via pro vehiculo eſt.

Iter in Ægina qui noctu ſero faciunt, damnantur. *Plat. in Cratylo.*

Itineris Deam geminam eſſe ſcito, iudicatricem ſcilicet & ſeruatricem, & illam eſſe lucem ſub nomine Lunæ, hanc vero ſub Dianæ nomine fidem: & quicquid caſu quodam alienum itinere repertum eſt, Deo eſſe dicandum, vt cognoſcas fortunam proſperam eſſe ad Dei prouidentiam referendam. *Fic. in Plat. de legibus dialog. 10.*

Iter longius eſſe videtur, cum ignari quantū ſit ambulamus quā cum gnari, ſi modo cæteræ res pares adſint: quia noſſe quantum ſit, non niſi noſſe eius numerum eſt, remq; non determinatam pluris quam determinatam eſſe neceſſe eſt. Ergo quemadmodum ſi noſti quantū ſit, finitū id eſſe neceſſe eſt, ſic etiam ſi ignoras, quaſi reciprocetur, animus cauillatus oberrat, infinitumq; id eſſe videtur, quod finitum eſt. *Ariſt. probl. ſec 5. tex. 25.*

---

# Iudex. Iudicium.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IVdex Græce κριτὴς, ῦ, ὁ, & κρίνω, iudico dicitur. Venitq; à iudicio, quaſi ius dico: & iudicatio, quæ eſt iuſti iudiciū: *ſec. Ariſt. li. 1. Polit.* hinc etiam iudicium, qui eſt actus iudicis, in quantū iudex eſt, id eſt, in quantum eſt ius dicens, ideo eſt actus iuſtitiæ, id eſt, executio iuſtitiæ. *ſecundum B. Thom. ſecun. Secund. quæſt. 60. artic. 1.*

Iudex eſt vir bonus, iuriſdicēdi, & æquitatis peritus, ad id id muneris publica auctoritate vocatus. *Claudius Cantiuncula de officio iudicis. l. 9.* qua auctoritate nitatur iudex. *ibid. c. 5.* Quod & quæ ſint iudicium ſpecies. *li. 2. c. 2.*

Ordinarius iudex eſt, qui iuriſdictionem iure ſuo, non alieno beneficio habet. Vel ex ſententia Iuliani & Papiniani, is dicitur, qui natiuam, non datiuam modo, iuriſdictionem habet: hoc eſt, qui eam iure magiſtratus, non mandato ſpeciali obtinet. Vel vocatur ordinarius, apud quem legis actio eſt: *ex definitione Moleſtini & Vlpiani verbis.*

Ordinariorum omnium non æqualis eſt natura, poteſtas, aut iuriſdictio: quidam enim maius, quidam minus imperium, aut etiam ſimplicem habet iuriſdictionem.

Iudex delegatus eſt is, qui iuriſdictionem non ſuo iure, ſed alieno beneficio habet. Horum quidem alii a fortuna, ſeu culmine imperiali dati, ſimplici alii appellatione principis delegati, quidam

dam ex ſacra iuſſione dati, quidam pedaneo. *De quibus Cantiuncula aſſatim refert.*

Iudicium vis eſt animi, qua, quod ſe nobis oſtendit in eo quid perſequendum, quidq; declinandum ac fugiendum, aut nos ipſos aut alios docendo definimus, veriſq; falſa redarguimus.

Iudex, Cognitor controuerſiæ & diſceptator, quaſi iis dicens, aut iure diſceptans, Grec. κριτὴς, δικαςὴς, Hebr. *Daian*, qui componit lites, vindex protector iuris, à verbo *Din*, diiudicauit contentationes forenſes vindicauit, contendit cum aduerſantibus, exequutus eſt iudicium. Idem ſignificat quod Dan. Hinc δικάζω, δικάζω, contendo, exprobro iniuriam. Et Latinum vindex, vindico. *Gen.* 15. 14. *Ier.* 5. *v.* 4. *à fine* 1. *Sam.* 22. 15. *Pſal.* 68. 6. Iudicium, diiudicatio, cauſa iudicialis, contentio forenſis, diſceptatio. *Din. Deut.* 17. 8. *Ierem.* 22. 16. *Pſal.* 9. 6. Iudicium Grec. κρίσις, δίκη. Hebr. etiam *Micphat*: & iudex *Schophet*, à verbo *Schaphat*. iudicauit, diiudicauit, ius dedit. Eſt vox generalis: & quia in iudicio duæ ſunt partes litigantes, quarum alteram iuſtam, illamque abſoluendam; alteram vero iniuſtam, hancque condemnendam eſſe neceſſe eſt: ideo accipitur verbum *Schaphat* aliquando ſpecialiter pro defendere ſeu vindicare bonos, & aliquando pro punire & condemnare ſontes & iniuſtos. Cognationem habet cum *Schebet*, id eſt, virga, baculus, ſceptrum iudicis inſigne & iudicii nota.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Iudicare pro gubernare, *Iudic.* 3. 10. & 4. & 10. 2. & 12. 7. 8. 11. 13. & 15. 20. *Hebr.* 10. 30. pro damnare. *Geneſ.* 15. 14. *Matth.* 7. 1. *Rom.* 12. *ver.* 3 & 14. 13. *in priore parte verſus, in poſteriore vero parte*, pro, iudiciū adhibere in re quapiam conſtituenda. *Sic & 2. Theſſal.* 2. *v.* 12. *Hebr.* 11. 7. Familiari item loquendi formula, pro, virtutis ſuæ exemplo aliena vitia coarguere, *Matth.* 12. *v.* 27. 41. 42. Iudicari pro damnari, 1. *Cor.* 10. 29. 1. *Pet.* 4. *v.* 6. pro iudicio experiri, 1. *Cor.* 6. *v.* 1.

Iudicabunt Sancti mundum, *Sapien.* 3. 8. & 5. 1. *Matth.* 19. 28 *Luc.* 22. *v.* 30. 1. *Corinth.* 6. 2. *Iudæ v.* 14. Chriſtus quidem iudex erit viuorum & mortuorum, ſed quo eſt erga ſuos amore præditus, eos ſibi adiunget. Hinc dixit, *Matth.* 19. 9. 28. *Luc.* 22 30. Sedebitis, &c. & Apoſtolus de electis, Obuiam ituros Chriſto in aerem, 1. *Theſ.* 4. *verſ.* 17. Mundi autem nomine cœtus malorum intelligendus eſt, quam electi Chriſto præſide in nouiſſimo iudicio damnabunt; Angelorum vero nomine, Spiritus mali ſignificantur.

Iudicium pro æquitate; *Luc.* 11. *v.* 42. pro reformatione & emēdatione, *Ioan.* 12. *v.* 31. 1. *Pet.* 4. *v* 17. pro ratione rerum adminiſtrandarum, *Roman.* 1. *ver* 33. pro eo ſupplicio, quo affectus eſt Chriſtus, 9. *v.* 33. pro ipſius iudiciis pœnis, *Matth.* 5. *verſ.* 22. pro Dei vindicta, & in peccatores animaduerſione, 1. *Pet.* 4. *verſic.* 17. pro ſummo imperio & cuctoritate, qua quod iuſtum & æquum eſt ſtatuatur, & iuſto eiuſdem vſu, *Iohan.* 5. 27. 30. & 9. & *verſ.* 39. pro eo quod æquum iuſtum eſt, *Luc.* 11. *verſicul.* 42. pro ſtatu compoſito, *Matth.* 12. *v.* 18. quia videlicet à Chriſto vera religio inter Gentes erat promulganda, eiectis ſuperſtitionibus, quod vbicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus, & iudicare: hoc eſt, rebus præeſſe & moderari.

Iudicium æquum eſſe debet. *Leuit.* 19. 35. *Deut.* 25. *verſic.* 1. & 27. *v.* & 27. *v.* 19. *Amos* 5. *v.* 15, *Matth.* 6. *v.* 8. *Zach.* 7. *v.* 9. & 7. *v.* 16. *Luc.* 7. *v.* 24. & 8. *v.* 15. Iudicium debet præcedere deliberatio & cauſæ cognitio. *Gen.* 3. *v.* 11. & 11. *v.* 5. & 18. 2. *Exod.* 3. *v.* 8. & 23. *v.* 1. *Deut.* 13. *v.* 6. & 15. *v.* 9. & 19. *v.* 18. & 22. *v.* 8. 13. *Iud.* 20. *v.* 3. 12. *Prou.* 18. *v.* 13. *Eccl.* 11. *v.* 7. *Dan.* 13. 51. *Mach.* 7. *v.* Iudicia præcocia & temeraria fugienda. *Pſalm.* 41. 1. *Matth.* 7. *verſ.* 1. *Luc.* 6. *v.* 37. & 12. *ver.* 57. & 13. 2 *Ioh.* 7. 5. *Rom.* 2. *ver.* 1. & 11. *verſ.* 2. 3. 4. & 14. *ver.* 3. 4. 10. 13. 1. *Cor.* 4. *v.* 3. 5. *Iac.* 4. *v.* 11. 12.

Iudices quales eſſe oportet, *Exod.* 18. *ver.* 21. & 23. *v.* 2. 3. *Leuit.* 19. *v.* 15. 16. *Deut.* 1. Dii appellantur, *Exod.* 21. *v.* 6. *Pſal.* 82. *v.* 1 6. *Ioh.* 10. *v.* 34. 35. honorandi ſunt, *Exod.* 22. *v.* 28. *Act.* 13. 5. Iudices & Magiſtratus in ſingulis vrbibus conſtituendi, *Deut.* 16. *v.* 18.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquieſcens ſententiæ, vt à veritate devies. Pauperis quoque non miſereberis iudicio. *Exod.* 23.

Æquum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum Dominus Deus veſter. 24.

Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum: Ita paruum audietis, vt magnum: nec accipietis cuiuſquam perſonam: quia Dei iudicium eſt. *Deuteronom.* 51.

Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. 24.

Accipere perſonam impii non eſt bonum, vt declines à veritate iudicii. *Prou.* 18.

Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. 28.

Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum. 28.

Noli quærere fieri iudex, ne inique factis par eſſe non poſſis, ne forte extimeſcas faciem potentis, & integritati tuæ
*Eccl.* 7.

Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Et factum eſt iudicium, & contradictio
pter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem
quia impius aduerſus iuſtum propterea egreditur
uerſum; *Abac.* 1.

Non accipies perſonam, nec munera: quia munera
culos ſapientum, & peruertunt cauſas iuſtorum. *Deut.*

Qui munera ſuper innocentem non accepit. *Pſal.*

Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat
*uerb.* 17.

Qui cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit
cella panis deſerit veritatem. 28.

Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones
iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. *Eſa.*

Principes eius muneribus iudicabant, & ſacerdotes
docent: prophetæ eius in pecunia diuinabant. *Mich.*

Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt. 7.

Inſontem & iuſtum non occides. *Exod.* 23.

Gaudium iuſto eſt facere iudicium. *Prou.* 21.

In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater &
illorum: & eris tu velut filius altiſſimi obediens, &
plus quam mater. *Eccl.* 4.

Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus
ſtabilis erit. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri
lis rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. 10.

Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt
qui non ſunt auerſi à Domino, vt ſit memoria illorum
ctione. 46.

Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate
dite viduam, & venite & arguite me dicit Dominus.

Facite iudicium & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum
calumniatoris, & aduenam & pupillum & viduam
re, neque opprimatis inique, & ſanguinem innocentem
datis in loco iſto. *Ier.* 22.

Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ,
*Deut.* 27.

Et qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum
lis eſt vterque apud Deum, *Prou.* 17.

Audit ergo reges terræ & intelligite, diſcite iudices
ræ, præbere aures vos, qui continetis multitudines
in turbis nationum quoniā data eſt à Domino poteſtas
tus ab altiſſimo, qui interogabit opera veſtra, &
tabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius,
itis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ neque ſecundum
Dei ambulaſtis, *Sap.* 6.

Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam
per vim iudicium iniquum. *Eccl.* 20.

Væ! qui iuſtificatis impium pro muneribus, &
aufertis ab eo. *Eſa.* 5.

Væ! qui condunt leges iniquas, & ſcribentes
runt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim
humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum
riperent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis
nientis? Ad cuius confugiens auxilium? 10.

Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens
locauſtum. 61.

Cauſam viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli
runt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Numquid
non viſitabo, dicit Dominus? *Ier.* 5.

Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium
iuſtitiæ in abſynthium, qui lætamini in nihilo:
ſuper vos domus Iſrael, dicit Dominus exercituum
terent vos *Amos* 6.

Iuſte iudica proximo tuo. *Leu.* 19.

Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequeris, vt viuas & poſſideas
quam Dominus dederit tibi. *Deut.* 16.

Si fuerit cauſas inter aliquos, & interpellauerint
iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt
unt, contemnabunt impietatis. Pro menſura peccati
rum modus, 25.

Erudimini iudicatis terram *Pſ.* 2.

Si vere vtique Iuſtitiam loquimini, recte iudicate
num 57,

Vſque quo iudicatis iniquitatem: & faciem peccatorum
Indicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem
te pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

Iudicium determinat cauſas. *Prou.* 27.

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. *Sap.* 1.

Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere
tes, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum
litate tua. *Eccl.* 7.

Non iudices contra iudicem, quoniam ſecundum quod
eſt, iudicat 8.

Iudicium verum iudicate. *Zach.7.*

Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris.

Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis eius, vt hæc cuſtodias, ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. *1. Tim.5.*

¶ Patrvm Sententiae.

Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi ea facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt, à fructibus eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſint bono modo fieri. Sunt quædam facta media quæ ignoramus, quo animo fiant, quia in bono & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium iudicare maxime vt condemnemus, *Auguſt. de ſermone Domini in monte Matth.7.*

Duo ſunt, in quibus temerarium iudicium cauere debemus: cum incertum eſt, quo animo quid factum ſit: vel incertum eſt qualis futurus ſit, qui nunc bonus vel malus apparet. *idem ibid.*

Ignorantia iudicis plerumque eſt calamitas innocentis. *idem de ciuit. Dei lib 16.*

Mergit iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium. *Ambroſ. de Cain & Abel.*

Feci iudicium & iuſtitiam, in iudicio non contempſi pauperem, non oppreſſi viduam, perſonam diuitis non recepi, in omnibus omnibus miſericordiam reſeruaui. *Pſalm.118,*

Iudicis non eſt, ſine accuſatore damnare: quia Dominus Iudam, licet fuiſſet fur, cum non eſſet accuſatus, minime abiecit. *In 2. ad Corinth.6.*

Alienum te à perſonis omnium redde in iudicio, ac propter iuſtitiam in iudicio pauperem defendas, nec propter gratiam diuiti indecenter adſiſtas, aut, ſi non potes facere, cognitionem reſpue cauſarum. *Hieron. in epiſt. ad Dan.*

Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro qualitate virium curam aliorum ſuſcipere, ne dum delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis auctor ruinæ, & qui grauatur pondere ſuarum, velit fieri Iudex alienarum culparum. Durum enim eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex fiat alienæ. *Greg. in Eccl.7. in glo.*

Qui minoris meriti ſunt in Eccleſia, & nullis magnorum virtutibus pollent, ipſi de terrenis negotiis iudicent: quatenus quos magna nequeunt bona, minora ſuppleantur, quos Apoſtolus contemptibiles nominat. & tamen ſapientes vocat, quum dicit ſecularia iudicia ſi habueritis contemptibiles illos conſtituite ad iudicandum. *Greg. 19. mor.*

Iudicare digne de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis vel odium vel gratiam ſequuntur. *in mor.*

Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. *Greg. in Hom.*

Iudex peccatis veniam dare non poteſt, quia voluntati ſeruit aliena: Deus autem poteſt, quia eſt ſuæ diſpenſator ac iudex. *Lactan. de ira Dei.*

Quid faciet de iniuſtis iudiciis, qui ipſas quoque iuſtitias iudicabit, qui cuique merita recitabit? Veniet inquam, veniet dominus iudicii, vbi plus valebunt pura corda, quam aſtuta verba: conſcientia bona, quam marſupia plena: ibi iudex non falletur verbis, nec flectetur donis. *Bern. in epiſt.*

Grauius lacerantur pauperes à prauis iudicibus, quam à cruentiſſimis hoſtibus: Nullus enim prædo tam cupidus in alienis, quam iudex iniquus in ſuis. *Iſidor. de ſum. bono lib.3.*

Sæpe iudices praui, cupiditatis cauſa, aut differunt, aut peruertunt iudicium, non finiunt cœpta partium negotia, quouſque marſupia eorum qui cauſſantur exhauriant. *ibid.*

Quando enim iudicant, non cauſſam, ſed dicta conſiderant: & ſicut negligentes ſunt in diſcuſſione cauſſarum, ſic in eorum damno ſoliciti ſunt. *ibid.*

Qui recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat, quia iuſtitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. *ibid.*

Quatuor modis iudicium humanum peruertitur: timore, cupiditate, odio, amore. A dexteris erunt peccata occurrentia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtus horrendum chaos inferni, deſuper iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens, ibi vix iuſtus ſaluabitur. Heu miſer peccator ſic deprehenſus, quo fugies? latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. *Anſel. de ſimilitudinibus mundi.*

Statera doloſa non tantum in menſuratione tenetur. Qui enim aliter cauſſam pauperis, aliter potentis, aliter ſodalis; aliter audit ignoti, ſtatera vtique librat iniqua. Sed & is, qui ſua bene geſta meliora quam proximorum: & ſua errata iudicat leuiora ſtaterando, nec non & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum, ipſe autem digito ſuo non vult tangere ea: etiam ille, qui bene agit in publico, & male agit in occulto, pro iniquitate libræ doloſæ abominabitur à Domino, & qui ſinceriter agit in omnibus, qui cauſſam æqua lance diſcernit: is nimirum iuſti iudicis voluntati & actioni congruit. *Beda l.2. ſuper illud Prouerb. Statera doloſa, &c.*

Non ſilebo Zaleucum mirabilem iuſtitiæ rigidum cuſtodem, qui cum ciuitati Locrenſium, cui præerat, lege lata cauiſſet, vt qui adulterium commiſiſſet, exocularetur omni miſeratione poſthabita, deprehenſo in hoc crimine filio eius adoleſcente præcepit, vt vtroque lumine priuaretur. Cumque plebs ciuium ſubmiſſis precibus rogitaret, indulta ob gratiam principis flagitii venia, ad deliberandum paululum ſpacii captans, ſibi & filio vnum oculum diſtrictus iudex effodit, pium patrem & ſeuerum iudicem declamando. Egit itaque cenſura mirabili, vt ſibi & filio videndi vſus ſupereſſet, & in vltionem flagitii duo lumina, vt decreuerat, cœcarentur. Ita deditum ſupplicii modum legi reddidit, ac mirabili temperamento ſe inter miſericordem patrem & iuſtum legislatorem partitus eſt. *ibid.*

Tandiu iudex dicitur, quandiu & iuſtus putatur: quia nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur. *Caſſiod. in epiſt.*

Profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ, legum peritos iudices ordinare, quia non facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauit. *Caſſ. ibid.*

Non eſt hæſitationis metus, nihil adeo glorioſe lucet in iudice, ſicut amare, & exhibere iuſtitiam, ſine omni acceptione perſonæ. Teſte enim Cicerone prouerbialiter dicitur: *Exuit perſonam iudicis, quiſquis amicum induit.* Æquitas, cui iudex obſequitur, ſiniſtram odii vel amoris dextram neſcit. Nam talis debet eſſe iuris miniſter, vt in eius manu nullius auctoritate perſonæ titubet, aut vacillet libra iuſtitiæ *Pet. Rau. in quadam epiſt.*

Officium officialium eſt hodie iura confundere, lites ſuſcitare, tranſactiones reſcindere, dilationes innectere, ſupprimere veritatem, fouere mendacium, quæſtum ſequi, æquitatem vendere, inhiare actionibus, verſutias concinnare. *Pet. Bleſen.*

¶ Sententiae Poeticae.

Antholog. Sacr. Iacobi Billii.
De Dei iudicio, ac miſericordia.

*In geminis Chriſti pedibus conſidere quemque*
*Eſt opus: vnus nam non ſatis eſſe queat.*
*Spem mihi iudicii pes ſolus diſcutit omnem:*
*Pes veniæ ſolus pectora lenta facit.*
*Ergo deſidia ne mens ſecura laboret,*
*Vel mihi mens nimio fracta timore cadat:*
*Hoc mihi da quæſo genitor ſanctiſſime, cantem*
*Semper vt & veniam, iudiciumque tibi.*

Ibidem.

*Iudicium humanum, quod falli ſæpe neceſſe eſt*
*Non ſemper recipit regula iuſtitiæ.*
*At Domini cunctis æqua eſt, veraxq; poteſtas,*
*Aſpectum cuius nulla remota latent.*
*Talis laudetur iudex, timeatur, ametur,*
*Qui vere iuſtus permanet atque bonus:*
*Aduerſos reuocans, conuerſis cuncta remittens,*
*Atque malis veniam dando, bonos faciens.*
*Non ergo audacter mens veri neſcia culpet,*
*Quod placuit ſummi iudicis arbitrio:*
*Sed ſubdat ſeſe iuſto ignorantia regi,*
*Qui nunquam, quæ ſunt non bona, velle poteſt.*

Ibidem.

*Cum datur iniuſto peccandi optata poteſtas,*
*Vt mala mens praue, quod cupit, efficiat:*
*Ira Dei magna eſt, qua multos ſic quoq; punit,*
*Vt quibus exultant criminibus pereant.*
*Creſcit enim occulte cum longo pœna reatu,*
*Auſibus illicitis ſi nihil obſtiterit.*
*Et magis erranti, ne parcant flagra, timendum eſt,*
*Quam, ne non fiat, quod voluiſſe nocet.*

Sen. Med.

*Qui ſtatuerit aliquid parte inaudita altera,*
*Æquum licet ſtatuerit, haud æquus eſt.*

Hor.4.Carm.

*Vindex auaræ fraudis & abſtinens*
*Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,*
*Conſulque non vnius anni.*
*Sed quoties bonus, atque fidus*
*Iudex honeſtum prætulit vtili, &*
*Reiecit alto dona nocentium*
*Vultu & per obſtantes cateruas*
*Explicuit ſua victor arma.*

Ouid.1.Triſt.1.

*Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum*
*Quærere quæſito tempore tutus eris.*

Ouid.1.Amor.10.

*Non bene ſelecti iudicis arca patet.*

Petronius.

*Ergo iudicium nihil eſt, niſi publica merces,*
*Atq; eques, in cauſa qui ſedet, empta probat.*

Hor.2.Serm.2.

*Dicam ſi potero, male verum examinat omnis*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Corruptus iudex.*

Ter. Phor. 1. 5.

*An quiſquam iudex eſt, qui poſcit noſcere*
*Tua iuſta, vbi tute verbum non reſpondeas?*

Terent. Heaut.

*Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis vide.*

Senec. in Herc. fur.

*Iudex futurus ſanguine humano abſtine,*
*Quicunq; regnas, ſcelera taxantur modo*
*Maiore noſtra.*

Idem Tragœd. 7.

*Si iudicas, cognoſco: ſi regnas iube.*

Phocilides.

Πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν χάριν ἕλκειν.
*Omnibus iuſta tribue, neq; iudicium ad gratiam trahas.*
Μὴ κρῖνε πρόσωπον.
*Noli iudicare faciem.*
Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει.
*Si tu male iudicaueris, te Deus deinde iudicabit.*
Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς.
*Nunquam iudicium facere imperites viros permittes.*

Cleobulus.

Τὰ δίκαια κρῖνε.
*Iuſte iudica.*

Menander.

Κατηγορεῖν οὐκ ἔστι καὶ κρίνειν ὁμοῦ.
*Accuſare non licet & iudicare ſimul.*
Ἀνεξέταστον μὴ κόλαζε μηδένα.
*Inexaminatum ne punias vllum.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Iudicium iuſti ac iniuſti diiudicatio eſt. *lib. 5. Eth. c. 6.*

Fruſtra iudicia fiunt de rebus iuſtis, niſi ad finem perducantur. Ita ſi ſublatis iudiciis nulla hominum inter ipſos communio eſſe poteſt: nec erit quidem, ſi nemo quod iudicatum fuerit exequatur. *Lib. 6. de Republ. c. 8.*

Si quis imprudens & ignarus iudicium tulit, non facit ex iure legitimo iniuriam: nec ſit illud iniquum iudicium, quamquam ſit tanquam iniquum. *lib. 5. Ethic. c. 9.*

Si ſciens & prudens aliquis iudicium iniquum interpoſuit, iniuſtus habendus eſt, quod ad eum peruenerit. plus gratiæ vel vindictæ. *ibidem.*

Litigantis nihil eſt niſi oſtendere, quia res eſt, vel non eſt, vel quia facta eſt, aut quia non facta eſt, vtrum autem ſit iuſta vel iniuſta, oportet ipſum iudicem cognoſcere & non diſcere à litigantibus. *Ariſt. lib. Rhet.*

Iudex eſt qui in ciuilibus concertationibus inquiſita iudicat. *idem lib. 7. Etaic.*

Nemo eligit iuuenes iudices aut duces: quia non conſtat eos prudentes eſſe, ſed eligit ad fortitudinem. *idem lib. 3. Top.*

Amor, & odium, & proprium commodum, ſæpe faciunt iudicem non cognoſcere verum. *idem lib. 1. Rhet.*

Apud me tantundem valet bene ſentire per ſe, & alteri bonam dicenti ſententiam accedere, *Herod. lib. 7.*

Niſi diuerſæ inter ſe ſententiæ dicantur, non poteſt quis eligere meliorem, ſed neceſſe habet ea quæ dicta eſt vti: at quum plures dictæ ſunt, licet tanquam purum aurum deligere: quod per ſe diſcerni quum nequeat, comparatum cum altero diſcerni poteſt. *idem, eod. lib.*

### De iniuſto iudicio, Dial. LXVI. *Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Iniuſto iudicio damnatus ſum. R. Vnius iudicis aut paucorum voce teſtium damnatus, populi vocibus, aut tacito iudicio, quod que eſt melius conſcientia ipſa tua, quodque eſt optimum diuina conſcientia abſoluendus. Si quidem ad tribunal æternum iuſti iudicis prouocatio ſalua eſt. Solet is perperam iudicata reſcindere. D. Iniuſte iudicor. R. Vt iuſtitia iniuſtos, ſic iniuſtitia iuſtos premit. Vbi igitur iniuſta damnatio, ibi iuſtus eſt reus. Nemo autem eſt tam demens, niſi inſaniat, vt hæc peruerti ſeque iniuſto iudicio premi velit. Nemo tam pauidus, niſi ſit peſſimus, vt non potius damnari eligat iniuſto iudicio, quam abſolui. Tanto enim id ſatius, quanto eſt melior, oppreſſa iuſticia, quam imperioſa nequitia, quandoq; eſt optabilior mens bona, propitia fortuna, quamuis illa laboribus, hæc delitiis affluat. Plus dicam, tanto eſt melius iuſte etiam damnari, quam iniuſte abſolui: Quanto eſt peius impunitum quam punitum crimen, in hoc enim ſceleri iuncta iuſtitia eſt. Malo quidem magno, bonum ingens. In illo autem ſcelus, & impunitas: quæ neſcio, an ſcelere ipſo peior ſit. Vna certe, & iuſtitiæ hoſtis, & multorum radix eſt ſcelerum. D. Iudicio grauor iniquiſſimo. R. Mens in ſolo fundata, & bene ſibi conſcia homerus habet inexpugnabiles, ſuperimpone quantumlibet damni, infamiæ, ſupplicii, nullo faſce curabitur, & viribus ſuis, & multo maxime cœleſti ope conſiſtet. Erunt præterea, quorum ſeſe paribus ſoletur euentibus, haud ſpernendi comites, Romæ Furius Camillus, ac Liuius,

Salinator, Athenis Ariſtides atque Melcides, multi
quidem (quod mireris) Cicero & Socrates, ante
Publio Clodio ſimilem fieri malis? atque horum
primus, & in ſua vrbe clariſſimus, ſed iudicio dam
exilium, vel in carcerem, vel in mortem actus. Ille
mus, & inter multa flagitia notiſſimi quoque
violentarumque religionum, concordibus omnium
tentiis abſolutus eſt, quiſquam ne adeo falſæ
qui non illius abſolutioni Ciceronis hoſtis ſui
que exilium anteponat? Sed humana hæc atque
altius aſpicis, videbis preſſum falſo iudicia cœli
que eius electiſſimam tanti veſtigiis hærentem
poſtea ſequuti ſunt, tanta innocentia, tantiſque
ipſos iudiciarii turbinis incurſus, ac ſcopulos
iudicio offendor. R. Eſt qui te iudicet, is qui
riam patientibus, quique ait, Mea eſt vltio &
in tempore. Eſt & vbi non cogitas, ipſo iudicis
re, magni ibi habitant vltores. Nullius beluæ
quam conſcientiæ. D. Iniuſto iudicio læſus ſum. R.
riis bene vti, ars non vltima eſt, qua inſtructo ſæpe
tas aliena, cum ſua cuique ſemper noceat, proſit
D. Innocens damnatus ſum. R. Quid igitur
enim Xantippæ coniugi Socrates moriens reſpondit
lamentanti, quod is innocens moreretur. Atqui
trarium opinati ſint, longe tamen eſt innocentem
lerabilius quam nocentem. Hic enim ſolum ſupplicii
illic, & cauſſa ſupplicii. D. Iniuſto populi iudicio
R. Expectas vt populus in te rectum videat, quod
alio vnquam vidit. Magnum tuæ innocentiæ argumentum
à nocentibus condemnari. D. Populus immeritum
nat. R. Idem hercle non immeritum, ſed multa
meritum Camillum, de quo nunc loquebar, & Liuium
niq; Scipionem Africanum, alioſque Cornelios
iudiciis agitatos, ad voluntarium coegit auxilium. D.
nocens condemnor. R. Et regum plerunque ſententiæ
tiæ; ſed vindictæ ſunt, quiſquis liberius verbum
regias emiſerit, cuicunque in interitu libertatis
fuerit, is læſæ reus erit maieſtatis. D. Sed condemnor
R. Iniquo iudice nullum venenoſius eſt animal,
ſe dolent quidem homines, non queruntur.
quod ſuum erat, quamuis non quod placitum
dices erant, qui eos etiam de quibus dixi Socratem
Clodium abſoluerunt, quorum vtrum eſſet iniquius
teſt. Proinde in populis, aut ſub regibus, atque
propoſitum animo eſſe debet aſpera quælibet &
ſi veniant, non deflenda cum venerint.

Si ſpectare & quærere velitis, qua tandem re,
dicunt, ſemper potentes ſint & omnium ciuium
centi, ſiue mille ſint, ſiue quotquot ciuitas
id non eo fieri, quod ſoli ex cæteris ciuibus armis
poribus optimis & fortiſſimis præditi ſint iudices,
tiſſimi, aut re vlla ſimili, ſed quod legibus valeant. *Ex*
*Midian.*

Oportet vos ipſa veritate ex accuſatione & defenſione
gnita, ita tum ſententiam ferre & pro diis: legibus,
ipſis. *Ex ora, contra Nearam.*

Leges ſpectandæ ſunt, Iudices: nam iuxta eas
turos eſſe iuraſtis, & videre, quanto maiori ſupplicio
eſſe vulgo cenſent, quia ſua voluntate, & per
lum admittunt, quam alios, qui caſu & imprudentia
*orat. contra Midiam.*

Quæ iuſta cognouiſtis, hæc cuſtodite & memento
que decreueritis, vt iuſtam, & religioſam ſententiam
ua ſuadentes feratis. *Ex orat. ad Leptin.*

Illos iuuare oportet, iudices, qui legum vocem
ſent, & veſtram hanc quæ in foro iudiciali editur,
tate affectis, non ſceleratis ac iniuriis opem
*Ex orat. contra Phanin.*

Quicunque neq; inimicitia, neq; beneuolentia, neq;
qua cauſſa ductus, nullam aduerſus ea quæ nouit
pie ſancteq; facit. *Ex orat. contra Ariſtocrat.*

Quo exactius quæ geſta ſunt intellexeritis, eo
ctiorem de eis feretis ſententiam. *Ex orat. contra*
*teſtimonii.*

Cenſeo neq; legum, neq; ſtipulationis & cautionis
tem eſſe vllam, niſi qui pecunias accipit vir,
hocq; pacto duorum alterum ſit, aut vos timeat,
pactus eſt, vereatur. *Ex orat. contra Dionyſ.*

Magna eſt iniuriis & ſceleratis omnibus pars,
anſa morum veſtrorum lenitas & manſuetudo. *Ex*
*Midiam.*

Eum qui leges & reip. adminiſtrationem ſibi curæ
velut nunc iſte, & ſi nihil aliud, hoc certe habere
lere, ac iiſdem de reb. lætari, quibus populus.
adminiſtrandæ reipubl. aduerſariorum parte ſtare.
*coron.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A nobis omnibus ea poſtulo, quæ etiam non petentibus impar-tiri æquum eſt, vt nullam gratiam, nullumue hominem pluris faciatis, quam æquitatem & iuſiurandum. *Ex oration. de falſa leget.*

Iudex eſt is, quem non minus bene de nobis exiſtimare, quam ſecundum nos iudicare velimus. *Cic. pro Roſ. Com.*

Semper iniquus eſt iudex, qui aut inuidet, aut fauet, debetq; in iudicio imbecillis eſſe inuidia. *Pro Planc.*

Abducuntur nonnunquam iudices ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ. *Act. 6. in Ver.*

Ingentes diuitiæ, iudiciorum religionem veritatemq; ſolent perfringere. *2. Act. in Verr.*

Plura iudicant homines, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia aut dolore, aut lætitia, aut ſpe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut præſcripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. *2. de Orat.*

Eſt ſapientis iudicis, meminiſſe ſe hominem, cogitare ſibi tantum eſſe permiſſum, quantum commiſſum ſit & creditum. Et non ſolum ſibi ſoli poteſtatem eſſe datam, verumetiam fidem habitam eſſe meminiſſe poſſe quem oderit, abſoluere: quem non oderit, condemnare: & ſemper non quæ velit ipſe, ſed quid lex & religio cogat, cogitare. Animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Cum hæc ſunt videnda: tum illud eſt hominis magni, iudicis, atque ſapientis, habere in conſilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem & inuidiam, metum, cupiditates omnes amouere: maximi æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam à diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt. *Pro Cluent.*

Cum iudici dicenda ſententia eſt, meminerit ſe Deum habere teſtem, id eſt, mentem ſuam, qua nihil homini dedit ipſe Deus diuinius. *3. Offic.*

Eſt ſapientia iudicis in hoc, vt non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat, ponderet: nec quantum ſibi permiſſum, meminerit, ſed etiam quatenus commiſſum ſit. *Pro Rabir. Poſth.*

Laborare debent iudices non modo quid dicant pro teſtimonio, ſed etiam quibus verbis vtantur, ne quid minus moderate poſitum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur. Vultu autem laborare, ne qua ſignificari poſſit ſuſpicio cupiditatis, vt & cum prodeunt, exiſtimatio ſit quædam tacita de illis pudoris ac religionis: & cum diſcedunt, ea diligenter conſeruata retenta videantur. *Pro Font.*

Neq; contra Rempublicam, neque contra iuſiurandum ac fidem, amici cauſa vir bonus faciet, ne ſi iudex quidem erit de ipſo amico: ponit enim perſonam amici, cum induit iudicis. Nam ſi omnia facienda ſint, quæ amici velint, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. *3. Offic.*

Iudicis ſemper eſt verum ſequi. *2. Offic.*

Eſt boni iudicis, paruis ex rebus coniecturam facere vniuſcuiuſque & cupiditatis & incontinentiæ. *9. in Ver.*

Iudex bonus nemo eſſe poteſt, qui ſuſpicione certa non moueatur. *7. act. in Verr.*

Scriptum ſequi, calumniatoris eſt: boni vero iudicis voluntatem ſcriptoris auctoritatemque defendere. Quæ lex enim, quod Senatuſconſultum, quod magiſtratus edictum, non infirmari aut conuelli poteſt, ſi ad verba deflectere voluerimus; conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt. & rationem, & auctoritatem relinquamus? Non enim ex verbis pendet ius, ſed verba ſeruiunt hominum conſiliis & auctoritatibus: nec verba veniunt in iudicium, ſed ea res, cuius cauſa verba in leges coniecta ſunt. *Pro Cecinna.*

Dubium non eſt quin omnes omnium pecuniç poſitç ſint in eorum poteſtate qui iudicia dant, & eorum qui iudicant, quum nemo noſtrum poſſit ædes ſuas, nemo fundum, nemo bona patriæ obtinere, cum ad iudicandum detur iudex nequam & leuis, qui de iis iudicet. *4. act. in Verr.*

Quam porro ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis comparabat, nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora transmitti, ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & potentes non alligari, aiebat. *Val. Max lib. 7.*

Multum me vel vos fallit opinio iudices, ſi vllam cauſſam ita euidenter deferri in forum poſſe putatis, cui nulla mendacii velamenta contingant. *Quintil declamatione 19.*

Non ad inſtar barbaricæ veritatis, & tyrannicæ impotentiæ, damnari debet aliquis inauditus, & in pace placida tam dirum ſeculo prodi non debet exemplum. *Luc. Apul. de Aſino aureo lib. 3.*

Iudicum Ægyptiorum primarius circa collum imaginem ex ſapphiro gemma confectam geſtabat quæ vocabatur Veritas. Ego vero Iudicem non tam in Lapide ſculptam aut expreſſam veritatem circumferre, quam in animo menteque inſitam & infixam habere velim. *Ælian. var. hiſt. l. 14. c. 34.*

Iudex non debet dare, neque accipere. *Ælius Spartian. in Peſcennio Nigro.*

Ecquis nocens poterit eſſe vſquam, ſi negare ſuffecerit? Ecquis innocens eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? *Amm. Marcell. lib. 18.*

Iudicis lenti & conſiderati illud eſt proprium, vt quum lædere poteſt, ignoſcendi quærat cauſſas, non lædendi occaſiones. *Idem libro 19.*

De via & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt, & animantium numerum complet, laturum ſententiam, diu multum que cunctari oportet, nec præcipiti ſtudio, vbi irreuocabile factum eſt, agitari. *idem, lib. 29.*

Omnes hoc natura comparatum habent, vt ex ſuis rebus domeſticis iudicium faciant de iis quæ aliis dicuntur, & quod credibile eſt, non credendum exiſtiment. *Dion. Halic. lib. 5.*

Cunctator eſſe debet, qui iudicat de ſalute. Alia ſententia poteſt corrigi, de vita tranſactum non patitur immutari. Signa tua abactores timeant, fures paueſcant, latrones perhorreant: innocentia tantum læta reſpiciat, dum ſibi auxilia veniſſe credit, quæ legum diſciplina tranſmiſit. Nemo redemptionibus, tuum bello deflectat. Gladius conditur vbi aurum ſuſcipitur. Tute intermen reddis, ſi à virili animo cupiditate receſſeris. *Caſſiod. lib. 7. epiſt. 1.*

Prorſus perſuaſimus, quod multi furto non erubeſcunt, quod multi adulterio gloriantur. Nam ſacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. *Seneca, ad Lucilium.*

Ad pœnitendum properat, qui cito iudicat. In iudicando criminoſa eſt celeritas. *idem in Prouerbiis.*

Si inflammare ſacras ædes voluiſſe, ſi ſacerdotes impios iugulari gladio, ſi bonis omnibus necem ſtruxiſſe diceremur: præſentem tamen ſententia confeſſum conuictumue puniſſet. *Boethius de Conſil. lib. 11. proſ. 4.*

Faſcibus obedire plærunq; poteſtatis neceſſitas cogit: parere iudici priuato, ſola ſententiarum probitas facit. Vnde nobis plus laudis videtur habere voluntarius iudex, quando ad audientiam non eligitur, niſi qui iuſtus eſſe moribus æſtimatur, *Caſſiod. l. b 9 epiſt. 17.* Tandiu iudex dicitur, quandiu iuſtus putatur: quia nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur *idem.*

Profeſſionem conſtat eſſe iuſtitiæ legum peritos iudices ordinare: quia non facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauit. *idem.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Boſo rex Arelatenſis* quum ob alapam epiſcopo ſuo inter ſacrificandum illatam, accuſatus apud Othonem primum Romanorum Imperatorem, capitis damnaretur, archiepiſcopus vero vna cum reliquis epiſcopis, abbatibus, principibus intercederent, vt hoc ſanguinis iudicium ſuſpenderetur: Rex hoc audiens. Non æquum eſt, inquit, vt rectum Imperatoris iudicium executioni non mandetur, cum non conueniat vel vllum verbum à principis ore fruſtra egredi. *Munſter. recitat. l. 2. Coſmograph. vbi de Arelato.*

*C. Lucilius* dicere ſolebat, nolle ſe ſua ſcripta legi, nec à doctiſſimis, nec ab indoctiſſimis: quod hi nihil intelligerent, illi plus ſaperent quam vt poſſet illorum iudicio ſatisfacere. Id exprimebat huiuſmodi verſu trochaico.

*Perſium non curæ legere: Lælium Decimum volo.*

Erat Perſius illius ætatis omnium doctiſſimus habitus: Lælius erat vir bonus, & non illiteratus, ſed nihil ad Perſium, *Refert. M. T. cum aliis aliquot locis, tum lib. de Orat. 2.*

*Pythagoras*, qui de malis, inquit, pœnas non ſumunt, bonos affici volunt iniuriis. *Stob ſerm. de magiſtratu.*

*Democritus*, Damnandi ſunt (aiebat) nec abſoluendi, qui aliquid dignum exilio, aut vinculis, aliaue pœna committunt. Si quis vere temere abſoluerit, lucri aut voluptatis gratia iniuſte facit, & iniuſtiam ei cordi eſſe neceſſarium eſt. *Stob ſerm 44.*

*Iamblichus*, Malum iudicium omnis mali cauſſam eſſe dicebat. *Stob. eod. ſerm.*

*Q. Flauius* apud populum reus actus, accuſante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet, proclamauit. Se innocentem opprimi, cui Valerius æque clara voce reſpondit: Nihil ſua referre, nocens an innocens periret. Ea vox tam violenta, reliquas tribus reo conciliauit, itaque reus, quem proſtratum credebat, abſolutus eſt. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Quintus Calidius* ex prætura Hiſpanienſi accuſatus à Gallis, quum ſenſiſſet iudicibus pecuniam contra ſe datam, in eos iudices qui paruo pretio corrupti eum damnauerant, exclamauit: Idoneam mercedem pro meo capite paciſci debuiſtis. *Bruſ. libro libro 3. capite 10.*

*Bias* dicere ſolebat, ſe malle inter inimicos quam amicos iudicare. Nam ex amicis alterum prorſus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum amicum fore, *Bruſ. l 3. c. 10.*

*Democritus*, Optimus (inquit) iudex eſſe iudicatur, qui cito intelligit, & lente iudicat. Alterum quidem eſt beneuolentiæ, alterum autem diligentiæ exquiſitæ. *Anton. ſermon. de incorruptis iudicibus.*

*Idem* addebat, nihil inconſiderate agendum in iudicio, ſed prius deliberandum: nec cogitatione feſtinandum, vt aliquid plus quam liceat dicatur: nec lente & conſtanter appetitio accurate exercenda eſt, nec ad gratiam immutanda: nam inconſtans, & leuis temeratio deterior eſt. *Eod. ſerm.*

*Themiſtocles* oratus à Simonide poeta, vt amicum non adeo iuſtam cauſſam habentem quam commendatiſſimum haberet: reſpondit, Nec Simonidem fore bonum poetam, niſi menſuram



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

modumque in canendis carminibus, quæ ſcribebat, curaret: Neque ſe bonum prætorem habitum iri, ſi legibus ac iuſtitiæ, alicuius gratiam præpoſuit. *Fulg. l. 6. c. 4. & Plut. in apoph.*

*Archytas* dicebat iudicem & aram idem eſſe: pariter enim ad vtrumq; confugiunt, qui iniuria afficiuntur. Sentiens tales oportere iudices eſſe, vt oppreſſis ſint præſidio. *Refert. Ariſt. Rhet. 3.*

*Ariſtides* quum inter duos priuatos cauſſam cognoſceret, & alter quo Ariſtidem irritaret in aduerſarium, extra cauſſam multa commemoraret, quibus ille læſiſſet eum; Ariſtides interpellans hominem, iſta nunc, inquit, miſſa fac bone vir, & ſi quid te læſit eloquere: tibi enim in præſentia, non mihi iudex ſedeo. *Plutarchus in Ariſtide.*

*Alcamenes.* Cuidam ab Alcamene ſciſcitanti, quamobrem ſeniores apud Lacedæmonios plures dies ſumerent ad cognoſcendum in cauſſis capitalibus: & ſi quis fuerit abſolutus, nihilominus obnoxius ſit legi? Ideo, inquit, pluribus diebus cognoſcunt, quoniam ſi in capitis diſcrimine errauerint, non eſt corrigendi conſilii poteſtas: oportet autem à cauſa liberatum, obnoxium manere legibus. quod fit, vt ſecundum eandem legem liceat aliquid rectius de reo ſtatuere. Hoc temperamento prouiſum eſt, ne vel occidatur innocens, vel effugiat nocens: qui quamuis errore iudicum ſit abſolutus, poteſt eadem lege denuo conueniri, pœnaſque dare legibus. *Plut. in Lacon.*

*Lyſias* dicebat iudices eadem mente præditos eſſe debere, qua legislatores. *Stob. ſerm. de magiſtratu.*

*Idem,* interrogatus, cur munera à Meſſeniis oblata non accepiſſet? Quoniam in leges iuſtitiæ grauiter peccaſſem, inquit. Maluit vir prudentiſſimus bona conſcientia iudicare, quam propter munuſcula à iuſtitiæ tramite turpiter diſcedere. *Plut.*

*Ageſilaus,* cum in cauſſa quadam iudex eſſet, & is qui accuſabat recte dixiſſet: patronus vero male, qui tamen ſubinde repeteret, Ageſilaum decere, vt legibus opitularetur, perinde ac ſi optimam haberet cauſſam: hominis improbitatem reprehendens, ait: Si quis domum tibi oppugnaret, aut veſtem arriperet, num expectares vt architectus aut ſartor tibi eſſet auxilium laturus? Quo dicto indicabat, iudici nequaquam conuenire, vt opituletur iis qui contra leges aliquid delicti admiſerunt. *Plut. in Lacon apoph.*

*Hippodromus Sophiſta,* Clementi tragœdiarum actori longe præſtantiſſimo, quum apud Amphictyones optime re geſta negata eſſet victoria, quod Byzantius eſſet, atq; id temporis Byzantium à Romanis obſideretur, proſiliens clamauit: Valeant applaudentes, ac perperam de re iudicantes: Ego, inquit, Clementi victoriam decerno. Quum alter hiſtrio appellaſſet Cæſarem, obtinuit Hippodromi ſuffragium. *Philoſt. in ſophiſtis.*

*Epictetus,* Nihil eſt, inquit, quod eum qui præeſt magis deceat, quam vt neminem vel ſuperbe contemnat, vel indecore admiretur, ſed ex æquo omnibus præſit. *Ant. ſermon. de iudicibus incorruptis.*

*Sequentia dicta* etiam eius ſunt. Sicut vera trutina, neq; à bona & concinna corrigitur, neque per falſam examinatur: ſic etiam iuſtus iudex. neque à iuſtis caſtigatur, neque apud iniuſtos iudicatur. Minime in iudiciis delinques ſi ipſe in vita tua delicta caueris. Melius eſt, ſententia iuſte pronunciata reprehendi ab eo qui merito ſuo damnatus eſt: quam ſi iniuſte iudicaueris, iure à natura vituperari. Quemadmodum Lydius lapis indicat aurum, non autem ab auro examinatur: ſic & homo qui iudicandi facultate pollet. Turpe fuerit iudicem ab aliis iudicari. *Stob ſerm. 9.*

*Machetas.* Philippus Macedo Machetæ cuiuſdam pro tribunali ſedens cauſſam cognouit, ſed dormidabundus, nec ſatis attentus ad iuris æquitatem: itaque ſententiam tulit aduerſus Machetam. Verum quum is exclamaſſet, ſe ab ea ſententia appellare, rex iratus, ad quem? inquit, nam appellandi verbum monarchis eſt inuiſum. Hic Machetas: ad teipſum, ô rex, inquit, ſi expergiſcaris & attentius audis cauſam. Ac tum quidem ſurrexit rex. Cæterum poſteaquam cauſſam apud ſe melius perpendiſſet, intelligeretq; Machetæ factum iniuriam. iudicata quidem non reſcidit, ſed pecuniam qua damnatus fuerat Machetes, ipſe perſoluit. In vno facto, quot regiæ virtutis argumenta! Non perſeuerauit iraſci & prouocanti, & ſomnolentiam publice obiicienti: ſed per otium rem animo accuratius conſiderauit, iam ab ira liber. Sit hoc ciuilitatis regiæq; moderationis: illud vero prudentiæ, quod ingenioſo commento ſic damnatum exemit damno, vt regiam tamen in iudicando auctoritatem non proderet, mulctam priuatim perinde quaſi ipſe damnatus eſſet, diſſoluit. *Plut. in apoph.*

*Idem,* Harpalus pro Cratere propinquo ac familiari ſuo, qui iniuriarum poſtulabatur, petiit à Philippo, vt reus mulctam quidem ſolueret, ſed à cauſſa liberaretur, nec damnatus hominum maledictis exponeretur. Hic vero Philippus: Præſtet, inquit, vt ipſe male audiat, quam vt nos propter illum. Indulgebat amicis, ſed quatenus licebat, integra iudicis opinione. *Plut.*

*Idem.* Duo pariter ſceleroſi ſeſe inuicem accuſabant, cognoſcente Philippo, rex audita cauſa pronunciauit, vt alter exularet Macedonia, alter illum inſequeretur. Hoc Græce ſonat iucundius, quod φεύγειν & ad fugientem pertineat, & ad exulantem, fugientem autem inſequimur. Neutrum igitur abſoluit Philippus, ſed vtrumque damnauit exilio. *Plut.*

*Alexander* orante accuſatore, altera manu aurem ... cludere. Interrogatus, cur id faceret? reſpondit, ... dandus eſt audiendi locus. *Antonius in Meliſſa* ... *ſic recenſet*: Initio quum in cauſis capitalibus ſede... ſatori alteram aurem occludebat: rogatus, cur id fa... inquit, integram ſeruo reo.

*Antigonus.* Frater Antigoni Marſias litem habe... poſtulabat, vt cauſa domini cognoſceretur. Cui Anti... hil inquit, præter ius agimus, melius fiet in foro, ... entibus. Non impetrauit hoc à rege fraternus affe... tillum de iure concederet. Ipſum autem hoc dil... xit. Si iniuſtam cauſam habere te ſcis, cur litigas? ... fugis hominum conſcientiam, & ad domeſticas ... pertrahis? non cariturus ſiniſtra ciuium ſuſpicione... nam cauſſam viceris. *Plut in apoph.*

*Antiphon.* Si peccandum ſit in iudicando, præſt... cuſatum abſoluere iniuſte quam iniuſte perdere. ... dem peccatum eſt, hoc vero impietas. *Stob. ſerm.*

*Scipio minor.* C. Liuium prætereuntem cum ... quit, virum ſcio peierasse: verum quoniam nullus ... poſſum ſimul & accuſator eſſe, & iudex. Sit hoc ... rationis & iuſtitiæ exemplum. *Plut in apoph.*

*M. Antonius.* Dicere ſolebat, priuatos quidem ... habere iudices: principi autem nullum eſſe alium ... Deum. *Dion. Nicaus & Xiphilinus in eius vita.*

¶ SIMILITVDINES.

*Baſilii.* Quemadmodum is qui ſagittam tendens ... diriget: nec vltra, nec citra, nec vtrobiq; errando ... excidet: Ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando ... cillabit. *In Iulianum Martyrem.*

*Epicteti.* Vt iuſta bilanx ſeu trutina nec à ver... tur, nec à falſa iudicatur: Sic & iudex iuſtus neque ... natur, nec ab iniuſtis arguitur. *Apud Maximum ſer...* *Stob. ſerm. 5. De iuſtitia.*

*Roterodami.* Vt diameter ſiue dimetiens ſic ab ... lum, mediamque figuram diuidit, vt vtrinque ſpa... æquale: Ita iudex in neutram partem debet eſſe p... *Similib.*

*Vt qui acrius* cupiunt perſpicere, alterum oculum ... Ita iudex rectius intelliget iuſtum, ſi nullius perſona... cetur. *In ſimil.*

*Vt ſol non* alius eſt pauperi quam diuiti, ſed omni... nis: Ita iudex perſonam ſpectare non debet, ſed rem ...

¶ ADAGIA.

Ex Iouis tabulis teſtis. Ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς.

*Pro certo & indubitabili teſte.*

Atticus teſtis. ἀττικὸς μάρτυς.

*Pro probatiſſimo atq; incorruptiſſimo teſte. Quod ... niam torqueat in teſtem vanum, non inconcinne ...*

Rhadamanthæum iudicium. Ῥαδαμάνθυος κρίσις.

*De incorrupte iudicantibus.*

Iouis ſuffragium. Διὸς ψῆφος.

*Dicebatur ſacrum & inuiolatum.*

Mineruæ ſuffragium. ἡ Ἀθηνᾶς ψῆφος.

*De exacto iudicio. Contrarium illi; Sus iudicat.*

Domeſticus teſtis. οἴκοθεν ὁ μάρτυς.

*Vbi quis ipſe laudat, quaſi domi teſtem habeat, ... ductum.*

Corrupta iudicia.

*In eos, qui corrupte iudicant, aut ſuffragium ferunt ... ſed ad priuatum commodum reſpicientes, ſiue qui ... leges opprimunt, competet illud Homeri.*

Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
*Qui per vim in populi cœtu communia iura*
*Deprauant, ac iuſtitiam depellere tentant?*
*Nil veriti vocem diuum.*

Heteromalia cauſſa. Ἑτερομόλιος δίκη.

*Dicitur apud Græcos, quæ ab altera dumtaxat agitur ... lo præſente qui contradicat. Vſurpabitur non eleganter, ... damnat abſentem.*

Deſerta cauſſa. ἐρήμη δίκη. *Lucian.*

*Cum nemo repugnat. Itaq; deſerta cauſſa vincere, ... nullo contra pugnante.*

Ne de lite pronunties. τὶς ἂν δίκην κρίνῃ.

*Admonet, non temere pronunciandum de quopiam, ... citroq; diligenter cognita.*

¶ EXEMPLA BIBLICA

Iudicum bonorum *exempla:* Moyſes, *Exod. 18. Verſ.* ... *Iud. 3. V. 10.* Thola, 10. *Verſ. 1.* Iephthe, 12. v. 7. Samuel, 12. ... lomon, 1. *Reg. 3. v. 28.* Iudicum iniquorum exempla: Pilatus ... 27. v. 26. *Marc. 15. v. 15. Luc. 23. v. 24. Ioan. 19. V. 16.* ...

*Act.23.v.2.* Iudicium rapacitas damnatur, *Amos.2.v.6.* Iudices pro gubernatoribus, *Iud.2.*v.16.18.19. Iudices rexerunt, & gubernarunt Iſraelem circiter annos trecentos quinquaginta, *Act.13.*v.20. Iudicia temerarii exempla: Heli, 1.*Sam.1.v.13.* Rex Iſrael, 2.*Reg.5.7.* quidam ex Iudæis. *Matth.27.*v.47. *Ioan.11.*v.13. Phariſæi, 9.*v.16.* Petrus, *Act.10.v.15.16.* Barbari, 28.v.4. Iudicium peruerſum, *Eccl.11.*Verſ.9. *Matth.7.v.1.* & 12.*v.7.* *Luc.6.*v.37. & 7.*v.33.* *Iohan.* 7.v.24. & 9.*v.16.* *Act.28.v.4.* *Rom.2.v.1.* & 14.*v.4.13.* 1.*Cor.4.v.5.* 1.*Tim.5.v.* 21 *Iacob.* 4.v.11. Iudicium extremum, *Matth.25.* v.30.31. *Luc.12.*Verſ.27.28. 1. *Theſſ.4.v.15.16.* *Hebr.9.*v.28.

## ¶ Profana Exempla.

*Actionum* publicarum & priuatarum ſpecies apud Athenienſes. *Sigonius lib.3. de Republ. Athen.* commemorat.

*Ephetæ xxc. Iudices* capitalium cauſſarum Athenis, quinquagenariis maiores, & ſingulari opinione probitatis: dicti Ephetæ, quod ab eis non eſſet prouocatio. Dicebant autem ius vel in Palladio, vel in Prytaneo, vel in Delphino, vel in Phreate. *Suidas.*

*Athenis Magiſtratus* fuit, cui Zeteta nomen apud quem ſi quis integrum æs debitum non ſoluiſſet conueniri lege poterat. *Alex. ab alex. lib.1.c.7.*

*Centumuiri apud Roman.* de heretitatibus, teſtamentis, vſucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluuionibus, noxis, mancipiis & ſtillicidiis quam maxime ius dicebant. *Theat. Zuing. fol.43·8.*

*Claus imp.* ſeruis, ſi quid quererentur de dominis, paſſim accuſandi, & contra eos lege agendi facultatem dedit. *Alexand. libro 3. capite 20.*

*Regnerus Danorum rex* ſtatuit, vt omnis controuerſiarum lis, ſemotis actionibus inſtrumentis, nec accuſantis impetitione, nec rei defenſione admiſſa, duodecim patrum approbatorum iudicio mandaretur. *Saxon. lib.9.*

Apud *Ægyptios* Iudices quondam fuerant, qui & ſacerdotes. *Ælian. lib.14.*

*Regii iudices* Perſarum ex toto populo deliguntur: ſuntque perpetui, niſi delicti alicuius rei fuerint. Hi ius dicunt, & legum ſunt interpretes. *Herod. lib.3.*

Apud *Athenienſes* nouem principes erant, quibus Reſpublica concredita erat: qui cum eligerentur, religioſe iurabant, ſe iuſte iudicaturos eſſe, neque munera accepturos, aut auream ſtatuam erecturos publice. *Heraclitus de Polit.*

*Domitianus Imp.* ius diligenter dixit, ac æquiſſime: tantumque curam coercendis magiſtratibus adhibuit, vt neque modeſtiores vnquam, neque iuſtiores extiterint. *Cuſpin.*

*Nicodorus* Mantinenſium legiſlator iuſtiſſimus ex pugile in extrema ætate factus eſt. *Ælian. lib.2. Var hiſt.*

## ¶ Hieroglyphica.

Sed & *abſciſſæ manus* ipſæ hieroglyphicum ſuum habuere, quod minime fuit prætereundum. Spectari enim ſolitas Thebis *Iudicum* ſtatuas abſque manibus, Plutarchus ait: & eam, quæ principem referret aduerſis eſſe oculis, vt Iuſtitiam, & à donis alienam eſſe debere, & nulla mulceri facundia oportere ſignificarent. *Pier. Val. li.35. pag.334.*

*Lyra* quoque hieroglyphicum quiddam habet, atque illud in ea præcipuum eſt, quod *hominem compoſiti iudicij*, quique aures eruditas haberet, ſignificabat. Ea ſiquidem diuerſas componit voces, & concordi omnes tono temperat, quod manus in diuerſæ rationis affectibus componendis videtur homo præſtare. *Pier. Val. lib.47. p.458.*

*Vide ſupra locum de Acceptione perſonarum.*

---

# Iudicium diuinum.

## ¶ Sententiae Biblicae.

*Iudicium diuinum ineuitabile, ob potentiæ immenſitatem: quia ſuper omnes vniuerſaliter.*

Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, vſque in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. *Exod.20.*

Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua & nullus ei ſimilis in legislatoribus. Quis poterit ſcrutari vias eius? aut quis audet ei dicere operatus es iniquitatem? *Deut.36.*

Qui enim dicet tibi, quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? *Sap.22.*

Non enim eſt alius Deus quam tu, cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas quoniam non iniuſte iudicas iudicium. Neque res neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his, quos perdidiſti. *ibid.*

Et nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. *Matth.10.*

Data eſt mihi poteſtas, in cœlo & in terra. 28.

Vnus eſt enim legiſlator, & iudex, qui poteſt perdere & liberare. *Iacob.4.*

Magnus es Domine in æterum, & in omnia ſecula regnum tuum: quoniam tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos & reducis, & non eſt qui effugiat manum tuam. *Tob.13.*

*Iudicum diuinum irreprehenſibile ob iuſtitiæ Veritatem.*

Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam. 1.*Reg.15.*

Ne reſpicias vultum eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. *16.*

Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia & veritas & iudicium. *Tob.3.*

Verebat omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. *Iob.9.*

Abſit à Deo impietas, ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. 34.

Vere Deus non condemnabit fruſtra, nec Omnipotens ſubuertet iudicium. *ibid.*

Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. *Pſal.61.*

Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. *97.*

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. 118.

Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt. *Prou.16.*

Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus nec verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. *Sap.6.*

Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditam aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. *Eſa.11.*

Et ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. 28.

Et reddam eis ſecundum opera eorum, ſecundũ facta manuum ſuarum. *Ierem.25.*

Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita & anima filii mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. *Ezech.18.*

Idcirco vnumquemque iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait Dominus Deus. *ibid.*

Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem. *Rom. 2.*

Qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *ibid.*

Vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber, *Eph.6.*

Et ſi patrum inuocatis eum, qui ſine perſonarum acceptione iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini, 1.*Pet.1.*

*Verbis non fallitur.*

Non parcam ei & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *Iob. 41.*

Propter quod irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, non requiret. *Pſalm.9.*

Non acquieſcit cuiuſquam precibus. *Prou.6.*

*Munere non decipitur.*

Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ. *ibid.*

Nec ſuſcipiet pro redemtione dona plurima. *Prou.6.*

Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. *Ezech.7.*

Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die Domini. In igne zeli eius dauorabitur omnis terra, quia conſummationem faciet cum feſtinatione cunctis habitantibus terram. *Soph.1.*

Ego enim Dominus & non mutor. *Malach.3.*

Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *Matth.16.*

Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: Cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructum adinuentionum eius. *Ierem. 32.*

Certe vides, filii hominis, quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui. Dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. *Ezech. 8.*

Ipſe reuelat profunda & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt. *Dan. 2.*

Et erit in tempore illo, & ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene Dominus, & non faciet male. *Soph.1.*

Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem, Mane, mane iudicium ſuum dabit in luce: & non abſcondetur. Neſciuit autem iniquus confuſionem ſuam. 3.

Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii

& humiliant viduas, & opprimunt peregrinum : nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. *Malach.*3.

Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti : & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus, compagum quoq; ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius : omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. *Heb.*4.

Redde vnicuique ſecundum vias ſuas, quas noſti eum habere in corde ſuo : (Tu enim ſolus noſti corda filiorum hominum) vt timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciem terræ, quam dediſti patribus noſtris. 2. *Par.*6.

Omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus. *Prou.*21.

Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorem animæ meæ nihil falli, reddetque homini iuxta opera ſua. 24.

Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda : & dabo vnicuique veſtrum ſecundum opera veſtra. *Apoc.*2.

Magna & terribilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens. Quis timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum ?

Omnia iudicia tua manifeſta ſunt. *ibid.*

# Iudicium extremum.

## DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IVdicium finale erit vniuerſalis ſeparatio bonorum à malis. *ex B. Thom.* 4. *ſent dest.*48 *q.*1 *art.*1.

Iudicium generale fiet circa montem olіueti, vbi eſt vallis Ioſaphat, & circa locum illum Christus deſcendet, ſicut inde aſcendit, vt idem eſſe oſtendatur, qui deſcendit, & qui aſcendit. *Ex B. Thom.* 4. *ſent. diſt.*48. *q.*1. *art.*4.

## SENTENTIAE BIBLICAE.

*Iudicium extremum admirabile, ob iudicis maieſtatem.*

Iudicabit orbem terræ in æquitate : & populos in veritate ſua. *Pſalm.*95.

Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui : & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. *Eccl.*11.

Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius : vos enim depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo veſtra. *Eſa.*3.

Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad Antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, linguæ ſeruient ei. *Dan.*7.

Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum ; nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. *Malach.*3.

Et erit dies vna quæ nota eſt Domino. *Zach.*14.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente & patet vſque in Occidentem, ſic erit & aduentus Filii hominis. *Matth.*24.

De die autem illa nemo ſcit neque Angeli cœlorum, niſi pater ſolus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes : ita erit & aduentus filii hominis (ſicut habetur c.25.) Media autem nocte clamor factus eſt : Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. *Matth.*24.

De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi pater. *Marc.*13.

Non veniet regnum Dei cum obſeruatione, neque dicent. Ecce hic, aut ecce illic. *Luc.*17.

Et ſicut factum eſt in diebus Noe. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth : ita erit in diebus Filii hominis. *ibid.*

Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperveniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. 21.

De temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis. Ipſi enim diligenter ſcitis? quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint pax & ſecuritas : tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis & non effugient. Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa, tanquam fur, comprehendat. 1. *Theſſ.*5.

Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus eſt veniet, non tardabit. *Heb.*10.

Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ [...] poſuit poteſtate. *Act.*1.

Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. *Iac.*5.

Ecce venio ſicut fur, Beatus qui vigilat, & cuſtodit [...] ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. [Apoca]*lyp.*16.

Et tunc patebit ſignum filii hominis in cœlo, & tunc [...] omnes tribus terræ : & videbunt filium hominis venientem [in nu]bibus cœli : cum virtute multa & maieſtate. *Matth.*24.

Amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris [virtutis] Dei, & venientem in nubibus cœli. 20.

Neque enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium [de]dit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant [patrem] & poteſtatem dedit eis iudicium facere, quia filius [...] *Ioan.*5.

Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Itaque [vnuſquiſque] noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. *Rom.*14.

Omnes enim vos manifeſtari oportet ante tribunal [Chriſti, vt] referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſi]ue malum. 2. *Cor.*5.

Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari [...] eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. [A]*ctor.*10.

Nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam a]gant, eo quod ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem [...] te, in viro in quo ſtatuit, & fidem præbens omnibus [...] à mortuis. 17.

Vnus eſt enim Legislator, & iudex qui poteſt perdere [...] *Iacob* 4.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus [...] eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes [...] *Apoc.*1.

Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat [...]

Ecce venio cito & merces mea mecum eſt, reddere [...] cundum opera ſua. 22.

*Ob ſocietatis iucunditatem.*

Mane notum faciet Dominus qui ad ſe pertineant [...] applicabit ſibi (malos igni) & quos elegerit appropinquabunt [...] *Num.*16.

Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis [...] tur. *Deut.*32.

Si arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem [hoſtibus] meis, & his, qui oderunt me, retribuam. *ibid.*

Venit Dominus Deus meus, omneſque Sancti [...] *Zach.*14.

An neſcitis quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt [...] vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis [...] Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quanto [...] 1 *Corinth.*6.

Ecce venit Dominus in Sanctis millibus ſuis, [facere iudicium] contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus [operibus im]pietatis eorum, quibus impie egerunt. *Iuda.*

*Ob loci grauitatem, & Iudicatorum numerum [...]*

Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem [...] & diſceptabo cum eis ibi. *Ioel.*3.

Conſurgant & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat [...] debo vt iudicem omnes gentes in circuitu. *ibid.*

Populi, populi in valle conciſionis, quia iuxta eſt dies [...] in valle conciſionis. *ibid.*

Mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & [...] electos eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum vſque ad [termi]nos eius. *Matth.*24.

*Horribile propter ſignorum multiplicatione [...] cæleſtibus.*

Eritq; repente confeſtim, A Domino exercituum [...] tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & [tempe]ſtatis, & flamma ignis deuorantis. *Eſa.*2.9.

Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ [eius] reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem [...] flamma ignis : quia Dominus in igne iudicabit. 66.

Ante faciem eius ignis vorans, & poſt eum exurens flamma [...] ſi hortus voluptatis coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti [...] eſt, qui effugiat eum. *Ioel* 3.

Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt [...] *ibidem.*

Magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis [...] eum. *ibid.*

Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt velox nimis [...] Domini amara, turpiter eiulabit ibi fortis. Dies iræ, dies [...] tribulationis & anguſtiæ, calamitatis & miſeriæ, dies [...] & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris [ſuper ci]uitates munitas, & ſuper turres excelſas. *Soph.*1.

Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erunt [...]

[ſuper]bi, & omnes facientes impietatem quaſi ſtipula. Et inflammabit [eos] dies veniens, dicit Dominus exercituum, adeo vt non relinquat eis radix, neq; ramus. *Malach.4.*

Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, *Matth.24. & Luc.21.*

Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum, & terræ motus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus ſilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus mittit groſſos ſuos, cum à vento magno mouetur. *Apoc.6.*

*In terreſtribus.*

Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus terribilis. *Malach.4.*

Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſeculi? Et reſpondens Ieſus, dixit: Audituri eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. *Matth.24.*

Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. *Luc.21.*

Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Cum hæc igitur omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. *2.Pet.3.*

*Propter iudicandorum diuerſitatem. Nam boni conſolabuntur.*

Dominus enim iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. *Eſa.33.*

Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. *Dan.12.*

Et orietur vobis timentibus nomen Domini ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini & ſaltetis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impios cum fuerit cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die quam ego facio, dicit Dominus exercituum. *Malach.4.*

Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. *1.Theſſ.5.*

In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: Non ſolum autem mihi, ſed & iis, qui diligunt aduentum eius. *2.Tim.4.*

*Mali a bonis ſeparabuntur.*

Iuſtum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. *Eccl.3.*

Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans. Spiritus eius, velut torrens inundãs vſq; ad medium colli, ad perdendas gentes. *Eſa.30.*

Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni extinguibili. *Matth.3.*

Cum autem venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet quidem oues à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. *25.*

Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur, impius & peccator vbi comparebunt? *1.Pet.4.*

*De malitiis accuſabuntur.*

Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum. *Iob.20.*

Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæſierit, quid reſpondebo? *31.*

Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circumdabit me. *Pſal.48.*

In cogitationibus enim impii interrogatio erit. *Sap.1.*

Et interrogatio hominum in conſumatione eſt. *Eccl.16.*

In fine hominis denudatio operum eius. *Eccl 11.*

Et impiis & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in diem vindictæ. *12.*

Ante iudicium para iuſtitiam tibi, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem. *18.*

Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam veſtram, ne incuruemini ſub vinculo, vt cum interfectis cadatis. *Eſa.10.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

De aduentu reſponſi clamor in media nocte fit, quia ſic dies iudicii ſurrepit vt præuideri non valeat quando venit. *Auguſtin. homil.12.*

Tunc manifeſtus veniet inter iuſtos iudicaturus iuſte, qui occulte venerat iudicandus ab iniuſtis iniuſte. *De Ciuit. Dei.*

Ille iudex nec gratia præuenitur, nec miſericordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione vel pœnitentia mitigabitur: Hic tum tempus habet: agat anima pro ſe pœnitentiam, quamdiu locus eſt miſericordiæ, quia ibi erit locus iuſtitiæ. *idem li.3. de Symbolo.*

Nec arbitrandum eſt in die iudicii illos tantum à Dei filio eſſe denegandos, qui in martyrio Chriſtum negauerunt, ſed & illos omnes, quorum opere, vel ſermone, vel cogitatione Chriſtus negatus, negat, vel confeſſus, confitetur. De hac puta confeſſione, de qua diſcipulis præcepit, dicens: Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ. *Hier. & hab.11.q.3. Exiſtimant quidam, §. Nec arb.*

Veniet dies illa, veniet, in qua corruptum hoc & mortale induat incorruptionem & immortalitatem. Beatus ille ſeruus quem inuenerit Dominus vigilantem, tunc ad vocem tubæ pauebit terra, cum populis tu gaudebis. Iudicaturo Domino lugubris mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur tunc cum prole ſua igneus Iupiter, adducetur cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis, Ariſtoteli argumenta non proderunt. Tunc tu ruſticanus & pauper exultabis, & dices: ecce iudex qui inuolutus pannis in præſepio vagiit, hic eſt operarii & quæſtuariæ filius, hic qui matris geſtatus ſinu, Deus homo fugit in AEgyptum, hic veſtitus coccino, hic pungentibus ſpinis coronatus, hic magus dæmonium habens & Samaritanus. Cerne manus Iudæe fixeras: cerne latus Romane quod foderas, videte corpus an idem ſit quod dicebatis. *idem ad Heliodorum.*

Dicimus quoq; & iudicium futurum, in quo iudicio vnuſquiſq; recipiet propria corporis prout geſſit, ſiue bona ſiue mala, quod ſi homines recepturi ſunt pro operibus ſuis, quanto magis Diabolus qui omnib. exiſtit cauſa peccati? De quo ſentimus illud quod ſcriptum eſt in Euangelio: Quia & ipſe Diabolus, & omnes angeli eius cum iis, qui opera eius faciunt, & criminantur, fratres cum ipſo pariter æterni ignis hæreditatem patientur. Si quis autem negat Diabolum ignib. æternis mancipandum eſſe, partem hereditatis Dei cum ipſo, ſed eam in igne accipiat, vt ſentiat verum eſſe quod negauit, *idem in epiſt.34.*

Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid faciam, ſemper vox illa videtur ſonare in aurib. meis: Surgite mortui & venite ad iudicium, Quoties diem iudicii cogito, totus corde & corpore contremiſco. Si qua præſentis vitæ eſt lætitia, ita agenda eſt, vt nunquam amaritudo futuri iudicii recedat à memoria. Non eſt noſtrum noſſe tempora, id eſt, non expedit nobis diem iudicii noſſe, ſed ſemper incerti de aduentu iudicis, ſic quotidie viuamus quaſi die altera iudicandi ſimus. In die iudicii Sol & Luna obſcurabuntur, non diminutione luminis, ſed comparatione veri luminis. Alioquin legimus Solem habiturum ſeptuplum luminis, ſed comparatione veræ omnia tenebroſa erunt, *idem ſup. Matth.*

Nihil eſt quod magis proficiat ad vitam honeſtam, quam vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallunt, & indecora offendunt, & honeſta delectant. *Amb. l. de Offic.*

Ante retributionem extremi iudicii, iniuſti quoſdam iuſtos in requie conſpiciunt, vt eos videntes in gaudio, non ſolum de ſupplicio ſuo, ſed etiam de illorum bono crucientur: Iuſti autem in tormentis ſemper intuentur iniuſtos, vt hinc eorum gaudium creſcat, quia malum conſpiciunt quod miſericorditer euaſerunt; tantoq; maiores creatori ſuo gratias referunt, quando vident in aliis, quod ipſi perpeti, ſi eſſent derelicti, potuerunt. *Greg. in Homo quidam erat diues.*

Extremo die iudicii, cum apertis cœlis, miniſtrantib. angelis, cõſedentib. apoſtolis, in ſede maieſtatis ſuæ Chriſtus apparebit, omnes hunc electi pariter & reprobi videbunt, vt & iuſti de munere retributionis ſine fine gaudeant, & iniuſti de vltione ſupplicii in perpetuum gemant. *idem hom.25.*

In illa diſtrictione vltimæ increpationis omne argumentum ceſſat excuſationis: quippe quia ille fortis increpat, qui teſtis conſcientiæ intus animam accuſat. *idem ſup. Matth.*

Sic Deus vias noſtras conſiderat, & greſſus dinumerat, vt ne minimæ quidem cogitationes ac verba minutiſſima, quæ apud nos vſu viguerunt, eius iudicio indiſcuſſa remaneant. *Idem lib.11. Moral.*

In maieſtate viſuri ſunt, quidem in humilitate videre noluerũt, vt tanto diſtrictius virtutem ſentiant, quanto ceruicem cordis ad eius præſentiam non inclinant. *Idem ſup. illud Matth.24. In nubibus cœli maieſtate.*

Exurgente Rege cœleſti iudicare viuos & mortuos, virtutes angelicæ mouebuntur, terribiles miniſtri terribilem Dominum præcedent. Patrefamilias moriente domus turbatur, familia plangit, & nigris ſe veſtimentis induit: ſic humano genere propter quod facta ſunt circa finem conſtituto, cœli myſteria lugent,



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

& candore poſito tenebris induuntur. *Ioan. Chryſ. ſup. illud Matth. 24. Et virtutes cœlorum mouebuntur.*

In illo die nihil eſt quod reſpondeamus, vbi cœlum & terra, aer & aqua, & totus mundus ſtabit aduerſus nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi omnia taceant, ipſæ cogiationes noſtræ, & ipſa opera ſpecialiter ſtabunt ante oculos noſtros, nos ante Deum accuſantes, *idem ſup. Matth.*

Vere vox magna, vox tubæ terribilis, cui omnia obediunt elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, portas æreas frangit, vincula mortuorum dirumpit, & de profundo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis aſſignat. Hæc autem omnia citius conſumit in opere, quam ſagitta tranſit in aere, dicente apoſtolo: In momento, in ictu oculi. *idem ſup. 1. ad Cor. 15.*

Veniet dies illa, in qua plus valebunt pura corda, quam aſtuta verba, conſcientia bona, quam marſupia plena: quoniam quidem iudex ille non falletur verbis, nec flectetur donis, *Bern. ſup. Cantica.*

Quid faciet de iniuſtis iudiciis, qui ipſas quoq; iuſtitias iudicabit, & qui cuiq; merita recitabit? *Veniet, inquam, veniet idem in epiſt.*

Primum igitur dicimus, tantam eſſe Dei poteſtatem, vt etiam incorporalia comprehendat, & quemadmodum voluerit, afficiat. Nam & angeli Deum metuunt, quia caſtigari ab eo poſſunt inenarrabili quodam modo: & dæmones reformidant, quia torquentur ab eo, & puniuntur. Quid ergo mirum, ſi, cum ſint immortales animæ, tamen patibiles ſint Deo? Nam cum in ſe nihil habeant ſolidum & contrectabile, à ſolidis, & corporalibus nullam vim pati poſſunt. Sed quia in ſolis ſpiritibus viuunt, à ſolo Deo tractabiles ſunt, cui virtus & ſpiritalis ſubſtantia eſt. Sed tamen docent nos ſanctæ literæ, quemadmodum pœnas impii ſint laturi. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rurſus carne induentur, vt in corporibus piaculum ſoluant: & tamen non erit caro illa, quam Deus homini ſuperiecerit, huic terrenæ ſimilis, ſed inſolubilis, & permanens in æternum, vt ſufficere poſſit cruciatibus, & igni ſempiterno: cuius natura diuerſa eſt ab hoc noſtro, quo ad vitæ neceſſaria vtimur: qui, niſi alicuius materiæ fomite alatur, extinguitur. At ille diuinus per ſeipſum ſemper viuit, ac viget ſine vllis alimentis, nec admiſtum habet fumum, ſed eſt purus ac liquidus, & in aquæ modum fluidus. Non enim vi aliqua ſurſum verſus vrgetur, ſicut noſter, quem labes terreni corporis, quo tenetur, & fumus intermixtus exilire cogit, & ad cœleſtem naturam cum trepidatione mobili ſubuolare. Idem igitur diuinus ignis, vna eademque vi atque potentia & cremabit impios, & recreabit: & quantum è corporibus abſumet, tantum reponet, ac ſibi ipſe æternum pabulum ſubminiſtrabit, quod poetæ in Vulturem Titii tranſtulerunt. Ita ſine vllo reuiuiſcentium corporum detrimento aduret tantum ac ſenſu doloris afficiet. Sed & iuſtos, cum iudicauerit Deus, etiam igni eos examinabit. Tum, quorum peccata vel pondere, vel numero præualuerint, perſtringentur igni, atqui amburentur: Quos autem plena iuſtitia & maturitas virtutis excoxerit, illum ignem non ſentient. Habent enim aliquid in ſe Dei: quod vim flammæ repellat ac reſpuat. Tanta enim virtus eſt innocentiæ, vt ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accepit à Deo hanc poteſtatem, vt impios vrat, iuſtis obtemperet. *Lactant. Firmian. libro 9. diuin. Inſtit. c. 21.*

Non igitur renaſcentur, quod fieri non poteſt, ſed reſurgent, & à Deo corporibus induentur, & prioris vitæ, factorumq; omnium memores erunt: in bonis cœleſtibus collocari, ac fruentes iucunditate innumerabilium copiarum, præſenti Deo gratias agent: quod malum omne deleuerit, quod eos ad regnum vitamq; perpetuam ſuſcitarit. *idem l. 7. c. 23.*

Completis annorum ſex millibus, mutationem iſtam fieri oportere, & iam propinquare illum ſummum concluſionis extremæ diem, de ſignis quæ prædicta ſunt à prophetis licet noſcere, Prædixerunt enim ſigna, quibus conſummatio temporum, & expectanda ſit nobis in ſingulos dies, & timenda. Quando tamen compleatur hæc ſumma, docent ii, qui de temporibus ſcripſerunt, colligentes ea ex variis hiſtoriis, quantus ſit numerus annorum ab exordio mundi, qui licet varient, & aliquantum numeri eorum ſumma diſſentiant, omnis tamen expectatio non amplius, quam ducentorum videtur annorum. Etiam res ipſa declarat, lapſum ruinamque breui fore: niſi quod incolumi vrbe Roma nihil iſtius videtur eſſe metuendum. At vero caput illud orbis occiderit, & ῥύμη eſſe cœperit, quod Sibyllæ fore aiunt: quis dubitet veniſſe iam finem rebus humanis, orbique terrarum? Illa eſt enim ciuitas, quæ adhuc ſuſtentat omnia: precanduſque nobis & adorandus eſt Deus cœli (ſi tamen ſtatuta eius & placita differri poſſunt) ne citius, quam putemus, tyrannus ille abominandus veniat, qui tantum facinus moliatur ac lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipſe lapſurus eſt. *idem libr. 7. cap. 25.*

Cum bona vel mala cogitamus in corde noſtro, tam bonarum quam malarum cogitationum notæ quædam & ſigna relinquuntur, quæ in die iudicii reuelabuntur, *Orig. ſuper epiſt. ad Rom. lib. 2.*

A dextris erunt peccata accuſantia, à ſiniſtris [illegible] ſubtus horrendum chaos inferni, deſuper iudex [illegible] dus ardens, intus conſcientia vrens. Ibi vix iuſtus [illegible] miſer peccator! ſic deprehenſus quo fugies? latere [illegible] ſibile apparere intolerabile. *Anſelm. de ſimilitudin.* [illegible]

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Lucanus in principio lib. 1. Pharſaliæ.

*Sic cum compage ſoluta,*
*Sæcula tot mundi ſuprema coegerit hora,*
*Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis*
*Sydera ſyderibus concurrent, ignea pontum*
*Aſtra petent, tellus extendere littora nolet,*
*Excutietq; fretum, fratri contraria Phœbe*
*Ibit & obliquum bigas agitare per orbem*
*Indignata, diem poſcet ſibi: totaq; diſcors*
*Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.*

Ouidius Metamor. lib. 1.

*Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus,*
*Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli*
*Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.*

Senec. Herc. Oet.

*Iam iam legibus obrutis*
*Mundo cum veniet dies.*
*Auſtralis polus obruet*
*Quicquid per Libyam iacet:*
*Et ſparſus Garamas tenet*
*Arctous polus obruit*
*Quicquid ſubiacet axibus,*
*Et ſiccus Boreas ferit.*
*Amiſſum trepidus Polo*
*Titan excutiet diem,*
*Cœli regia concidet,*
*Certus atq; obitus trahet.*
*Atq; omnes pariter deos*
*Perdet mors aliqua, & Chaos.*
*Et mors fata nouiſſima*
*In ſe conſtituit ſibi.*

Manilius 4.

*Quæſitor ſcelerum veniet vindexque reorum,*
*Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis,*
*In lucemque trahet, tacitaque licentia fraude.*
*Hinc etiam immitis tortor, pœnaque miniſter*
*Et quiſquis vero fuerit, culpamque prodit*
*Proditur, atque altoque iurgia pectore tollet.*

¶ SIMILITVDINES.

*Chriſti Saluatoris*: Sicut colliguntur zizania & igni [illegible] tur: Sic erit in conſummatione ſeculi huius. Mittet filius [illegible] gelos ſuos, & colligent è regno illius omnia offendicula [illegible] patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminum ignis [illegible] ratus, ſtridorque dentium. *Matth. 13.*

*Pauli apoſtoli.* Dies ille Domini, vt fur in nocte [illegible] Cum enim dixerint, Pax, & tuta omnia: tunc repentinus [illegible] net interitus ſicuti dolor partus mulieri prægnanti [illegible] *1. Theſſ. 5.*

*Chryſoſtomi.* Si palma poſita non ſit in ſtadio [illegible] tem luctari culpare non potes quaſi infirmum [illegible] vtrum ideo luctari non velit, quia infirmus eſt, [illegible] propoſitam palmam. Quod ſi palmam viderit, & [illegible] tunc eſt manifeſtum, quia propter deſidiam ſuam [illegible] Sic & Gentilis, qui reſurrectionis præmia neſcit, [illegible] iudicium, non poteſt cognoſci, vtrum ideo non [illegible] quia non amat iuſtitiam, aut quia nullam mercedem [illegible] Si vero factus fuerit Chriſtianus & cognouerit [illegible] cium tunc peccans manifeſtum eſt ideo peccare, quia [illegible] quod eſt bonum. *in cap. 3. Matth.*

*Nunquid tu* reprehenderis, quando à tritico paleas [illegible] recondis? Nec enim ratio eſt, vt cum tritico reponas [illegible] nec ſunt neceſſariæ tibi ad vſum. Et quomodo Deum [illegible] qui à fidelibus ſeparat infideles, qui non proficiunt ad [illegible] ius? *in cap. 3. Matth.*

*Si patrem qui* te genuit, peccati aduerſum eum [illegible] cere non poſſis: quomodo ad Deum, omni certe patre [illegible] culos tunc eleuabimus quomodo ſuſtinebimus, quando [illegible] ribili aſſiſtemus tribunali, cũ exquiſitiſſima peccatorum [illegible] perſcrutatio fiet? Si vero quiſpiam futuro non credit iudicio [illegible] deret ea quæ hic fiunt. Videat eos qui in carceribus ſunt [illegible] lis, in ſtercore, qui dæmonio agitantur, qui inſaniunt, qui [illegible] morbo laborant, qui continua pauperie premuntur, qui [illegible] inedia, qui luctu intolerabili affliguntur, qui capiuntur [illegible] enim iſtorum omnium hic pateretur, niſi cæteris omnibus [illegible] liter peccant, ſupplicia poſt mortem imminerent, Nõ [illegible] male viuentes hic nõ patiuntur, hoc argumentum eſt, [illegible] tum è vita punientur. Non enim credibile, cum iuſtus [illegible] nibus? alios hic puniri, alios euadere impune eorum [illegible]

delinquerunt, niſi pœna certa ibi reſeruaretur. *Homil. 76. in Mat.*

Si noſtrum cuiuſquam occultum crimen aliquod hoc ipſo die in medium delatũ, huic modo conſeſſui innoteſceret; nõne fieret, vt ille optaret, ac terram ſibi potius dehiſcere, quam tam multos peccati ſui teſtes habere mallet? quid igitur tum nobis fiet miſeris, quum crimina orbi vniuerſo palam facta, in tam aperto, tamque illuſtri theatro denudata, hominum nobis partim incognitorum oculis ſubiicientur? *Homil. 5. ad Romanos.*

*Si quum* magiſtratus in medio foro reum adducit, carnifices adhibet, ac tormentis exanimat accuſatum, omnes magno ſtudio cõcurrunt, cupientes audire quid interroget iudex, quid reus reſpõdeat. Multo magis hic diligenter auſcultandum eſt, quid reus, nimirum hic diues, poſtulet, quid contra iuſtus iudex reſpondeat per Abraham. Non enim Patriarcha erat qui iudicabat, quanquam is pronunciabat: verum quemadmodum in mundanis iſtis iudiciis, quoties fuerint aliqui rei, puta latrones aut homicidæ, his leges procul à conſpectu iudicis occurrentes, non permittunt vt audiant vocem iudicantis, qui præter alia hoc quoq; honore iudicat illos indignos, ſed melius quiſpiam interpres & iudicis interrogationes, & rei reſponſiones perfert. Hoc ſane pacto & tunc factum eſt. Non Deum pronunciantem, non Deum ipſi loquentem adiuit reus: ſed medius erat Abraham, qui iudicis vocem ei qui iudicabatur, retulit. *Serm. 4. de Lazar.*

*Quandiu hic ſumus*, anima voluptatem illecebris delinita triſtia ægre admittit animo: cum vero migratura eſt corpore, tunc iam maiore metu continetur, quippe quæ ad ipſa iudicii peruenerit limina: Ita ferme & latrones, quamdiu quidem in carcere viuunt, abſque metu degunt, vbi vero ad velum iſti cœperint, ſoluuntur metu. Cum enim pulſare animam metus mortis incipit, ignis inſtar præſentis vitæ omnia ſuccidens, philoſophari eam cogit, & futura ſolicite mente verſare. *In 2. ad Timoth. homil. 5.*

*Si forte rex* quempiam de populo compellauerit, atq; ad ſeruos dicat: Reddite gratias huic meo nomine quam plures, qui me inopia laborantem nutriuit, qui mihi beneficia in tempore permulta contulit: non certatim quiſq; pecunias eius omnes appenderent, cui rex gratias egit? Si ergo in hominem regem tantum honoris ipſi attribuit: cogita Chriſtum in illa die ad angelos, conuerſum, & dicentem: Hic me in terra ſuſcepit hoſpitio, hic mihi innumera contulit beneficia, hic peregrinum exiſtentem conſouit inducens. Cogita de cætero fiduciam, inter angelorum populos gaudium. *De pœnit. ſerm. 9.*

*Criminoſas* perſonas iudex auditurus in publico tribunal ſuum collocat in excelſo, circa ſe collocat vexilla regalia, ante conſpectum ſuum ponit ſuper menſam tabellam, vnde tribus digitis mortem hominum ſcribat, aut vitam: huic inde officiales ordinate conſiſtunt, in ſedio ſecretarius, ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non ſolum pati, ſed & videre tormentum eſt. Stant iuxta paratores, crudeliores aſpectu quam manib. Tanta iudicii facies, talium ſchematis terrore veſtitur. Et cum ad medium productæ fuerunt criminoſæ perſonæ, ante interrogationem iudicum, ipſius iudicis terribili diſcutiuntur aſpectu. Similiter & Dominus ſe ad iudicium venturum promiſit, ſimiliter cũ terrore, nõ cũ ſimili terrore. Pœnæ enim quæ hic ſunt, non comparandæ ad æternas pœnas. Sic nec gloria iſta. *Hom. 55.*

*Sicut in tempore* hyemis inter virides & aridas arbores diſcretio non eſt, cum autem venit tempus beatum vernale, diſcernuntur: Ita & vnuſquiſq; ſecundum fidem ſuam & opera ſua manifeſtabitur. Impii quidem nulla proferentibus folia, nec fructum: ſancti autem & fructu gloriæ ornabuntur, & foliis veſtientur æternæ vitæ. *Hom. 34. de diuerſis.*

*Origenes.* Tantum ſi cauſa dicenda ſit apud iudicem terrenum, quæ aliquem metum ex legibus habere videatur: non ex omnibus regionibus excubatur, aduocato patrono munera præparantur, etiam ſi anceps periculum ſit, aut etiam ſolius notæ metus vel damni ratio? Nos quare non credimus, quod omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſq; propria opera prout geſſit, ſiue bona ſiue mala? *Hom. 5. Leuit.*

# Iudicium. temerarium.

## ❡ DEINITIO ET ETYMOLOG.

IVdicium Temerarium ſeu ſuſpicioſum eſt, cum aliquis iudicat de his, quæ ſunt dubia vel occulta propter aliquas leues coniecturas. *Secundum B. Thom. ſecunda Secundæ. q. 60. art. 2.*

## ❡ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Iudicium temerarium prohibetur.*

Nolite iudicare, & non iudicabimini. *Matth. 7.*

Nolite ante tempus iudicare. *Cor. 4.*

Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare? 5.

Nunquid Deus veſtro indiget mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? *Iob. 13.*

Si vere vtiq; iuſtitiam loquimini, recte iudicate filii hominum. Etenim in corde iniquitatem operamini in terra, iniuſtitias manus veſtræ concinnant. *Pſ. 58.*

Venit enim Ioannes neq; manducans, neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. *Matth. 11.*

Si autem ſciretis quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificiũ, nunquam condemnaſſetis innocentes 12.

Nolite iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. *Ioan. 7.*

*Fortiter contemnitur.*

Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, ſed neq; me ipſum iudico. 1. *Cor. 4.*

Qui me iudicat Dominus eſt. Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quoad vſq; veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. *ibid.*

*Serio puniuntur.*

Væ! qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. *Eſa. 5.*

Nolite iudicare, & non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. *Matth. 7.*

Propter quod inexcuſabilis es, ô homo! omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Exiſtimas autem hoc ô homo omnis qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? *Rom. 2.*

Tu quis es? qui iudicas alienum ſeruum, Domino ſuo ſtat, an cadit. 14.

Tu autem quid iudicas ſeruum tuum, aut in qua re ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. *ibid.*

Non ergo amplius inuicem iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum, vel ſcandalum fratri. *ibid.*

Tu autem qui es, qui iudicas proximum tuum? *Iac. 4.*

## ❡ SENTENTIÆ PATRVM.

Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei de quo temere iudicatur. Ei autem qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt vt noceat. *Aug. de ſer. Domini in monte: & hab. 11. q. 3. can. Temerarium.*

Iniquum eſt, vt quis de alio iudicare velit, & iudicari de ſe nolit. *Idem in epiſt. ad Parentum comitem Arrian. & hab. 32. quæſt. 6. iniquum.*

Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim ſcriptum eſt: A fructib. eorum cognoſcetis eos, de manifeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri. Sunt quædam facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia in malo & bono fieri poſſunt: de quib. temerarium iudicare, maxime eſt vt condemnemus.

Duo ſunt in quib. temerarium iudicium eſt, cadere debemus cũ incertum eſt quo animo quid factum ſit, vel incertum eſt, qualis futurus ſit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. *Idem cont. Manichæos lib. 2.*

Ignorantia iudicis plerumq; eſt calamitas innocentis. *idem libr. 19. de ciuitate Dei.*

Temerariis iudiciis plena ſunt omnia. De quo deſperamus; ſubito conuertitur, & fit optimus. De quo multum præſumpſeramus, deficit & fit peſſimus. Nec timor noſter certus eſt, nec amor. Quid ſi hodie quiſquam homo vix nouit. Ipſe homo tamen vtrumq; ipſe nouit, quid hodie, quid autem cras nec ipſe. *Idem de paſto.*

Maxime hi temere iudicant, qui de meritis aliorum & facile reprehendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quam emendare, & corrigere: quod vitium vel ſuperbiæ eſt, vel inuidiæ. *Idem ſerm. Domini in monte.*

Non enim conſcientiæ latebras hominibus ſcire aut nudare permiſſum eſt, dicente ſcriptura. Homo in facie videt, Deus autem in corde. Deus ſolus intima & ſecreta circumſpicit: ſed manifeſta eſt vox Domini monentis A fructibus eorum cognoſcetis eos. *Hieron. in epiſt. 5.*

Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſe ipſo quod condemnet: iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putauerit eſſe punienda, ne cum de alio iudicat, in ſeipſum ſententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla leuitate ducitur. *Amb. ſup. illud. Beati immaculati.*

Debet quiſque proprias virtutes perpendere, & pro qualitatẽ virium curam aliorum ſuſcipere, ne dum delectatur loco gloriæ, fiat ſubditis author ruinæ & qui grauatur pondere ſuarum, velit

fieri

fieri iudex alienarum culparum, durum enim eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, iudex fiat vitæ alienæ. *Gregor. ſup. illud Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.*

Hoc ſolet eſſe proprium infirmantium iudicium, vt tanto quempiam exiſtiment iuſtum, quanto adipiſci conſpiciunt bona terrena iuſtis ſubtrahi, quæ largo munere tribuuntur iniuſtis: & deſperatis ægris medici quicquid popoſcerint dari præcipiunt, & eos quos ad ſalutem reduci præuident, quod appetunt dari contradicunt. *idem Moral. 26.*

Sunt aliqui qui de omnibus male iudicant, dicunt enim ſi quis ſtudet & vacat humilitati, hypocrita eſt: ſi recreationi, guloſus eſt ſi patientiæ, timidus eſt; ſi iuſtitiæ, impatiens eſt: ſi ſimplicitati, fatuus eſt: ſi prudẽtiæ, malitioſus eſt: ſi maturitati, phlegmaticus eſt: ſi iucunditati, diſſolutus eſt: ſi religioni, ſingularis eſt? ſi ſocietati, ſecularis eſt: ſi ſilentio & paci, diſſimulator eſt: ſi aliorum correptioni, præſumptuoſus eſt: ſi inſtat vigiliis & orationibus, indiſcretus eſt: ſi dormitioni, ſomnolentus eſt, ſi prædicationi & aliorum ſaluti, appetitor laudis eſt: ſi deſiſtat, negligens eſt, ſi habet gratiam hominum, adulator eſt: ſi adulari renuit, dicitur quod ſuperbus eſt.

In ambiguis Deo ſerua ſententiam. *idem c. 15.*

## ❡ Sententiae Poetarvm.

Terent. comœd. 3.

*Ita comparatum eſſe naturam omnium hominum,*
*Vt aliena melius iudicent quam ſua.*
*Idque fit quod in re noſtra ſumus aut gaudio præpediti nimio*
*aut ægritudine.*

Martial Epigram. lib. 12. ad Priſcum.

*Sæpe rogare ſoles qualis ſim, Priſce, futurus,*
*Si fiam locuples, ſimque repente potens.*
*Quemquam poſſe putas mores narrare futuros?*
*Dic mihi, ſi fias tu leo, qualis eris?*

Idem Epig. lib. 12. ad Zelotypam.

*Cum tibi nota tui ſit vita fideſque mariti:*
*Nec premat vlla tuos ſollicitetque thoros:*
*Quid quaſi pellicibus torqueris inepta miniſtris,*
*In quibus & breuis eſt, & fugitiua Venus?*

Horat. ſerm. 1. lib. Satyr. 3.

*Stultus & improbus hic amor eſt dignuſque notari,*
*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,*
*Quam aquila, aut ſerpens Epidaurius?*

Ibidem.

*Parcius hic viuit, frugi dicatur ineptus,*
*Et iactantior hic paulo eſt, concinnus amicis*
*Poſtulat vt videatur: at eſt truculentior, atque*
*Plus æquo liber ſimplex fortiſque habeatur:*
*Callidior eſt, acres inter numeretur opinor*
*Hæc res & iungit iunctos, & ſeruat amicos.*
*At nos virtutes ipſas inuertimus atque*
*Syncerum cupimus vas incruſtare, probus quis*
*Nobiſcum viuit, multum demiſſus homo, ille*
*Tardo cognomen pingui damus: hic fugit omnes*
*Inſidias nullique malo latus abdit apertum.*
*Cum genus hoc inter vita verſetur, vbi acris*
*Inuidia, atque vigent vbi crimina pro bene ſano,*
*Ac non incauto fictum aſtutumq; vocamus,*
*Simplicior ſi quis, qualem me ſæpe libenter*
*Obtulerim tibi Mecœnas vt forte legentem,*
*Aut tacitum impellat quouis ſermone moleſtus.*
*Communi ſenſu plane caret, inquimus eheu!*
*Quam temere in noſmet legem ſancimus iniquam.*
*Nam vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt,*
*Qui minimis vrgetur.*

## ❡ Philosophicae Sententiae.

Vnuſquiſq; bene iudicat, quæ cognoſcit, & horum eſt bonus iudex. *Ariſt. l. 1. Ethic.*

Melius eſt iudicare ſecundum leges & literas, quam ex propria ſcientia vel ſententia. *idem l. 2. Politic.*

Turba multa melius iudicat, quam vnus tantum. *idem libro 3. Politicorum.*

Dubitare de ſingulis, non eſt inutile. *Idem libro Prædicamentorum.*

Et victu multæ trahuntur ſuſpiciones, cum quemadmodum, apud quos & à quibus educatus & eruditus ſit, quæritur, & quibus cum viuat, qua ratione vitæ, quo more domeſtico viuat. *Cic. Rhet. Veterum l. 2.*

Imago animi eſt vultus, iudices oculi. Nam hæc ſunt vna pars corporis, quę quot animi motus ſunt, tot ſignificationes poſſunt efficere. *idem de Orat. l. 2.*

Eſſe autem occultiſſimæ profundiſſimæq; rei humanæ conſciẽtiæ iudex nolim, & poſſunt omnes Deo largiente ... *Franciſc. Petrar. l. 1. de Vita ſolitaria.*

*De Iudice, Iudiciis diuinis & humanis*

## Sententiae quædam Historicae.

Nihil ad animum libertatis ſtudioſum compara... mo alienus ab auaritia, nec vlli rei mancipatus, ſed ... minis perſonam acceptat, non excelſo loco conſpicuum ... minem formidat: dixeris eum eſſe volucrem aquilam ... ſublimia petentem, nullis terrenis rebus addictum ... beas mentem & literis ſuperiorem, ſi donorum ... non ſordidaueris, reges non formidabis, plebem non ... non eximios & magna potentia præditos metues. *Con... naſſes in Annal.*

Nemo credit eos, qui vim inferre poſſunt, ſi ... fungantur, ex iuſtitia agere: verum hæc omnium ... cos ac quaſi adumbratum quoddam exemplar ... recundiam veritati actionum ſuarum prętenuerit ... mine cupiditatem ſuam explere, *Dion. li. 52.*

Hoc plæruniq; facimus vt conſilia euentis ponderem..., quid bene proceſſerit, multum illum prouidiſſe, ... hil ſenſiſſe dicamus. Sic fit vt ſæpenumero quæ ... ſunt fortunæ, & quæ à fortuna conſilio tribuamus. *... ciardin. hiſt. li. 14.*

Acerbis iudiciis ciuitas vaſtatur magis quam ... *in Fragm.*

De præfectorum, conſulum, & ſenatorum ... ære empta iudicare non debent. *Lamprid. in Alex. ...*

Quis Dei iudicia, vel addendo, vel detrahendo ... *in Ioan. Comm.*

Quia ineffabilia ſunt Dei iudicia, quæ nec ſcire ... plicare quæ ſcimus poſſemus, breuiter expreſſerim ... iudicis Dei, quoquo pacto accidat, iuſte ſuſtinere ... ſuſtinere qui neſciunt. *P. Oroſ. hiſt. l. 7. ca. 41.*

Quemadmodum clades populis à Deo imminet ... non niſi placato Numine eædem propulſari queunt ... *li. 10.*

At defuncti Alexandri 6. pontificis Rom. ... tibus extincti, ſpectandum corpus, in D. Petri templum ... incredibili cum gaudio accurrit, nec cuiuſquam oculi ... illum, qui immoderata ambitione, & peſtifera perfidia ... horrendæ crudelitatis, monſtroſæ libidinis, & ... exemplis, ſacris atq; profanis rebus abſq; diſcrimine ... uerſum orbem venenis infecerat, extinctum ſpecta... terant, qui nihilominus ab ineunte ætate, ad extremum ... ſuæ diem ſingulari ac pene perpetua felicitate, ... appetens, & plura quam optaret perpetuo adipiſcens ... quod exemplum, ad illorum qui humanorum oculorum ... litate diuinorum iudiciorum arcana ſe videre arbitra... mortalibus vel fauſti vel aduerſi accidit, ex bene... cauſis manare aiunt, arrogantiam retundendam ... eſt: quaſi non quotidie multos bonos iniuſte vexari ... roſq; improbos ad non meritos honores euehi cer... ſecus interpretando de Dei iuſtitia potentiaue de... amplitudo, breuibus ac præſentibus terminis ... tempore & loco, larga manu, æternis præmiis atq; ... ab iniuſtis diſcernit. *F. Guicciard. hiſt. lib. 6.*

Siue timidum pro cauto, tardum pro conſiderato ... perito belli vocent, malo te ſapiens hoſtis metuat ... laudent, *Liu. Decad. 3. l. 1.*

Quum poſt fabricam ornatumq; mundi huius ... ctum atq; immaculatum fecerat Deus: ac perinde ... nus, libidinibus deprauatum peccatis obſorbuiſſe, ... ſtam licentiam iuſta punitio conſecuta eſt. Sententia ... Dei & iudicis peccanti homini, ac terræ propter ... natam, ſemperq; (dum homines terram habitauerint) ... omnes inuiti licet, aut probamus negando, aut ... mus: obſtinatiſq; mentibus teſtis ſibi infirmitas ſua ... fidelis ſcriptura non ſuaſerit. *P. Oroſ. hiſtor. l. 1. c. 3.*

Homines ex euentu fortunæ: quæ prius conſulta ... *Procop. de bel. Vandalic. 1.*

Mali oculis iuſtitiæ diuinæ ſunt expoſiti, & quamuis ... pœnas effugiant, tandem tamen ſupplicia maiora ... *Manaſſ. Annal.*

Oculus ille qui occulta perſpicit, omnia intelligit, ... cat, ad Irenam imperatricem, quæ Conſtantinum ... rat, ſe conuertit, eam adſpexit, feruore quodam ... uiter moleſteq; facinus ejus tulit, quumque per... quus imperii voluptatem illa deguſtaſſet, amarum ... craterem, ſuæ iræ fæces miſcuit. Quippe ... rio deiecta eſt, pro voluptate moleſtias eorundem ... ta, moleſtias inquam non tam appellendas ... mitatum filii ſtimulos. Quare deinceps mare ... riebat, tanquam paupercula mulier, & nendo ... rens. Eiuſmodi efficere vitæ mortalis inconſtantia ... & hoc modo Deus in iuriarum auctoribus mercedem ...

*dem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nihil omnino diuinos oculos fugit: & Deus ſuperbis mercedem ſuam tribuit. *idem.*

Oportet eum qui recte iudicaturus ſit de ſcriptoribus, non ſecundum omiſſa, ſed ſecundum dicta iudicare. Et ſi quid in iſtis mendacii deprehenderit, ſcire, quod illa propter ignorantiam omiſerint, ſi vero quicquid dixere verum extiterit, id illis concedere, quod ea quæ tacuerunt, non per ignorantiam, ſed iudicio tacuerint. *Polyb. lib.* 6.

Eſt receptum vſu, vt ii qui perierunt, in reprehenſionibus omnibus ſint: qui vicerunt, honoribus afficiantur. *Dion. l.* 48.

Nec viſum hominem, nec auditum, damnare, nefas vltimum eſt. *Amm. Marcel. l.* 15.

## ¶ Apophthegmata.

*Diogenes* cuidam ad oſtentationem ingenii multa de rebus cœleſtibus diſſerenti. Quam nuper, inquit, de cœlo veniſti? Socratem in hoc retulit, cuius eſt illud: Quæ ſupra nos, nihil ad nos. *Laert. lib.* 6.

*Anacharſis* admirabatur, qui conueniret, vt artifices apud Græcos certarent, ſed de his iudicarent, artis expertes? Sentiens, de arte quacunq; neminem melius ferre iudicium poſſe, quam ipſum artificem. Certabant in theatro hiſtriones, cantores, & gladiatores, quorum artes populus nequaquam intelligebat: nihilominus tamen alios applaudebant, alios explodebant. *Laer. l.* 1. *cap.* 9.

*Stratonicus*, Ptolemæo rege de muſica cum ipſo diſſerente: Aliud eſt, inquit, ô rex ſceptrum, aliud plectrum. Significans non eſſe regium de muſica cum muſico diſputare. *Eraſ. li.* 6. *apoph.*

*Idem Minnaco fabro* ſecum de muſica diſceptanti: Non animaduertis, inquit, te ſupra malleum loqui? Caſtigauit hominem de rebus ſibi ignotis & incognitis loquentem. *idem.*

*Idem* in eum, qui quum prius fuiſſet olitor, poſtea factus muſicus, de arte ſecum contenderet, pronunciauit ſenarium Græcum vulgo celebrem.

Ἄδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

*Quam quiſq; nouit artem, eam canat licet.*

*Idem*, Zetho de muſica diſſerenti, Te vnum, inquit, nequaquam oportet de muſica loqui, qui tibi nomen omnium à Muſis alieniſſimum delegeris, teipſum pro Amphione appellans Zethum. Amphion, vt eſt in fabulis, cantu citharæ condidit Thebas, at Zethus frater ruſticus fuit. Apparet illum ſibi mutaſſe nomen. *Eraſm. l.* 6. *apoph.*

*Anonymus.* Pſaltes quidam apud Antigonum artis ſuæ ſpecimē edebat. Quum vero ſæpius Antigonus diceret: Conſtringe necem & ruſus mediam: indignatione commotus, reſpondit, Auertant, ô rex, dii malum hoc, vt me melius atq; exquiſitius hanc artem teneas. Inique tulit muſicus eius reprehenſionem, qui à muſices ſtudio plane alienus erat, indignum eſſe putans, artificem reprehēdi ab eo, qui manus fidibus nunquam admouiſſet. *Ælian. l.* 9. *de Var. hiſt. & Plut. in apoph. de Philip. rege idem recenſet.*

*Hippomachus* pugillandi magiſter quum athleta quidam ex eius diſcipulis ſpecimen exhiberet artis, & circumſtans multitudo vniuerſa acclamaret, percuſſit eum virga Hippomachus, inquiens. Sed tu perperam, neq; ſicut oportebat feciſti, quod melius fieri debebat. Nam ſi quid artificioſum præſtitiſſes, non hi te collaudarent. Innuens, eos qui vnumquodq; rite gerūt ac adminiſtrant, non multitudini, ſed iis tantum, qui rei notitiam aliquam haberent, placere oportere. Videtur & Socrates populi iudicium repudiare in colloquio ad Critonem, cum Crito, veniens ad eum in carcerem, ſuaderet vt effugeret, & Athenienſium contra ſe iudicium corrumperet. *Ælian. lib.* 2. *de Var. hiſt.*

*Apelles* tabulas in pergula proponere ſolebat, poſtque eas latitans, quid prętereuntes reprehenderent auſcultabat: Sutor quidam reprehendit, quod in crepidis pauciores vna intus feciſſet anſas, tu in hoc tacitus Apelles, poſtridie quum idem circa crus aliquid notaret, Apelles indignatus proſpexit, denuncians illi. Ne ſutor vltra crepidam iudicaret. Quod & ipſum in prouerbium abiit. *Bruſ. l.* 1. *cap.*

*Zeuxis.* Megabyzus quum aliquando picturas tenuiter & rudi-ter confectas laudibus extolleret: alias vero cum ſumma induſtria elaboratas reprehenderet: pueri Zeuxidis eum deridebant. Zeuxis itaq;: Cum taces, inquit. Megdabyze, neſcio quid magni de te ſibi pueri hi pollicentur, reſpiciunt enim ad veſtem & cultum tuum. Simul ac vero artificioſum vis dicere, te contemnunt. Parcior igitur & conſideratior ſis in laudandis compeſcens linguam, neq; cuiuſquam, quæ nihil ad te attinent, opera vel artem collaudes. *Ælian. lib.* 2. *de Var. hiſtor.* Sed hoc ipſum *Bruſon lib.* 3 *cap.* 16. *& Eraſm. li.* 6. *apophtheg.* Appelli adſcribunt: Plinius autem pro Megabyzo ponit Alexandrum Magnum.

*Polycletus* inſignis ſtatuarius, eodem tempore duo ſimulacra fecit alterum ad arbitrium plebis, alterum iuxta peritiæ artiſque normam. Gratificatus vero plebi hoc modo eſt. Ad ſingulorum acceſſum, tranſpoſuit & commutauit aliquid morem gerens vnius cuiuſq; volentati & enarrationi. Itaq; propoſuit vtrumq;. Et alterum quidem omnes admirationi, alterum ludibrio ac riſui habuerunt. Reſpondens autem Polycletus: At hoc, inquit, quod vituperatis & reprehenditis, à veſtra arte profectum eſt: quod vero ſuſpicitis, ego mea facultate ſum fabricatus. *Ælian. libr.* 14. *de Var. hiſt.*

*Anonymus.* Romæ in foro pendebat tabula quædam, habens imaginem paſtoris vetuli cum pedo: de hac Teutonum orator rogatus, quanti eam æſtimaret? ſatis Germanice reſpondit: Se malle ſibi dono dari talem viuum, aut verum. Non ſpectauit artificium pictoris, ſed formam tantum, nec potuit etiam iudicare de re ſibi ignota melius. *Eraſ. li.* 8. *apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Roterodami.* Sicut pyramis, quam Rhodope meretricula AEſopi conſerua conſtruxit pecunia corporis quæſtu collecta, maiori miraculo, famaq; fuit quam ceteræ regum pyramides: Ita vehementius miramur, ſi quid recte faciunt, a quibus tale nihil expectabatur: veluti ſi quis Hollandum videat peritum equitem aut frugalem Anglum. *in Simil.*

*In pantheris*, quod ſpecioſiſſimum eſſe oportuit, id celandum eſt, vt placeat, reliquo corpore maculis picturato: Ita in quibuſdam omnia placent, præter vitam quod eſt totius negotii caput. *in Simil.*

*Chryſoſtomi.* Si quis ſolem autorem tenebrarum exiſtimat, ſoli an ſibi detrahit? Sibi videlicet: Ita qui bonos, prauos arbitratur. *Hom.* 88.

*Velut qui aſſidue* inebriatur, haud facile credere poſſet, eſſe quempiam hominem ſobrie frugaliterq; viuentem. Qui ſcortis indulget, etiam pudice viuentes habet pro incontinentibus. Rurſus qui res rapit alienas, non facile perſuadebitur, eſſe homines qui ſua quoq; profundant. Similiter & his ſemel occupatus ira, haud quaquam facile crediiſſet eſſe hominem vſq; adeo ſuis affectibus ſuperiorem, vt non modo nihil læderet, verum & eum qui læſerat, ſeruaret. *Hom. ſecund. Magnum eſſe bonum, &c.*

*Herodoti.* Vt aurum homines arte Lydio lapidi affricantes, quod præſtantius eſt, cognoſcunt: Hominem autem probum nemo poteſt ſic ſecum animo perpendens diſcernere. *Apud Stobæum ſerm.* 26.

*Plutarchi.* Vt pueri quidam admirantur ac felices iudicant nebulones miſeros cum in ſcena ſaltant, aureis induti: Sic ſtulti felices exiſtimant diuitiis onuſtos. *in Moral.*

*Scarabei* fugiunt vnguenta, delectantur fœtoribus: Sic nonnullis peſſima pro optimis placent. *in Moral.*

*Plinii.* Quemadmodū de Carthaginenſibus dictum eſt quod ad tecta pice, ad vina calce vterentur: Ita quidam præpoſtere rebus vtuntur, amici aſperi, ſupplices inimicis, Carthaginenſes pice linebant parietes, cum vaſa picari ſoleant, & muſta calce condiebant. *Apud Eraſ.*

## ¶ Adagia.

Mali principii malus finis. ἀρχῆς κακῆς τέλος κακόν.

*Hoc eſt: Quale conſilium talis euentus ſiue exitus negotii.*

Mox ſciemus melius vate. Τάχ᾽ εἰσόμεσθα μάντεων ὑπέρτερον.

*Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant ſed experimento deprehendere tentarent.*

Cocta munerabimus exta.

*Hoc eſt: Ex euentu ſciemus.*

Res indicabit. αὐτὸ δείξει.

*Subaudi,* τὸ ἔργον *Cum ſignificabimus experimento exituq; perſpici ſermonis veritatem* Ouid.

*Exitus acta probat.* Das werck zeigt ſeinen Meiſter, *item,* das End muß den Laſt tragen.

Magiſtratus virum indicat. ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν.

*Senſus eſt: In vita priuata vix ſatis perſpici poſſe mores & ingenium hominis.* Was der Mann kan/ zeiget das Ampt an.

Rem factam ſtultus cognouit.

Piſcator ictus ſapiet.

Poſt acerba prudentior.

*Et aliud id genus.* mit ſchaden wird man weyß *item,* was verſehrt das lehrt.

Panidis ſuffragium. Πανίδος ψῆφος.

*In eos torquebatur, qui ſtulte atq; ineruditе iudicarent. In genere autem conuenıet in iudicia vulgi, cui fere ſemper peſſima pro optimis placent.*

In quinq; iudicum genib. ſitum eſt. Ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται.

*Quum ſignificabimus, non eſſe noſtræ facultatis præſtare rei exitum, verum hunc ſuperis & fortunæ in manu eſſe.*

Sus tubam audiuit, σάλπιγγος ὗς ἀκούει.

*In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verum eas neq; intelligunt neque mirantur. Aut in eos qui iis quæ audiunt, eoque gaudent, neque commouentur.*

Quod index auro, id aurum homini.

*In ſaxeis coticulis aurum exploratur, euidens præbens ſpecimen, in auro vero proborū pariter & improborum deprehenditur ingeniū.*

Lydius lapis, *ſiue,* Heraclius lapis. Λίθος Ἡρακλεία, ἢ λίθος Λυδή.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*In eos dicitur qui vehementer acri, exactoque iudicio ſunt. Adagium accommodari poteſt, vel ad perſonam, vel ad rem.*

Gnomon & regula.

*De eo, quod in re quapiam eſt præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia conferuntur.*

Emunctæ naris.

*De eo, qui acri exactoque eſt iudicio, quaſi purgatis naribus, mucoque emunctis. Contrarium deſignat adagium.* Obeſæ naris.

Tenedius homo. Τενέδιος ἄνθρωπος.

*Dici ſolitum de homine tetrico formidabilique aſpectu. Plutarchus.*

Tenedius patronus. Τενέδιος συνήγορος.

*Dici ſolitum de eo, qui compendio cauſam expedit, litiſque nodum ocyus diſſecat. Dictum à Tenedia ſecuri.*

Manum ferulæ ſubduximus.

*Subduxiſſe manum ferulæ dicuntur, qui deſierunt in ludo literario verſari, neque iam vt pueri docendi, ſed vtcunque docti ſunt*

Nouit quid album quid nigrum.

*Duplicem in ſententiam accipi poteſt. Aut nouit diſcrimen recti prauique: aut nouit id quod nemo vel indoctus ignorat.* Er kan weiß vnd ſchwartz entſcheiden.

Nouit mala & bona.

*In eum, qui per ætatem rerumque vſum, delectum iam habere poteſt fugiendorum atque expetendorum, illud Homericum, congruet.*

Δὴ γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα,
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια. Er kennet ſawres vnd ſüſſes.

Purpura iuxta purpuram diiudicanda. ἡ πορφύρα περὶ τὴν πορφύραν διακριτέα.

*Significatur, certiſsimum iudicium ex collatione naſci.*

Alba amuſſi. λευκῇ σταθμῇ.

*Dicitur in eos qui nullo ſunt iudicio, vel in ſtupidos, vel in eos, qui incertis probant aut ſignificant incerta.*

Lesbia regula. ὁ Μολύβδιος κανών.

*Dicitur, quoties præpoſtere non ad rationem factum, ſed ratio ad factum accommodatur, & cum lex moribus accommodatur, non mores ad legem emendantur.*

Naſus, naſutus.

*Ipſe denique, naſus in prouerbium abiit, pro iudicio,* Horat.

*Non quin nullus*
*Illis naſus erat.*

*Faciunt huc etiam alia nonnulla adagia, quæ partim citamus, partim alibi citabimus, qualia ſunt.*

Auris Batava.
Coruus albus.
Cœci præſcriptio.
Cenſoria virgula, &c.

---

# Iuramentum.

## ¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

IVramentum, ſiue iuſiurandum, Græce ὅρκος, κ. ὁ: ὀμόω iuro dicitur. Eſt autem aſſertio vel negatio de aliquo licito poſſibili & honeſto, ſacræ rei atteſtatione firmata, *ſecund. Goffrid. Hoſt. & Archidiac.*

Iuramentum eſt duplex, ſcilicet aſſertorium, quod eſt de præſenti & promiſſorium, quod eſt de futuro *ſecun. B. Tho. ſec. Secundæ. q. 89. art. 4.*

Iurare eſt Deum in teſtem vocare, & eſt actus latriæ. *Vnde Hieronym ſuper Matth.* Qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat. *Ex B. Thom. ibid.*

Iuramentum, iuſiurandum, affirmatio vel negatio rei alicuius ſacra atteſtatione firmata, ſancta & religioſa affirmatio. Hebr. *Schebuhbah,* à verbo *Schabahh*, Iurauit, repetendo ſepties verba iuramenti, vel quod initio in iuramentis adhibebantur ſeptem teſtes, vnde Abraham cum iuraret regi Abimelecho in *Berſchoba* ſtatuit ſeptem agnas quas eidem dedit propter confirmationem iuramenti & fœderis initi, Geneſ. 21. Alii deducunt ac eodem verbo, ſed in prima coniugatione paſſiua. *Niſchbahh*, i. iurauit cum affectu vehementi: nam iurare non eſt res leuis, ſed dura, & fit cum paſſione quadam, vel quod nemo debeat temere iurare, niſi à magiſtratu coactus, aut propter vtilitatem proximi, aut ad tuendam veritatem.

Iuſiurandum quidam volunt dictum, quaſi Iouis iurandum. Per ſummum enim Deum concipiendum eſt illud. Exſtat apud Ciceronem conueniens huic propoſito verſus Ennii, fidei alma apta pennis iurandum Iouis. De Iuramento alii ita: Iuramentum à iuro: iuro autem à iure Quid enim aliud iurare, quam promittere, adhibitis teſtibus, non rem promiſſam obſeruaturos, ac ſi ius eſſet? Hæc etymologicon trilingue Lugduni editum, anno 1607.

Iuramentum vel iuſiurandum eſt religioſa aſſe...
Deo inſtituta, facta cum inuocatione nominis Di...
tas legitime concepta, qua petimus, vt Deus, tanquam...
rum puniat fallentes: qua quidem aſſeueratione...
iam cum aut Dei gloriæ, aut proximi dilectio id exig...
ita pateſiat, & controuerſiæ inter homines tollantur.

Inſtitutum dei legitur. *Exod. 21. 11. Deut. 6. 13. & ...*

Nominis eius inuocatio, *Ierem. 4. 2. & 12. 16. 1. Reg. ...* *5. 16. & 2. Cor. 1. 22.*

Eleuatio manuum in iuramentis. *Geneſ. 14. 22. De...* 10. 5. 6.

Ob res licitas legitime concipiendum eſt. *Iere. 4. 2.*

Continet imprecationem aduerſus fallentes. *2. ...* *Corinth. 1. 22.*

Licitum quale. *Deu. 6. 13. & 10. 20.*

Fines iuramenti. *Exod. 22. 10. 11. Hebr. 6. 16.*

## ¶ LOCI BIBLICI.

Iuſiurandum, *Ioſ. 6. verſ. 22. & 9. 18.* non falſo nec ... dum, *Exod. 20. verſ. 7. Leuit. 19. verſic. 12. Deut. 5. verſ...* v. 3. 5. *Matth. 5. v. 34. & 13. v. 16. 18. 20. 21. Iac. 5. v. 12.* ... piatio, *Leuit. 5. v. 4. 5. 6.* Iuſiurand finis, *Heb. 6. verſ...* di in nomine Dei indirecte concepti formulæ, *Ruth ...* *1. verſicul. 26. & 3. 17. & 14. verſ. 39. 44. 45. & 17. v. 55. ...* *verſ. 12. 13. & 24. v. 7. & 25. v. 22. 26. 34. & 26. verſ. ...* *& 29. verſ. 6. 2. Sam. 2. verſ. 27. & 3. v. 9. 35. & 4. ...* *12. verſ. 5. & 14. v. 11. 19. & 19. v. 13. 1. Reg. 1. verſ. 29. & ...* *17. verſic. 1. 12. & 18. verſic. 10. 15. & 22. verſic. 14. ...* *2. Reg. 2. verſic. 2. & 3. v. 14. & 2. v. 4. 6. & 4. 30. & ...* *verſ. 31. Ierem. 12. verſ. 16. Matth. 5. verſ. 34.* Iuriſiura... liaris formula, *Eſaia 49. verſic. 18. & 62. verſic. 8. Iere...* *& 22. v. 24. & 40. verſi. 18. Ezech. 5. v. 11. & 14. v. 6. ...* *19. & 18. verſ. 3. & 20. ver. 3. 31. 33. & 33. verſ. 11. 27. & ...* *Soph. 2. 9.* Iuriſiurandi religio, *Iudic. 21. 18. 2. Paralip. ...* *v. 16. 18. 19.*

Iurare quatenus liceat, vel non liceat, & quam ... tingat, *Gene 14. 22. & 21. 24. & 22. 16. & 24. 3. & ...* *31. 53. & 24. 15. & 47. 31. & 47. 31. & 55. Exod. 13. 19. & ...* *13. 13. Leuit. 3. verſic. 4. & 19. verſic. 12. Numer. 14. verſ...* *Deut. 6. verſic. 13. & 7. ver. 8. & 10. 20. Ioſ. 1. 12. & 6. ...* *Iudic. 21. verſic. 17. 18. & Sam. 14. 24. & 19. 6. & 24. verſ...* *ſic. 34. & 28. 10. & 30. 15. 2. Sam. 3. verſic. 35. & 19. 7. & ...* *Reg. 1. ver. 13. 29. & 2. 8. & 8. 31. & 19. 2. 2. Paral. 6. ...* *36. 1. Eſdr. 10. 5. 2. Eſdr. 10. 29. Iudith. 1. verſic. 12. Iob ...* *4. & 23. 4. & 26. 12. & 88. 4. 94. verſic. 11. & 101. 9. & ...* *verſicul. 9. 17. Eſa. 14. 24. & 19. 18. & 45. 23. & 49. 18. & ...* *Ierem. 4. 2. & 5. verſicul. 2. 7. & 12. 16. & 22. 5. & 44. ...* *4. 15. Amos. 6. 8. & 8. 7. Sophon. 1. 5. Zachar. 8. 17. Matth. ...* *10. 16. 26. 21. 22. Hebr. 6. verſicul. 13. 16. Apocal. 10. 6.* ... temere. *Matth. 5. 34.* Iuramentum eſt cultus diuini ... 23. & 48. 1. ideo ſynecdochicas pro toto Dei cultu ... *63. 10. Ierem. 4. 2. Vide Eſa. 45. 23. Roman. 14. 11. Philipp. ...* Dei nomen iurandum, *Deut. 6. 13. & 10. 29. Ioſ. 23. 7. ...* 5. 7. & 12. 16. non per idolorum nomina, *Exod. 23. 13. ...* mento dare, *Gene. 50. v. 24. 25.*

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Iuramenti vani deuitatio: Quia prohibitum ...*

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. ... bebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen ... ſui fruſtra. *Exod. 20.*

Et per nomen externorum Deorum non iurabitis.

Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis ſuis, ... faceret, vel bene, & non fecerit, & idipſum iuramento ... firmauerit, oblitaque poſt ea intellexerit delictum ſuum ... nitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam ... orabitq; pro ea ſacerdos, & pro peccatis eius. *Leuit. 5.*

Non vſurpabis nomen Dei tui fruſtra, quia non ... qui ſuper re vna nomen eius aſſumpſerit. *Deut. 5.*

Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non pe... des autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico ... rate omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt ... terram, quia ſcabellum eſt pedum eius. Sic autem ... eſt: non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo ... *thæi 5.*

Væ vobis duces cœci! qui dicitis: Quicunq; iurauerit ... plum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, ... Stulti & cœci, quid eſt maius aurum an templum quod ... aurum? Et quicunque iurat in templo iurat in illo, & in ... bitat in ipſo Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in ... ſedet ſuper eum. 23.

*Quia periculoſum.*

Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui ego Dominus. *Leuit.*19.

Iurationi non aſſueſcat os tuum, nō multi enim caſus in illa. Nominatio vero Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & in nominibus Sanctorum non admiſcearis, quoniam non eris immunis ab eis. *Eccle.*23.

Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit fratrem, delictum illius ſuper ipſum erit: & ſi diſſimulauerit delinquit dupliciter: & ſi in vacuum iurauerit: non iuſtificabitur. *ibid.*

Sermo crebro iurantis horrorem incutit, & aures obtundit con... 27.

Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem ſermo veſter: eſt, eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis. *Iac.*5.

*Iuramenti neceſſarii qualificatio.*

Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſerui es, ac per nomen illius iurabis. *Deut.*6.

Audite hæc domus Iacob, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Iſrael recordamini non in veritate, neq; in iuſtitia. *Eſa.*48.

Et qui iurat in terra, iurabit in Deo amen.

Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia, *Hierem.*4.

Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iurauit per ſemetipſum. *Heb.*6.

Homines enim per maiorem ſui iurant: & omni controuerſiæ eorum finis, ad confirmationem, eſt iuramentum. *ibid.*

¶ Patrvm Sententiae.

Ita ergo præcepiſſe Dominum intelligitur, ne iuraretur, nequiſquam ſicut bonum appetat iuſiurandum, & aſſiduitate iurandi ad periurium per conſuetudinem dilabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſariis iurationem habendam: refrenat ſe quantum poteſt, vt non ea vtatur, neceſſitas cogat: videlicet cum videt pigros eſſe homines ad credendum, quod eis vtile eſt credere, niſi iuratione affirmetur. *Auguſtinus de ſermon. Domini in monte, & hab.22.q.1. Ita ergo.*

Tumalum non facis, quia vteris bene iuratione: quæ etſi non bona, tamen neceſſaria eſt, vt alteri perſuadeas quod vtiliter perſuades, ſed è malo eſt illius, cuius infirmitate iuiare cogeris. *Idem de ſermone Domini in monte, & habetur 22. quæſt. 1. Tumalum.*

Quod Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit. Video Dauid pium hominem & ſanctum in iurationem temerariam incidiſſe, & maluiſſe non facere quod iurauerat, quam iurationem ſuam hominis fuſo ſanguine adimplere. *Idem in Decollat. Sancti Ioannis Baptiſtæ, & hab. 22. quæſt. Quod Dauid.*

Ille qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, vincit homicidam: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imo duas animas: & eius animam quem iurare prouocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis: & falſum, quod ille dicit, & iurare compellis. Ecce iurat: ecce peierat: tu quid inuenisti? imo & tu periiſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti. *Ibid. & hab.22.q.5 Ille qui.*

Qui cogit iuramentum: multum intereſt, ſi neſcit illum iuraturum falſum, an ſcit. Si enim neſcit, & ideo dicit, Iura mihi, vt fides ei ſit: non eſt peccatum, tamen humana tentatio eſt: ſi autem ſcit eum feciſſe, & cogit eum iurare, homicida eſt. Ille enim ſe ſuo periurio interimit, ſed iſte manum interficientis, & impreſſit & preſſit. *Idem in ſerm. de Periuriis, & hab. 22. quæſt. 5. Qui exigit.*

Ecce dico charitati veſtræ, & qui ſuper lapidem falſum iurat, periurus eſt. Vnde hoc dico? quia multi etiam in hoc falluntur, & putant, quia nihil eſt per quod iurant, non ſe crimine teneri periurii. Prorſus periurus eſt: quia per id, quod ſanctum non putas, falſum iuras. Si tu illud ſanctum non putas, ſanctum puta cui iuras. Non enim quando iuras tibi aut lapidi, ſed proximo tuo iuras, homini iuras ante lapidem, ſed nunquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem, ſed punit Deus te fallentem. *Idem in ſerm. & hab.22.q.5. Ecce dico.*

In nouo teſtamento dictum eſt, ne omnino iuremus: quod mihi quidem propter ea dictum eſſe videtur, non quia iurare peccatum eſt, ſed quia peierare immane peccatum eſt, à quo longe nos eſſe voluit, qui omnino ne iuremus, commonuit. *Idem in Epiſt. ad Galatas, & hab.22.q.1. In nouo.*

Vt noueritis, verum iurare, non eſſe peccatum, inuenimus & Apoſtolum Paulum iuraſſe: Quotidie morior propter veſtram gloriam fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Per gloriam veſtram, iuratio eſt, non enim ſic ait: Per veſtram gloriam morior, quaſi veſtra gloria me facit mori: quomodo ſi diceretur per venenum, per gladium, per beſtiam, per inimicum mortuus eſt, intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno mortuus eſt. *Idem & hab. ibidem Vt noueritis.*

Quamuis dictum ſit, ne iuremus, nuſquam me in ſcripturis ſanctis legiſſe memini, ne ab aliquo iurationem recipiamus. *Ibidem: & hab. ibid. Quamuis.*

Mouet te vtrum eius fide vtendum ſit, qui vt eam ſeruet, per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius conſiderare, vtrum ſi quiſpiam per deos falſos iurauerit ſe fidem ſeruaturum: & eam non ſeruauerit: non tibi videtur bis peccaſſe? ſi enim tali iurationi promiſſam ſeruaret fidem, ideo tamen peccaſſe iudicaretur, quia per falſos deos iurauerit, ſe fidem ſeruaturum. Illud autem nemo reprehenderet, quia fidem ſeruauit. Nunc vero quia & iurauit, per quos non debuit, & contra pollicitam facit fidem, quod non debuit bis vtique peccauit. Ac per hoc qui vtitur fide, illius quem conſtat iuraſſe per falſos deos, vtitur non ad malum, ſed ad bonum & licitum non peccato illius ſe ſociat qui per dæmonia iurauit. *Ibid. & hab. ibid. can. Mouet.*

Nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bonorum ſit iniuſte iurantibus expoliatio, & accipiendi æterna damnatio. Periurii namque percutitur pœna, & velut homicida in extremo examine à iuſto iudice degrandinabitur, per quem ſacroſanctum euangelium ad iniuſtum, & illicitum, Deo minime amabile, quaſi teſtimonium iuſtæ & humanæ petitionis, adducitur. *idem Senero epiſc. & hab.22. quæſt.4. can. inter cætera.*

In dolo iurat, qui aliter facturus eſt quam promittit: cum periurium ſit, nequiter decipere credentem. *Idem ſuper Pſal. Domini eſt terra, & hab.22.q.2. can. in dolo.*

Non eſt contra præceptum Dei iuratio, quæ à malo non iurantis eſt, ſed increduli, à quo iurare cogitur. Nam hic intelligitur ita Dominum prohibuiſſe à iureiurando, vt quantum in ipſo eſt quiſque non iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem, tanquam magnum & ſuaue aliquid. *Idem ſuper epiſt. ad Galat. & hab.22.q.1. can. Non eſt contra.*

Si peccatum eſſet iuratio: nec in veteri lege diceretur. Non peierabis, Reddes domino iuramenta tua. Non enim peccatum nobis præciperetur. Item non vobis dicimus nos, Non iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet, non iuro: ſed quantum mihi videtur, magna neceſſitate compulſus, cum videro, niſi faciam, mihi non credi: & ei, qui mihi non credit, non expedire quod non credit, hac perpenſa ratione, & conſideratione liberata, cum magno timore dico. Coram Deo: aut, Teſtis eſt mihi Deus, aut, Scit Chriſtus, quod ſic eſt in meo animo. Et ideo quia plus eſt, id eſt, quia amplius eſt, quam Eſt eſt, non non, ſed hoc quod amplius eſt, à malo non eſt iurantis, ſed non credentis. *Idem ſerm.8. & hab.22.q.1. can. Si peccatum.*

Dico vobis non iurate omnino, ne, ſcilicet iurando ad facilitatem iurandi veniatur, de facilitate ad conſuetudinem, de conſuetudine in periurium decidatur. *Idem libro de Mendacio.*

Et iurabunt: viuit Dominus: in veritate & in iudicio & in iuſtitia: & benedicent eum gentes, ipſumque laudabunt. Quomodo ergo euangelium iurare nos prohibet? Sed hic iuramentum pro confeſſione dicitur ad condemnationem idolorum per quæ iurabat Iſrael. Denique offendicula auferuntur: & iuratur per Dominum Deum: quodque dicitur. Viuit dominus, in teſtamento veteri iuſiurandum eſt, ad condemnationem mortuorum deorum, per quos iurauit omnis idololatra. *Hieronymus ſuper Hieremiam. & hab.22.q.1. can. Et iurabunt.*

Animaduertendum eſt, quod iuſiurandum hos habeat comites, Veritatem, Iudicium, atq; iuſtitiam: ſi iſta defuerint, nequaquam iuramentum erit, ſed periurium. *idem lib. 2. & hab.22. q.2. Animaduertendum.*

Conſidera, quod ſaluator non per Deum iurare prohibuit, ſed per cœlum & terram, & per Hieruſalem, & per caput tuum, & hoc quia paruulis fuerat lege conceſſum, vt quando victimas Deo immolabant, ne eas immolarent idolis: ſic & iurare permitterentur per Deum, non quod recte hoc facerent, ſed quod melius eſt Deo id exhibere quàm dæmoniis. *Idem ſuper Matth. lib.1. & hab.22 q.1. Conſideranda.*

Habemus in lege Dei ſcriptum, Non peierabis in nomine Dei tui in vanum. Ideo admonendi ſunt omnes, vt diligenter caueant periurium, non ſolum in altari ſeu ſanctorum reliquiis, ſed in communi loquela. *Idem: & hab. ibidem can. Habemus.*

Iurauit Dauid temere, ſed non impleuit iurationem maiore pietate. *Auguſt ſerm. de Ioan. Baptiſta.*

Iuramentum eſt oratio confirmans per ſe veritatem, *Gregorius Niſſen.*

Iuſiurandum eſt teſtificatio Dei de re controuerſa. Ita fugito iuſiurandum, vt ne ſanctè quidem iures. Ex frequenti iureiurando periurium naſcitur. *Philo. apud Anton. ſerm. de iur.*

Multi ſolent monere alios, vt ſanctè iurent, ego vero omnino ne ab initio quidem facilè iurare licitum eſſe cenſeo. Morum probitatem iureiurando firmiorem habere oportet. *Euſeb. eod. Serm.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non penitus iurare prohibuit, ſed occaſionem periurii, quod perfectius eſt, euitare docuit. *Gregor. ſuper illud Matth. Non peierabis.*

Si aliqua cauſa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum, qui autem per euangelium, maius aliquid feciſſe videtur, quibus dicendum eſt: Stulti, propter Deum ſcripturæ ſanctæ ſunt, non Deus propter ſcripturas. *Ioan. Chryſoſt. & hab. 22. q. 1. can. Si aliqua.*

Iuramenti huiuſmodi cauſa eſt, quia omnis qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum eſt loquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum & loquelam noſtram nullam vult eſſe diſtantiam: quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam: ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia vtrunque & periurium & mendacium diuini pœna damnatur, dicente ſcriptura, Os quod mentitur, occidit animam. Quiſquis ergo verum loquitur, iurat: quia ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mentietur.

Qui peierare paratus eſt, antequam iurat, iam periurus eſſe videtur: quia Deus non ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus, & ex corde. *Idem: & hab 22. q 5. can. Iuramenti.*

Nemo eſt qui frequenter iurat, quin aliquando non peieret, ſicut qui conſueuit multa loqui, aliquando loquitur importuna, *idem ſuper illud Matth. 5. Dico autem vobis, non iurate omnino.*

Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iurat intelligit. Dupliciter autem reus fiat: quia & nomen Dei in vanum aſſumit, & proximum dolo capit. *Ibidem: & habetur 22. quæſt. 5. can. Quacunque.*

Aſſiduitas iurandi periurii conſuetudinem facit: Vſus iurandi ad periurium inducit. Veritas iuramento non indiget: firma ſit ſacramenti tui fides *Idem Soliloquio. lib. 2.*

Qui malum ſe facturum iurat, peccat, & melius, tunc iuramentum frangere, quam implere, ita quod malum caueat quod iurauit, & nihilominus culpam agnoſcat, in eo quod male iurauit. *Hugo. de S. Victore lib 1 part 2. c. 14.*

Si aliquid forte nos incautius iuraſſe contigerit, quod obſervatum in peiorem vergat exitum: libere illud ſalubriori conſilio mutandum nouerimus: ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſet diuertendum. *Beda in hom. 43. & hab. 22. q. 4. can. Si aliquid.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Phocylides.

Μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί.
*Non iurabis neque pure neq; ſponte.*

Pythagoras.

Σέβου ὅρκον. *Venerare iuſiurandum.*

Periander.

Ὅρκῳ μὴ χρῶ. *Iureiurando ne vtaris.*

Menander.

Ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.
*Virorum autem malorum iuſiurandum in aqua ſcribe.*
Θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκει λεληθέναι.
*Deum peierans ne putes latere.*
Ὅρκον δὲ φεῦγε, κἂν δικαίως ὀμνύῃς.
*Iuſiurandum fuge, etſi iuſte iuraris.*

Tibullus lib. 1 eleg. 9.

*Ah miſer! & ſi quis primo periuria celat:*
*Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*

Iuuenalis ſatyra. 13.

*Tam facile & pronum eſt ſuperos contemnere teſtes,*
*Si mortalis idem nemo ſciat aſpice quanta*
*Voce neget quæ ſit ficti conſtantia vultus.*
*Per ſolis radios Tarpeiaque fulmina iurat.*

Ibidem.

*Sunt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponant,*
*Et nullo credunt mundum rectore moueri,*
*Natura voluente vices & lucis & anni,*
*Atq; ideo intrepidi, quæcunq; altaria tangunt.*

Ibidem.

*Nullane periuri capitis fraudiſq; nefandæ*
*Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena.*

Ibidem.

*Spartano cuidam reſpondit Pythia vates:*
*Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret,*
*Depoſitum retinere, & fraudem iure tueri*
*Iurando: quærebat enim quæ numinis eſſet*
*Mens, & an hoc illi facinus ſuadere Apollo?*
*Reddit ergo metus, non moribus, & tamen omnem*
*Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit.*
*Extinctus tota pariter cum prole domoque,*
*Et, quamuis longa deductis gente propinquis,*
*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.*

Amphides.

*Quiſquis iuranti nihil credit,*
*Ille met facile peierare ſcit.*

Sophocles.

*Appoſito iureiurando cautior & diligentior*
*Animus ſit. A duobus enim ſibi tum cauet,*
*Et ne lædat amicos, & ne peccet in deos.*

Apollodo.

*Præſente flagello ne poſtules amplius ...*
*Qui iuramentum à malo viro poſtulat, ...*

Ouid. 1. Amo.

*Tantum periuria vita.*
*Non bene conducti vendunt periuria teſtes.*

## ¶ Sententiae Philosophorum.

Leges Ægyptiorum mandant creditis abſq; ... cuniis, ſi negarentur, ſtare debitoris iuramento, ... dum veluti religioſam rem magni æſtimarent. ... ſit iis qui ſæpius iurant, abrogari fidem, plurim... ni viri nomen amittatur, quod raro ad iuram... oporteat Legislator inſuper omnem fidem in ... bonis moribus iudicauit homines aſſuefieri ad ... re, ne indigni fide viderentur. Iniquum enim ... abſque iureiurando credita pecunia eſſet, de re ... præſtari fidem. *Diodor. Sicul. lib. 2. c. 3.*

Sed iureiurando non qui metus, ſed quæ viſ... nim iuſiurandum affirmatio religioſa. Quod autem ... ſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt, ſed ad ... dem pertinet. Eſt autem ius etiam bellicum fide... pe hoſti ſeruanda. Quod enim ita iuratum eſt, ... fieri oportere, id ſeruandum eſt, quod aliter, id ... lum eſt periurium.

Nec fides, nec iuramentum debet eſſe commun...

Non enim falſum iurare, peierare eſt, ſed quod ... tentia iuraris, ſicut verbis concipitur more noſtro ... periurium eſt.

Nullum enim vinculum ad aſtringendam fidem ... maiores arctius eſſe voluerunt. Id indicant leges ... dicant ſacra, indicant fœdera, quibus etiam cum ... tur fides, indicant notiones animaduerſioneſque ... nulla de re diligentius, quam de iureiurando ... *de Offic.*

Eatenus amicis & familiaribus auxilium eſt, ... um non admittitur. *Lycurgus.*

Iuſtum ſanctumque iuramentum omnibus ... eſt. *Demoſth. cont. Ariſt.*

Bonos viros decet, vt eos mores adferre videa... iurando firmiores. *Iſocr. ad Demonic.*

Iuramentum tibi oblatum duabus de cauſis ... ſum turpi ſuſpicione liberes, vel vt amicos ex ma... pias, Pecuniarum vero gratia etſi vera dicturus ... iuraueris. ſin minus, aliis periurus, aliis auarus ...

Iuramentum deprecare, ſiquidem fieri poteſt ... nus ſaltem quoad eius poteſt. *Epict. in Enchirid.*

Iuſiurandum eſt cum diuina veneratione dictio ... pers. *Ariſt. Rhet. ad Alex. c. 17.*

Iuſiurandum ſi quis extenuare voluerit, debet ... homines qui facinoroſi Deos non cernere putan... ſe impune laturos ſi peierant. *ibid*

Iuſiurandum probamus, ſi dixerimus nemine... & humani metu peierare nolle, & homines late... poſſe, *ibid.*

## ¶ Apophthegmata

*Thales*, adultero ſciſcitanti. An abiuraturus ... Non, inquit, eſt periurium adulterio peius. Signi... pientiſſimus, illum ſtulte dubitare de peierando, ... rio par non dubitaſſet committere. Eoq; in ... nil ponderis habet iuſiurandum. Quiſquis enim ... num, audebit & cum periurio inficiari. Thalens ... à Laertio. *lib. 1. c. 1.*

*Solon* tantam morum probitatem ineſſe homini... cebat, vt non opus eſſet ligare iuramento. *Max. ſerm.*

*Cleanthes* dicebat iurantem eo ipſo quo iurat ... rare aut peierare, nam ſi ita iuret, tanquam facturus ... randum attinet, vere ſancteq; iurauit: ſin propo... tanquam non facturus, peierauit. *Stob. ſerm. 28.*

*Cleomenes*, cum Argiuis ſeptem dierum pactus ... obſeruans deprehendiſſet illos tertia nocte ... fiducia ſcilicet induciarum, adortus eſt eos, & alios ... lios abduxit captiuos. Cæterum quum illi probro ... ta iuriſiurandi fides. De diebus inquit pactus ſum ... ditæ ſunt iureiurando. Quanquam & alioqui, ... quis fecerit hoſtibus, id & apud deos & apud ... iuſtitia præſtantius: verum huic magnificæ ... euentus. Nam & vrbe, cuius gratia violarat ... eſt, eo quod mulieres detractis è templis deorum ... tæ ſunt: perinde quaſi diis ipſis, quos contemp... ipſo ſumentibus. Poſtremo verſus in dementiam, ... diolo quodam fodit & incidit corpus à talis ...

... itaque vitam finiit, ridens ore diducto. In hoc apophthegmate nihil habes imitatu dignum, vt vtile tamen exemplum ad vitandum iuriſiurandi violationem. *Plut. in Lacon.*

*Agesilaus* Barbaros, qui iuriſiurandi religionem violaſſent, ita ... ac probare ſolebat, vt diceret eos nulla re magis deos ſibi ... reddere, quam ſi ſacroſanctum iuſiurandum temere viola... *Ælian. l. 4. de Varia hiſt.*

*Pericles* amico roganti, vt pro ſe falſum diceret teſtimonium, ... adiunctum erat iuſiurandum, hoc eſt periurium, reſpondit: ... quidem amicum eſſe, ſed vſque ad aram. Sentiens aliquouſque ... ficandum amicis, ſed citra iuramenti violationem. *Plut. in apoph.*

*Iſocrates* iuſiurandum oblatum duabus de cauſis fide firmandum eſſe ſuadebat. Vel vt teipſum turpi ſuſpicione liberes, vel vt ... cos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum vero gratia etſi ... iam cauſam haberes, non per deos iurandum, dicebat. *Stobæus ſerm. ...*

*Lycurgus* catenus amicis & familiaribus auxiliandum eſſe dice... vt iterum periurium non admitteretur. *ibid.*

*Anaximenes*, Alexander ſtatuerat Lampaſcum diruere. Ad id ... cum Anaximenes veniret obuiam extra muros, depreca... ſuæ ciuitatis pernicem, Alexander ſuſpicans quid eſſet peti... : Iuro, inquit, me non facturum quod petet Anaximenes. ... Anaximenes: Peto, inquit, vt Lampſacum diruas. Captus ... Alexander, & iureiurando compulſus eſt ſeruare quos demo... ſtituerat. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Populus Rom.* Carbone pollicente quippiam & addente iuſiurandum cum execratione: populus viciſſim iurauit, ſe illi non credere. Probis viris & iniuratis habenda eſt fides: leuibus, ne iuratis quidem. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

*Diui Chryſoſtomi.* Quemadmodum ſeruus qui continenter ... perpetuo flagello, nihil imminuitur, aut immutatur: Sic homo ... iurat, & Deum nominat perpetuo, à peccato non repurgabitur.

*D. Hieronymi.* Quemadmodum Iudæi victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent: Sic & iurare permittebatur in Deum, non quod recte hoc facerent, ſed quod melius eſſet Deo id exhibere quam dæmonibus. Euangelica autem veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis, pro iureiurando ſit. *In Matth. c. 5.*

*D. Auguſtini.* Fac te ambulare in alto loco, vbi à parte dextra ... eſt terra, nec vnquam anguſtias patiaris, à ſiniſtris, præceps locus eſt, vbi eligis ambulare. Super finem terræ in labio præcipiti, an inde longe? Puto inde longe. Sic & qui iurat, in fine ambulat pedibus infirmis, quia humanis. Si offenderis, deorſum is: ſi lapſus fueris, deorſum is. *De verbis Iacobi, Ante omnia nolite iurare ſerm. 28.*

¶ ADAGIA.

Iouem lapidem iurare.

*Qui ſancte & religioſe deierant. M. Tull. Cic. in epiſt. Quomodo ... tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum ſcias iratum eſſe ... nemini poſſe.*

Rhadamanthi iuſiurandum· Ῥαδαμάνθιος ὅρκος.

*Dicebatur quod veriſſimum quidem eſſet, cæterum nullum De... ... adſciſceret.*

... iurando, pueri talis fallendi. Ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ ... [illegible]

*Dicebatur nulla re citius imponi poſſe quam iureiurando, quod ... tam improbus eſſe credatur, qui id velit violare.*

Venereum iuſiurandum. Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

*Id eſt, Venereum iuſiurandum non punitur. Senſus eſt: Amantium iuſiurandum irritum eſſe, neque ad Deos quicquam pertinere ... iocoſum.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Iuramenti tam boni quam mali, violati, & inuiolati *exempla.* Abraham, *Gen.* 14 *v.* 22. Abraham & Abimelech, 21. *v.* 23. Seruus Abrahæ, 24. 9. Eſau, 25. 33 Abimelech, Ochozath, Phicol & Iſaac, 26. 31. Iacob, 31. *v.* 53. Ioſeph, 42. *v.* 15. 16. & 47 31. fratres Ioſeph, 43. 3. Deus, *Num.* 14. *v.* 28. 29. & 32. 10. *Deut.* 1. *v.* 35 3. & 26. *v.* 3. & 27. 3. & 29. *v.* 13. ... Exploratores Ierichuntis, *Ioſ.* 2. 12. Ioſua cum principibus ... 9. 15. Moſes, 14. 9. Iſraelitæ, *Iud.* 21. 1. *Amos* 8. 14. *Soph.* 1. 4. 5. Ruth ... 1. 17. Anna, 1. *Sam.* 1. *v.* 26. Eli, 3 17. Dauid & Ionathas, 20. *v.* 3. 13. Saul, 14 39. & 19. 6. & 28. 10. Populus Iſrael, 14. 45. Abner. 17. 5. Dauid, 24. 23. & 25. *v.* 22. 34. & 30. 15 2 *Sam.* 3. 35. & 4. 9. & 12. 5. & 19 *v.* 13. 1. ... 2. *v.* 17. 29. Achis, 26. 6. Ioab, 2. *Sam.* 2. 27 & 19. 7. Mulier Thecuitis. ... Viri Dauidis, 21. 17. Salomon. 1. *Reg.* 2. *v* 23. 24. Elias, 17. 1. & 18. ... Mulier vidua, 17. 12. Abdias, 18. 10. Iezabel, 19. 7. Eliſæus, 2. *Reg.* 2. *v.* ... & 3. 14. & 5. 16. Vidua paupercula, 4. 3. Giez, 5. 20. Rex Syriæ, 6. 31. Godolias, 2. *Reg.* 25. *v.* 24. *Ier.* 40, 9. Iuda, 2. *Paral.* 15. 14. Sacerdotes & ... Iſrael, 1. *Eſdr.* 8. 97. Nabuchodonoſor, *Iudith.* 1. 12 Deus omnipotens, *Eſa.* 14. 24. & 45. 23. & 54. 9. & 62. 8. & 48. 1. *Ier.* 5. 14. *Amos* 6. 8. & 8. 7. *Ezech.* 16. 7. *Actor.* 2. 30. Iudæi, *Ierem.* 5. 7. Sedechias, 38. 16. Vir indutus lineis, *Dan.* 12. *v.* 7. Herodes, *Matth.* 14. *v.* 7. 7, *Marc.* 6. 23. Petrus, *Matth.* 26. 72. 74. *Marc.* 14. *v.* 7. Paulus, *Rom.* 1. 9. & 9 *v.* 1. 1 *Cor.* 15. & 31. 2. *Cor.* 1. 23. & 21. 31. *Gal.* 1. 20. *Philip.* 1. *v.* 8. 1. *Theſſ.* 2. 5. *verſ.* 10. 2. *Theſſ.* 2. *v.* 1. Angelus, *Apoc.* 10. 6.

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Veteres interdum.* metu peierandi, Deorum nomina omittebant, & formula tantum iuſiurandi contenti erant, οὐ μὰ τὸν; vel ναὶ τὸν. Interdum ſimpliciter per ipſum ὅρκον, vti *Pindarus* ναὶ μὰ τὸ ὅρκον eiuſq; *Scholiaſtes, Brodeo recitante l. 1. 3. Epigram.*

*Apud Thebas Aegyptias* (quæ vrbs antiquiſſima eſt omnium) maximum habet iuſiurandum per Oſiridem in Philis ſitum, omnibus Oſiridis partibus, præter pudenda, ibi ſepultis, *Diodor, libro 1. capite 2.*

*Orpheus*, ſi quis diuinam iuſtitiam atteſtari vellet per numina octo iurare permiſit, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, ſolem, phanem & noctem. *Alex. l. 5. c. 10.*

*Sunt apud Haliartios* ad montem Tilphuſium ſub dio Dearum ædes, quas vocant Praxidicas, ac ſi vindices dicas: ad earum aram iuſiurandum concipiunt, quod irritum neutiquam habent. *Pauſanias in Bœoticis.*

*Sophocles* per Laperſas, hoc eſt, Caſtorem ac Pollucem: Perſæ per Mithram, hoc eſt, ſolem: Lacones per Spartanos & Argiuos Deos, νὴ τὼ σιώ, per Geminos iurare ſolebant. *Alex l. 5. c. 3.*

*Numa* maximum iuſiurandum Romanis ſtatuit Fidem. *Plut. in Numa.*

*Veſtales* ſi quando apud Romanos ſacramento adigebantur, non niſi per Veſtam iurabant. *Theat. Zuing.*

*Romanis* frequens fuit iuſiurandum, per Deos & Deorum numina, perq; terram, mare & ſidera, firmare fidem. *idem.*

*Pœni* domi foriſue ſemper per patrios deos iurabant, *Alexand. lib. 5. c. 10.*

*Cappadoces* per montem, quem pro Deo colunt *Alex.*

*Græcis* per terram, per fontes, amnes fluentes ſanctiſſimum iuſiurandum fuit *Alex.*

*Maſſagetæ* per Tanaim & Mæotidem paludem. *idem.*

*Scytæ per Ventum & Acinacem. Lucian in Toxar.*

# Ius.

¶ DEFINITIO.

IVs, Græce δίκη, ης, ἡ, dicitur. Eſt autem ordinatio ciuilis ſocietatis. *ſecund. Ariſt. lib Politic.* Vel ſic:

Ius eſt quod vel natura, vel ciuitas, vel populus, vel gens, vel conſuetudo iubet.

Ius naturale eſt, quod vbique eandem habet vim, non quia ſic videatur: vel non. *ſecund. Ariſt. lib.*

Ius naturale eſt commune omnium nationum, eo, quod vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione habetur aliqua, *vt habetur diſtinct 1. in princ.*

Ius ciuile eſt, quod eſt ſociale ad vitam: vt ſufficiens ſit ad libertatem, & qualitatem, vel ſecundum proportionem, vel ſecundum numerum. *Ex Ariſt. lib. 5 Ethic.*

Ius ciuile eſt, quod quiſque populus, vel ciuitas ſibi proprium, diuina, humanaq; cauſa conſtituit. *vt habetur diſt. 1. circa princ.*

Ius gentium eſt ſedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde ius gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes vtuntur, *vt habetur diſt, 1. Ius gentium.*

Ius militare eſt belli inferendi ſolemnitas fœderiſque faciendi nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtem, vel pugnæ commiſſio, Item ſigno dato receptio. *vt habetur diſt. 1. Ius militare.*

Ius *primo* impoſitum eſt ad ſignificandum rem iuſtam. *Secundo* artem, qua cognoſcitur. *Tertio* locum. *Quarto* id, quod redditur à iudice. *Ex B. Th ſecund Secundæ q. 57. art. 1.*

Ius & æquitas ſic differunt, quod ius omnia recta, & inflexibilia exigit: æquitas vero eſt, quæ de iure multum remittit. *ſecundum Donatum ſuper Tprent.*

Ius & fas quo modo differunt, *vide ſupra in Fas.*

Ius & lex differunt, quia ius generale nomen eſt: lex vero iuris eſt ſpecies: *ſecundum Iſidorum lib. Etymologiarum, & habetur diſt. 1. princ.*

Ius patronatus eſt poteſtas præſentandi clericum ad beneficium eccleſiaſticum. *ſecund. B. Th. 4. ſent. diſt. 25. q. 3 art. 2.*

Ius patronatus laicis conceditur, vt citius inducantur ad fundandum, vel dotandum eccleſias. *gloſſ. in extraua. gloſſ. 22. ſuſcepti regiminis de elect. ver. vel perſonu.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Ius, à iuſſu, vt quidam volunt, deducitur. Heb. *Dath.* mandatum, edictum, decretum, conſtitutio: *Eſth.* 1.2.3.4.8. & 9. *c. pluries. Eſd.* 9. I. à verbo *Doth.* ordinauit, edictum decreuit, mandauit, conſtituit præceptum. Significat idem quod *Dathath.* Vndeetiam *Dath, Deut.* 33.2. Hinc τάγτω & τάσσω, ordino, cum ſuis compoſitis διατάττω & ἐπιτάττω, iubeo, mando, προστάττω, impero, præſideo, προστατεύω, præſum, &c. Quod autem apud Græcos omnia verba quæ per duplex ττ efferuntur, poſſint etiam per duplex σσ ſcribi, fit hac ratione, quod ת non *Dagheſſatum* ad vtriuſq; literæ poteſtatem declinat. Verbaliter autem non vſurpatur hæc radix, ſed nominaliter tantum. 2. Ius dicitur Hebræis, *Miſſchpat*, iudicium, à verbo *Schaphat*, iudicauit, ius dedit, ius tribuit, 3. *Tſedhek*, & *Tſedhakah*, iuſtitia, tam politica, quam theologica, à verbo *Tſadhak*, iuſtus fuit, Vide IVSTITIA. 4. *Torah*, lex, vide LEX & Etymologicon trilingue *Lugdun. p.* 406.

¶ LOCI BIBLICI.

Ius gladii, *Gen.* 9. *v.* 6. *Exod.* 21. *v.* 12 *Leuit*, 24. *v.* 7. *Num.* 35. *v.* 20. 21. *Deut.* 19. *v.* 11. 12. & 12. *v.* 13. *Matth.* 26. *v.* 52 *Rom.* 13. *v.* 4. 1. *Pet.* 2. *v.* 14. *Apoc.* 13. *v.* 10. Ius belli in expugnandis vrbibus, *Deut.* 20. *v.* 10. 11. 12. Ius publicum, Dei opus, *Prou.* 16. *v.* 1. ideoq; non violandum. 20. *v.* 10. Ius regium, *Deut.* 17 *v* 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20. Ius iniqui & effrænis regis, ſiue tyranni, 1. *Sam.* 8. 2. 11. 12. 19.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Horat. 1. Serm. 3.

*Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt,*
*Tempora ſi faſtoſque velis euoluere mundi:*
*Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,*
*Diuidit vt bona diuerſis fugienda petendis.*

Ouid. 3. Art.

*Iudice me fraus eſt conceſſa, repellere fraudem,*
*Armaq; in armatos ſumere iura ſinunt.*

Ouid. 5. Triſt. 8.

*Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum*
*Victaq; pugnaci iura ſub enſe iacent.*

Sen. Herc. fur.

*Ius eſt in armis: opprimit legis pudor.*

Sen. Agam.

*Periere mores, ius decus, fides.*

Lucan. 1.

*Imminet armorum rabies ferriq; poteſtas*
*Confundet ius omne manu. ſcelerisq; nefando*
*Nomen erit virtus, multoſq; exibit in annos.*

Horat. 1. Serm. 3.

*Iura inuenta metu iniuſti.*

Terent. Heaut.

*Verum illud Chreme*
*Dicunt: ius ſummum ſumma ſæpe malitia eſt.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Eſt ius in medio eius, quod non eandem habet proportionem atque rationem. *Ariſt. l.* 5. *Eth c.* 3.

In damni lucriq; medio ac moderatione ius poſitum eſt, id quidem quod non à voluntate proficiſcitur, cum & antequam res contrahatur & poſtquam contra eſt, æquabile ius obtinetur. *Ethicorum lib.* 5, *c.* 4.

Inter quos ius eſt duo ſunt: in quibus cernuntur res duæ. Eademque erit æqualitas & parilitas & eorum hominum inter quos ius eſt, & earum rerum in quibus ſpectatur. Vt enim inter ſe affectæ ſunt res eæ in quibus ius poſitum eſt, ſic etiam ii inter quos ius eſt, inter ſe affecti ſunt, *Ethic. lib* 5. *c.* 3.

Ius æquabile eſſe videtur: æquabile autem ac æquum eſt: quod multitudini viſum ſit ita valere, *Lib.* 5. *de Repub. c.* 0.

Videtur quod æquabile eſt id ius eſſe ſicuti eſt, ſed non omnibus: ſed iis demum qui pari iure & conditione viuunt: & quod inæquale eſt, ius videtur eſſe (eſt enim) ſed non omnibus: verum iis qui non pari ſunt conditione, *l.* 3. *de Repub. c.* 6.

Pares non æquo, aut impares æquo viuere iure contra naturam eſt. Quod autem repugnante natura fit, id non decet, *Lib.* 7. *de Repub. cap.* 3.

Ius id quod in contrahendis negotiis cernitur quædam pars eſt æquitatis, & iniuria iniquitatis: ſed tamen non ad illam analogiam & comparationem, verum ad Arithmeticam pertinet, *Lib.* 5. *Eth. capite* 4.

Iuris ciuilis ſummo ſemper in honore fuit cognitio atque interpretatio, *Cic.* 2. *Offic.*

Nihil eſt in ciuitate tam diligenter retinendum, quam ius ciuile. Etenim hoc ſublato nihil eſt quare exploratum cuiquam poſſit eſſe, quid ſuum, aut quid alienum ſit. Nihil eſt quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus eſſe poſſit, *Pro Ceci.*

Ius ciuile eiuſmodi eſſe debet, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neq; adulterari pecunia poſſit. Quod ſi non modo oppreſſum, ſed etiam deſertum, aut negligentius obſeruatum erit, nihil eſt quod quiſquam ſe habere certum, aut à patre acceptum, aut relicturum liberis arbitretur, *idem.*

Veri iuris, germanæque iuſtitiæ ſolidam & expreſſam imaginem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur. 3. *Offic.*

Definiebant Pythagorei ius id eſſe, quod viciſſim [...] retur. Atqui ius hoc nec ad legitimum neq; ad ciuile [...] uile autem dico, id quod commune eſt inter ciues, [...] nionem pertinet, *Ariſt. l.* 5. *Ethic. c.* 5.

Tum in priuatis, tum in publicis diſputationibus [...] cenda ſunt orationis exordia. *Dionyſ. Halicar. l.* 6.

A veritate laborare nimis ius ſæpe, aiunt, [...] *Liu. de cand.* 3, *lib.* 2.

Commune omnium gentium ius vetat quenquam [...] one aut iudicio fraudari. *Dionyſ. Halic. lib.* 5.

De iure, pro rationis humanæ captu, inter eos qui [...] bus prædicti inter ſe coire cogi ve poſſunt, fieri [...] Poſſibilia vero faciunt qui plus viribus poſſunt, & [...] tentioribus ſe ſubmittere ſolent. *Thucyd. lib.* 5.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Seruidius Scæuola*, vir tum iuriſprudentia, tum [...] peratoris amicitia celebris, dicere ſolitus eſt: ius [...] ſcriptum eſſe, non dormitantibus, Sentiens, Iuriſpru[...] ſine ſummo ſtudio percipi: quemadmodum Ariſto[...] libros Naturalium vt non eſſent editi, niſi viua vo[...] deret. *Refertur libro Pandectarum* 42. *titul.* Qua[...] *l. pupillus.* Verum vt Scæuola merito requirit ſtudi[...] tiam à iuriſprudentiæ candidatis: ita nemo non [...] tentiam Iodoci, qui Mechlinienſi ſenatui, præcedi[...] nim non magna contentione tuebatur, neminem p[...] legis intelligentiam conſequi, qui quicquam ſciret [...] Et cum in conuiuio quodam mecum diſputans [...] bat, vix eſſe tres in orbe, qui leges Cæſareas intelli[...] huic conuiuio Ioannes Syluagius, Caroli tum regi[...] Georgius ab Haloino, Blaſius iureconſultus, & ali[...] batur tamen, Bartolum leges ad plenum intelleriſſe [...] illum tot locis hallucinatum eſſe. *Eraſ. Roterodam.* [...]

*Alexander Seuerus.* Neceſſe eſt, inquiebat, vt [...] Ego vero non patiar mercatores poteſtatum: quos [...] nare non poſſum. Erubeſco enim punire illum ho[...] & vendit. *Lamprid. in Alex. Seuero.*

¶ SIMILITVDINES.

*D. Auguſtini.* Non omne quod laudamus omn[...] ramus eſt anteponendum. Neque enim quia laud[...] plumbum, ob hoc illud vituperando auro pluris [...] nim genere quidque conſiderandum eſt. Improbo [...] multas leges ignorantem: ſed eum tamen probatiſſ[...] præfero, vt ne comparandum quidem reprehendo. [...] *bus animabus contra Manichæos.*

*Thriueri.* Improbi artifices ſemper relinquunt [...] oni. Et legulei occaſionem liti. *In apoph.* 12.

# Iuſtitia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLO[...]

IVſtitia, Græce δικαιοσύνη, ης, ἡ, & δίκαιος, ε, ὁ, [...] iuſte dicitur. Eſt autem iuſtitia habitus, per qu[...] perationes fiunt, per quem agunt & volunt re[...] *Ariſt lib.* 5. *Ethicorum.*

Iuſtitia eſt virtus, qua ſinguli ſua ſecundum leg[...] *cund. Ariſt. l.* 1. *Rhet.*

Iuſtitia eſt virtutum præclariſſima, & ipſa eſt om[...] *dum Ariſt. l.* 6. *Ethic.*

Iuſtitia eſt ſplendor magnus, ex quo viri boni no[...] ius munus primum eſt, ne cui quis noceat, niſi laceſſ[...] Deinde vt communibus pro communibus vtatur, p[...] *ſecundum Cic. lib.* 1. *de Offic.*

Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate [...] cuiq; tribuens dignitatem. Eius partes ſunt religio, p[...] vendicatio, obſeruantia, veritas. *ſecundum Cic. l.* 2. *Rhet.*

Iuſtitia eſt æquitas ius vnicuique rei tribuens pro d[...] iuſque. *ſecundum Cic.* 3. *Rhet.*

Iuſtitia eſt ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. De [...] innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affe[...] tas: his virtutibus vir bonus primum ſui, atque de[...] efficitur. *ſecundum Macrobium.*

Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum [...] tribuens: Voluntas genus eſt: ſpecies ſunt fortitudo [...] um cuique tribuere, eſt differentia, qua à fortitudine [...] diſcernitur.

Conſtans & perpetua voluntas, id eſt, Idea ſeu for[...] ma à qua præſcriberis, nunquam refugiens: ſicut [...] tura eſt indita vis, quæ colores à ſe inuicem ſecern[...] ſtitiæ Idea eſt immutabilis, certa & perpetua. Vt [...] non poteſt non dolere, cum vulnus accipit: Ita [...] petuo improbat, quoties alicui ius ſuum non tribu[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…am certus eſt animus, hanc notionem certam eſſe veramque: …tum maius eſſe ſuis partibus: Ita ſemper ſentit iuſtitiam eſſe, ne…em lædere. Polyphemus familiariter interrogatus, an puteri…ſte eſſe deuorare homines? non poteſt non fateri ſe iniuſtè id fa…re. Ius itaq; vnicuiq; tribuere, eſt neminem lædere: Et inde aſſe… iuſtitiam eſſe, quæ neminem lædit. Plato in 1. de Republ. hanc …t definitionem, quam tamen vult eſſe Simonidis, ab eo poſtea …atus eſt Vlpianus Iureconſultus, *In l. Iuſtitia.* & Iuſtinianus, *…e iuſtitia & iure in principio.*

…ſtitia, Hebr. *Tſedhakah*, à verbo *Tſadhak*, iuſtificauit, culpa …ſoluit, & iuſtum aliquem pronuntiauit: id quod maxime fit in …diciis. Proprium Dei eſt iuſtificare? atq; Deo proprie tribuitur …titiæ nomen, vnde ab Apoſtolo iuſtus iuſtificanſque nominatur. …m. 3. 10. Quum enim gratis nos propter Chriſtum iuſtificat, iuſti …dicis & clementiſſimis fungitur officio. Hanc perfectiſſimam, …meriq; omnibus abſolutam ſapientiam & bonitatem in Deo …ptura ſacra iuſtitiam: & Deum *Tſadhik*, id eſt iuſtum, ſumme …num, clementem, beneficum, ſed & peccatum ſeuere vlciſcen…em, appellant.

Ab hac voce *Tſadhik*, quidam deductum volunt τὸ δίκαιον, iu…ſtum, abiecta prima ſyllaba ſeu litera, vt à dia, δίκαιος deducatur. …iſtoteles melius, *lib. 5. Ethic. cap. 7.* deriuat à δίχα, bipertito: quod …n duas ſuo modo æquales partes rem diuidat iuſtus & æquus ho…mo, vel iudex, neutri parti aut perſonæ plus minuſve iuſta & rata …portione tribuens: δίκαιος ſit quaſi δίχαιος. Quæ etymologia iu…ſtitiæ diſtributiuæ conuenit, qua vnicuique tribuitur quod ſuum …eſt. Ideo Cicero *lib. 5.* de finibus, iuſtitia (inquit) eſt animi affectio …ſuum cuiq; tribuens. Nulli autem hoc melius aut proprie conuenit …quam Deo, qui citra perſonarum reſpectum vnicuique tribuit …quod ſuum eſt: bonis quidem gloriam & honorem: malis autem …iram & confuſionem.

Latini à iure iuſtitiam deducunt, & iuſtum eum eſſe affirmant, …qui præcepta iuris ſeruat. Ius autem à iubendo: nam ius id eſt, quod legibus iubetur atque ſancitur. Iudex iuſtus dicitur, quia …iuſta imperat. Quis autem aut ius in nos maius habet, autori…tatemque iubendi, aut iuſtiora, æquiora, meliora, rectiora iubere …poteſt, quam Deus?

Porro iuſtitia quatuor ſignificat. 1. Bonitatem omnibus nume…ris abſolutam. Et iuſtitia illa generalis eſt virtus qua ſimpliciter …aliquis non ſolum in ſe omni ex parte bonus, probus & perfectus …eſt, verum etiam erga alios. Hæc in Solo Deo, tum in ſeipſo, tum …erga omnes perfectè bono reperiri poteſt. 2. Iuſtitia ſpeciatim …ſignificat eam virtutem & probitatem, qua aliquis bonus, ſincerus …tus & integer eſt, non ſimpliciter, ſed ſecundum ſtatum & con…ditionem, ſeu perſonam quam gerit, ita vt in ea ſit irreprehen…ſibilis. Hæc iuſtitia penes Deum ſolum eſt, qui eſt iuſtus Deus, …iuſtus Dominus, iuſtus iudex, iuſtus pater. 3. Tertia iuſtitiæ ſignificatio eſt iuſtitiæ, in diſtributiuam & correctiuam diſtinctio. Conſiſtit enim in diſtributione munerum, præmiorum, rerum, atque vt in contractibus & commerciis debita ſeruetur æqualitas: deinde vt in iudiciis, citra perſonarum acceptionem ius dicatur, vitia corrigantur, ſontes damnentur, innocentes abſoluantur. Denique virtus eſt ius vnicuique ſuum tribuens. Hæc iuſtitiæ ſpecies Deo apprimè modiſq; omnibus conuenit, cuius proprium eſt vnicuique reddere ſecundum opera ſua: ita in hac etiam vita atrocibus pœnis atrocia punire ſcelera, & inſontes tueri. 4. Veritas ipſa ſeu fides, quæ in dictis ac promiſſis ſeruatur, ſignificatur nomine iuſtitiæ: & ille iuſtus dicitur, qui quantum promittit tantum etiam præſtat, nam hoc iuſtum eſt, vt ſtetur promiſſis. Id autem maximè Deo competit, qui verax, fidelis, iuſtus eſt & frequenter nominatur in ſacris ſcripturis. Vide Etimologicon trilingue Lugdun. anno 1607.

*Iuſtitia inter homines ſtabilita, quodam exemplo hiſtorico illuſtrata.*

Romæ poſt exactos reges Sextus Papyrius leges curiatas (quas regum tempore, populus in triginta curias à Romulo diuiſus, à regibus latas, ſuo calculo confirmarat) ſine ordine latas, in vnum compoſuit, quod ab eo *Ius Ciuile* Papyrianum fuit appellatum. Deinde omnes hæ leges, lege tribunitia exoluerunt, & incerto iure populus vſus eſt fere per 20. annos, Decemuiri inde creati, qui ab Athenienſibus Leges decem tabularum peterent, quas in tabulas eburneas perſcriptas, pro roſtris compoſuerunt. Sequenti anno alias duas tabulas adiecerunt, & *Leges XII. Tabularum* ſunt appellatæ: quarum ferendarum autorem fuiſſe Decemuiris Hermodorum quendam Epheſium exulem, aiunt. Ex his legibus actiones natæ ſunt, quarum formulæ, vti & Legum interpretatio, apud ſolos fuit Pontifices fere per 100. annos. Poſtea cum Appius Claudius ad formam redegiſſet has actiones: Cn. Flauius ſcriba ſubreptum librum populo tradidit. Hinc igitur liber qui actiones continet *Ius Flauianum* appellatur. Augeſcente deinde ciuitate, quia deerant quædam agendi genera, Sext. Ælius compoſuit alias actiones, & librum populo dedit qui appellatur *Ius Ælianum*. Deinde cum plebs à patribus ſeceſſiſſet, ſibi iura conſtituit, quæ *Plebiſcita* dicuntur. Mox cum reuocata eſt plebs, pro legibus placuit ea obſeruari lege Hortenſia. Cœpit poſtea Senatus ſeſe interponere, & quicquid conſtituiſſet id obſeruabat; & *Senatus Conſultum* dicebatur. Eodem tempore & Magiſtratus iura dabat, & vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſeque præmuniret, *Edicta* proponebat, quæ *Ius Honorarium* conſtituerunt, quia ab honore Prætoris venerat. Conſtituto poſtea Principe, datum eſt ei Ius, vt quod conſtituiſſet ratum eſſet, quod *Ius Principale* dicitur ſiue Principalis conſtitutio. *Hæc ex Pomponio Lib. 1. Digeſt. Tit. 2. de Orig. iuris.*

¶ DIVISIO.

…TITIA
- *Proprie dicta, & eſt habitus ſecundum quem conſtanti & perpetua voluntate ius ſuum vnicuiq; redditur: & eſt duplex, ſcilicet*
  - *Generalis dupliciter,*
    - *Cauſaliter qua præcipiuntur & ordinantur actus omnium virtutum ad bonum commune, & differt realiter ab omni alia virtute, & vocatur iuſtitia legalis quæ eſt in*
      - *Principe primo & quaſi archirectonice.*
      - *Subditis ſecundo, & quaſi miniſtratiue.*
      - *Quibus opponitur Iniuſtitia legalis.*
    - *Per prædicationem & eſt idem realiter cum omni virtute.*
  - *Particularis, & eſt habitus conſtituens æqualitatem ad alteram ſingularem perſonam, cuius*
    - *Materia.*
      - *Circa quam, id eſt, obiectum eſt Ius, quod eſt opus adæquatum alteri ſecundum aliquem æqualitatis modum.*
      - *In qua, id eſt ſubiectum perfectibile per iuſtitiam, eſt Voluntas quam perficit ipſa iuſtitia. B. Thom. ſecunda ſecundæ q. 84. art. 4.*
    - *Actus? Reddere vnicuique quod ſuum eſt.*
    - *Partes*
      - *Subiectiue, quæ ſunt ſpecies eius*
        - *Diſtributiua, quæ conſtituit ex debito æqualitatem: ſecundum proportionem. Cui opponitur Acceptio perſonarũ.*
        - *Commutatiua, conſtituens ex debito ad alterum æqualitatem ſecundum quantitatem. Cui opponitur Iniuſtitia commutatiua.*
      - *Integrales, ad perfectum actum iuſtitiæ pertinentes ſunt*
        - *Generalis, cuius partes*
          - *Declinare à malo.*
          - *Facere bonum.*
        - *Legalis,*
          - *Declinare à malo.*
          - *Facere bonum.*
        - *Particularis,*
          - *Facere bonum debitum proximo.*
          - *Vitare oppoſitum.*
      - *Potentiales,*
        - *Secundum Ciceronem.*
          - *Religio.*
          - *Obſeruantia.*
          - *Veritas,*
          - *Gratia.*
          - *Vindicatio.*
        - *Secundum Andronicum Peripateticũ*
          - *Bona commutatio quæ habita cuſtoditur æqualitas in commutationibus.*
          - *Legis poſitiua, quæ operationes politicæ ad communitatem referuntur.*
          - *Eugnomoſyna, quaſi bona gnome, & eſt bona iuſtificatio, quam homo ſponte ſeruat non ſecundum legem ſcriptam, & pertinet ad iuſtitiam.*
          - *Euſebia dicitur quaſi bonus cultus*
- *Metaphorice dicta, quæ eſt ad ſeipſum ſecundum diuerſas partes Et eſt rectitudo ordinis in partibus omnibus. vt ſcilicet iraſcibilis & concupiſcibilis ſubdantur voluntati, & voluntas rationi.*

- Secundum Macrobiũ.
  - *& eſt ſcientia Dei ſamul... do more Socratico. Ille enim ... tutes vocabat ſcientias.*
  - *Sanitas.*
  - *Euchariſtia, id eſt, bona g...*
  - *Vindicatiua, vt Cicero.*
  - *Benignitas.*
  - *Liberalitas.*
  - *Innocentia, qua declinatur ... ciuo propter virtutem.*
  - *Amicitia, qua homo bene ... exteriori coniuctu.*
  - *Concordia in exteriori, & ... æquales.*
  - *Religio, qua homo bene ... Deum.*
  - *Pietas ad patriam & paren... ad ſuperiores.*
  - *Affectus quo placent bona ...*
  - *Humanitas, qua ſubuenit ... bus eorum, & hæc duo ...*

IVSTITIA
- *Diuina.*
- *Naturalis.*
  - *Religio, Pietas, Charitas, Gratia, Vindicatio Fides, Obſeruãtia. Veritas.*
  - *Contraria.*
    - *Superſtitio, Dei neglectus, Scelus. Odium, Ingratitudo, Abiectio, Fraudatio, Aduerſio, Vanitas.*
      - *Diſſimulatio, Iactantia,*
- *Conſuetudinaria.*
  - *Bella, Diſcretæ gentes, Regna condita. Dominatus diſtincti, Termini agris poſiti, Ædificia collata, Commercia,*
  - *Emptiones, Venditiones, Locationes, Conductiones, Obligationes Liberi, Serui.*
  - *Libertini, Pactum, Par, Iudicatum, Manumiſſio,*
- *Ciuilis.*
  - *Lex, Senatuſconſulta, Iudicatæ res, Authoritas Iuriſperitorũ, Plebiſcita. Decreta, Edicta Magiſtratuum, Mos,*
  - *Æquitas.*
    - *Vna legitima. Altera conueniens, Tertia, more vetuſto confirmata.*
      - *Modeſtia.*
        - *Opportunitas.*
        - *Ordo.*

### ❡ Loci Biblici.

Iuſtus: Iuſti, pro iis, qui iuſtitiæ opinionem ſibi arrogant, & iuſti ſibi videntur, *Matth*.9.13. *Luc*.5.32. Iuſtus, pro apud homines innocente, non occidendus, *Exod*.23.*v*.7 Iuſti apud Deum qui, *Rom*. 2.*v*.13.1 *Ioan*.3.*v*.7. Iuſtus accuſator ſui, *Prou*.18.*v*.17. Iuſtus Chriſtus 1.*Pet*.2.*v*.22. Iuſtus coram Deo nemo, *Iob* 4.*v*.17.& 9.*v*.2.& 25.*v*.4. *Pſalm*.143.*v*.2. *Eccl*.7.*v*.5. Iuſtus Deus, *Deut*.32.*v*.4. Iuſtus fide ſua viuit, *Abac*.2.*v*.4. *Rom*.1.*v*.17. *Gal*.3.*v*.11. *Heb*. 10.*v*.38. Iuſtus pronunciatur Publicanus, *Luc*.18.*v*.14. Iuſtus vix effugit tribulationes, 1.*Pet*.4.*v*.18. Iuſto auertenti ſe à via, mors, *Ezech*.18.& 24.& 33.*v*.12. Iuſto non eſt lex poſita, *Galat*. 4.*v*.23.1. *Tim*.1.*Verſ*.9. Iuſti & beati, *Pſalm*.32.*v*.1. Iuſti iudicabunt impios, *Prou*.14.*v*.19. Iuſtorum finis incognitus, *Eſa*.47.*v*.1. Iuſtorum reſurrectio, pro extremo iudicio, *Luc*.14.*v*.17. Iuſtorum ſecuritas, *Prou*.28.*v*.1. Iuſtus pro ſumme veraci, & fideli, *Rom*.3.*v*.26.

### ❡ Sententiae Biblicae.

*Iuſtitia Phariſaica defectio.*

Dico autem vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. *Matth*.5.

Et ait illis (ſcilicet Phariſæis) Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. *Luc*.16.

*Legalis imperfectio.*

Scimus, quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro, coram illo. *Rom*.3.

Quid ergo dicemus? quod Gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam: iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt: Iſrael vero ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus. *Rom*.3.

Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. 10.

Scientes autem, quod non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, *Gal*.2.

Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. 5.

Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex Fide Chriſti Ieſu, quæ eſt ex Deo ... de. *Philip*.3.

Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc ... peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus non po... ge Moyſi iuſtificari. *Actor*.13.

*Iuſtitiæ Chriſti imputatio.*

Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſti...

Iuſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda. *Pſalm*...

Et annunciabunt cœli iuſtitiam eius. 21.

Meæ ſunt iuſtitiæ & imperium. Ad eum venient & ... tur omnes, qui repugnant ei. In Domino iuſtificab... tur omne ſemen Iſrael. *Eſa*. 45.

Iuxta eſt, qui iuſtificat me, quis contradicet mihi? ...

Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ... gis iuſtificabuntur. Quoniam quidem vnus eſt Deus ... circumciſionem. *Rom*.2.

Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus ... fert iuſtitiam ſine operibus. 4.

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis pecca... tuti ſunt multi: ita per vnius obedientiam iuſti conſ... ti. 5.

Vt ſicut regnauit peccatum in mortem; ita & gratia ... iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dom... ſtrum. *ibidem*.

Nihil ergo nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chr... qui non ſecundum carnem ambulant. Lex enim ... Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. ... poſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: ... ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de pecc... nauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur ... qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ...

Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus eſt, qui ... Quis eſt qui condemnet? *ibidem*.

Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecundum ele... tiæ Dei ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia: iam non ex ... oqui gratia non eſt gratia. 11.

Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt ... pientia à Deo & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio, ... admodum ſcriptum eſt. Qui gloriatur, in Domino glorietur. ... *Corinth*. 1.

Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis pecca...

Iuſtificaremus iuſtitia Dei in ipſo. 2. Cor. 5.

Qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuũ & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia. 2. *Tim.* 1.

*Ad Deum ordinatur iuſtificatorum iuſtitia.*

Beatus vir, qui in ſapientia ſua morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur *Eccl.* 14.

Qui cuſtodierit iuſtitiam, continebit ſenſum eius 21.

Cuſtodite iudicium, & facite iuſtitiam: quia iuxta eſt ſalus mea, venire, & iuſtitia mea, vt reueletur. *Eſa.* 56.

Occurriſti lætanti & facienti iuſtitiam, in viis tuis recordabuntur tui 64.

Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt *Matth.* 6.

Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. *Iacob.* 3.

Omnis qui facit iuſtitiam, ex Deo natus eſt. 2. *Ioan.*

Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. 3.

*A Deo gratis remuneratur.*

Dominus autem retribuet vnicuiq; ſecundum iuſtitiam ſuam, & fidem 1. *Reg.* 26.

Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo. *Pſ.* 17.

Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. 106.

Iuſtitia liberabit à morte. *Prou.* 10.

Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iuſtitia autem liberabit à morte. 11.

In ſemita iuſtitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem. 12.

Abominatio eſt Domini via impii: qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo. 15.

Initium viæ bonæ, facere iuſtitiam: accepta eſt autem apud Deũ magis, quam immolare hoſtias, 16.

Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem, mortis eſt acquiſitio. (De voluptuoſis & bonorum oppreſſoribus dicitur) *Sap.* 1.

Excæcauit enim eos malitia eorum, & neſciuerunt ſacramenta Dei, neque ſperauerunt mercedem iuſtitiæ 2.

Qui cuſtodierint iuſtitiam, iuſte iudicabuntur: & qui didicerint iſta, inuenient quid reſpondeant.

Et ſi iuſtitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes: ſobrietatem enim & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus nihil vtilius eſt in vita hominibus. 8.

Datio Dei permanet iuſtis. *Eccl.* 11.

Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat. *ibid.*

Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. *Eccl.* 14.

Et omne opus electum iuſtificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo. *ibid.*

Ante iudicium para iuſtitiam tibi. 18.

Si ſequaris iuſtitiam, apprehendes illam, & indues quaſi podorẽ honoris & inhabitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum: & in die agnitionis inuenies firmamentum 27.

Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, & melior eſt omni auro & argento. 30.

Et erit opus iuſtitiæ pax: & cultus iuſtitiæ, ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. *Eſa.* 32.

Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus exercituum. *Ezech.* 14.

*Iuſtitia noſtra quomodo ad Deum comparatur.*

Vere ſcio quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo comparatus Deo. *Iob.* 9.

Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit. *ibid.*

Numquid homo Dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? 4.

Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo? aut apparere mundus natus de muliere? 15.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. *Pſ.* 142.

Septies enim in die cadet iuſtus, & reſurget. *Prou.* 24.

Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *Eccl.* 7.

Non te iuſtifices ad Deum: quoniam agnitor cordis ipſe eſt, *ibidem.*

Deus ſolus iuſtificabitur 18.

Reduc me in memoriam & iudicemur ſimul: narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me. *Eſa.* 43.

Ecce, tu iratus es, & peccauimus, in ipſis fuimus ſemper & ſaluabimur. Et facti ſumus vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ. 64.

Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum, 1. *Cor.* 4.

*Iuſtitiæ humanæ conſeruatio.*

Iuſtitia eleuat gentem: miſeros autem populos facit peccatum, *Prou.* 14.

Qui ſequitur iuſtitiam: & facit miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam, & gloriam 21.

Pro iuſtitia agonizare pro anima tua vſq; ad mortem, certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos, *Eccl.* 4.

Qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur. 20.

*Violatio.*

Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua. *Eſa* 1.

Et tenebit iuſtus viam ſuam. *Iob.* 17.

Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram. 27.

Simplicitas iuſtorum diriget eos: peruerſitas præuaricatorum vaſtabit eos. *Prou.* 11,

Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur. 18.

Iuſtus quaſi leo confidens, abſq; terrore erit. 28.

Sunt iuſti ſapientes, & opera eorum in manu Dei. *Eccl.* 9.

Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium & iuſtitiam, in montibus non comederit, oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſrael, & vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit, & hominem non contriſtauerit, pignus debitori reddidit, per vim nihil rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento, ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit animam ſuam, & iudicium verum fecerit inter virum & virũ, & in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt, vita viuet, ait Dominus Deus, *Ezech.* 18.

Si ſcitis, quoniam iuſtus eſt: ſcitote, quoniam & omnis, qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt. 1. *Ioan.* 2.

*Iuſti plene remunerantur quantum ad ſe.*

Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. *Pſ.* 18.

Multæ tribulationes iuſtorum: (&) Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, 34.

Iuſtus vt palma florebit: & ſicut cedrus Libani multiplicabitur. 92.

Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Lætamini iuſti in Domino confitemini memoriæ ſanctificationis eius *Pſ.* 97.

Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectam diem. *Prouerb.* 4.

Benedictio Domini ſuper caput iuſti. 10.

Deſiderium ſuum iuſtis dabitur. *ibid.*

Iuſtitia rectorum liberabit eos, 11.

Iuſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo. *ibidem.*

Fructus iuſti lignum vitæ. *ibid.* 30.

Non contriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit. 12.

Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis *Sap.* 3.

Iuſtus autem, ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit 4.

Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum 5.

Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio eorum apud Altiſſimum; Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera tua teget eos. *ibid.*

Dicite iuſto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet *Eſa.* 3.

Iuſtitia iuſti ſuper eum erit: & impietas impii ſuper eum erit. *Ezech.* 18.

Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum. *Matthæi.* 13.

Iuſti autem (ibunt) in vitam æternam. 25.

*Prolem.*

Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur & commodat. *Pſal.* 37.

Semen iuſtorum ſaluabitur. *Prou.* 12.

Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt. *ibid.*

Iuſtus, qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquit. 20.

Sed & illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defecerunt. Cum ſemine eorum permanent: bona: hæreditas ſancta nepotes eorum. *Eccl.* 44.

*Famam.*

In memoria æternæ erit iuſtus. *Pſ.* 112.

Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet. *Prouerb*.10.

Nomen eorum viuet in generatione & generationem. *Eccleſiaſt*. 44.

Nomen eorum permanet in æternum, permanente ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. 46.

*Subſtantiam temporalem.*

Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula: Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. *Iob*.31.

Iuſti autem hæreditabunt terram. *Pſal*.37.

Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea Impii vero de terra perdentur, & qui inique agunt, auferentur ex ea. *Prou*.2.

Habitacula iuſtorum benedicentur, 5.

Non affliget Dominus fame animam iuſti: & inſidias impiorum ſubuertet. *Prou*.10.

Tabernacula iuſtorum germinabunt. 14.

Dominus iuſti plurima fortitudo, 15.

Sunt iuſti, à quibus multa bona proueniunt, quaſi opera impiorum egerint: & ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. *Eccl*.8.

Iuſtitia, ſumitur pro ea iuſtitia quæ nobis per Chriſti gratiam communicatur. *Rom*.3.21.22. fide comparatur, *Hebr*.11.7, non dignitate vlla quæ in nobis inſit, *Gen*.15.6. *Eſai*.45. 25 & 53.13. *Ierem*.23,6, & 33.16. *Dan*.6.22. *Abac*.2.4. *Zachar* 9.11, *Act*.10, 43 & 13.39. *Rom*.1. 1.17 & 3.21.22 & 5.1.18 & 10.4, 10.1. *Corinth*.1 30. *Gal*.2,16, & 3.11 & 5.5. *Phil*.3 9. *Tit*.3.7.1. *Petr*.3.18. Hæc iuſtitia Chriſto in ſolidum tribuitur, alioqui non ſtarent Apoſtoli dicta. *Rom*. 3, 10.20, & 4.20. 1, *Cor*, 44. *Gal*.2.21.

Quando autem iuſtitia ipſis etiam hominibus tribuitur, de fructibus & teſtimoniis iuſtitiæ ex gratia in nobis creatæ, non autem de cauſa efficiente, multo minus de illa Chriſti iuſtitia, quæ per gratiam noſtra ſit & reputatur coram Deo, cuius etiam merito coronamur, eſt accipiendum. *Luc*.1.6.

Iuſtitia pro beneficentia, 2. *Corinth*. 9.10, Iuſtitiæ nomine interdum Hebræi ſpeciatim eleemoſynam intelligunt, vt verterunt etiam Græci, *Deut*.24 13. *Dan* 4.24. *Matth*.6.1. pro lege, & pro regula recte viuendi, *Rom*.6.19, pro perfectione, *Heb*.5.13. Iuſtitia vera quæ, *Philip*.3.9. commendatur, *Prou*.2.3. *Epheſ*.5.9.1, *Tim*.6. 11. 2. *Tim*.2, 22. *Tit*.1.8 & 2.12.

Iuſtitia in Chriſto triplex conſideratur. 1. *Eſſentialis*, quatenus Deus eſt quæ cum ſit ipſamet deitas (Patri. Filio, ſpiritui S. Si communis) diſtinguenda eſt omnino, etiam in Chriſti perſona, ab ea iuſtitia quæ eſt qualitas, aſſumptæ humanæ naturæ, vt ſubiecto inhærens. 2. Altera, eſt *habitualis*, ſeu perfectiſſimæ ſanctitatis & integritatis habitus, quo pleniſſime perfudit illam à ſe aſſumptam humanam naturam, ab ipſo momento conceptionis ex ſpiritu Sancto. 3. Tertia eſt huius habitus effectum, quo factum eſt vt legem pro nobis, quib. etiam natus eſt, & pro quib. legi ſe ſubiecit, & quib. factus eſt à Deo Patre ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, & pro quibus factus eſt peccatum & maledictio, vt in eo fierent iuſtitia & benedictio: perfectiſſime præſtare factus obediens Patri pro nobis vſq; ad mortem. & quidem mortem crucis, *Eſai*.9. 6. *Galat* 4.4.5. 1 *Cor*.1.30. 2. *Cor*.5.21. *Galat*.3.13.14. *Philip*.2.8. Ex his autem prior, cum ſit eſſentialis, per ſe maneat oportet. De alterius, quæ corruptioni noſtræ opponitur, & noſtra coram Deo reputatur, agitur, *Roman*.8. initio capitis. De tertia vero partim quatenus in ea verſatur noſtrorum peccatorum expiatio agit Apoſtolus, *Rom*. 5. vſq; ad *v*.11. cuius imputatione per gratiam aboleri reatum naturali propagatione contractum docet idem Apoſtolus. *v*.17.

Iuſtitia Dei paſſiue, vt Auguſtin. interpretatur, pro illa iuſtitia qua Deus iuſto facit, *Pſal* 31.1 & 71.2. *Rom*.1. 17 & 3.21. Actiua Dei iuſtitia dicitur, qua iudicat & punit nocentes. Iuſtitia Dei, pro eo quod præſcribit Deus. *Iac*.1.20.

Iuſtitiam facere, Hebræis eſt iuſte & recte viuere, *Matth*.6.1.

Lex iuſtitiæ, Paulo, *Rom*. 9.31. eſt ea iuſtitiæ norma, quæ in lege Dei præſcribitur, quæ vera eſt & certiſſima, ſi quis legem præſtando eam adipiſcatur.

Iuſtitiæ liberum eſſe, *Rom*.6.29. eſt nullo iuſtitiæ imperio teneri, ſed peccati iugo prorſus eſſe mancipatum.

Iuſtitia, id eſt, Dei lex & timor, pietatis, æquitatis, temperantiæ regula: omnis deniq; cogitatio & actio cum illa lege conueniens. *Gen*.18.19. *Deut*.4.5 & 9.4.5.6. *Iob* 29.14. *Pſ*.7.9 *Prou*.11.4.6.18. *Eccle*. 7.16. *Eſai*.1.21, *Ierem* 22.3.15. *Ezech*.18,19 20 &c. & 33.12. &c. *Dan*. 6. 22. *Oſe*.10.12. *Matth*. 5.20. *Luc*. 1.75. *Roman*.10.5. *Epheſ* 5.9.1. *Tim*. 6.11.

Iuſtitia eſt, Ius, *Nehem*.2.20. *Eſa*. 54. 17. Ius Gentium, à Deo ipſi hominum naturæ inſitum, lex naturæ. *Rom*.1.32.

Iuſtitia, religionis Chriſtianæ profeſſio, *Matth*. 5. 10.1. *Petr*.3.14. Salutaris cognitio Dei, *Daniel*.12 3. *Malach*. 3 3. Vitæ ratio. *Eſa*. 57.12.

Iuſtitia Dei, attributa varia ſignificat: vt ſunt. 1. Adminiſtratio felix & gubernatio recta, ſeu Prouidentia: *Pſal*.8... Æquitas, *Pſalm* 48,9.85,11.12.89,15,97.2.99.4. ... Meſſiæ, *Eſai*.11,4 & 33,5 & 40.14.3. Iudicium, ... 36.7 & 56,6. *Eſai* 5.16 & 28.17. *Amos* 5,14. *Mich*... Omnipotentia, *Pſal* 97,6. *Eſai* 28.29,5. Promiſſio... ma cum clementia benignitate coniuncta, *Pſalm*... 10,11 & 48,11 & 51.16 & 71. 2.15, 16.19,24 & ... 1 5,17 & 143,1 & 145.7. *Eſai*.45,23. *Ier*.9.24. *Oſe*... 3.5, *Eph*.6.14.

Iuſtitia, nempe illa qua ſubſiſtimus coram Deo in ... æternam: *Geneſ*.15.6. *Rom*.1,17 & 3.21. 21. 25.26 & 4... & 5.17 & 9.30 & 10.3.4.10. & 14.17, 1. *Cor*.1.30. *Gal*... 5.9. *Phil*.3.9. *Hebr*.11.7. *Ia*. 2.23, 2. *Pet*.1.1. & 3.13.

Iuſtitia Chriſti, *Ioan*.16,8,10. *Rom*.5,18,21 & 8...

Iuſtus Deus, *Deut*.32. 4, 2. *Chron*.12,5.8. *Nehem*... 116,15 & 119.137 & 129,4 & 145,7. *Eſai*. 45.21. *Ierem*... *Dan* 9.14. *Sophon*.3,5. *Apoc*.16,5.

Iuſtus Deus Pater, *Ioan*.17,25.1, *Ioan*.1.9. Iuſtus De... Chriſtus, Deus homo, *Eſai*. 53,11, *Ierem*.25,5. *Zach*... 7,52 & 22.14, 2. *Tim*.4.7, 1. *Petr*.3,18, 1. *Ioan*.2,1,29 & ...

Iuſtus homo dicitur, qui gratiam à Deo Patre prop... Mediatorem conſequutus, vitam ſuam præſcriptu... inſtituit *Geneſ* 6,9 & 7.1 *Num*.23.10, *Iob* 36,7. *Pſalm*... 16,18,20,22. *Eſai* 3.10 & 26,2.7. *Habac*.2.4. *Matth*... *Rom*.1.17. *Gal*.3,11.

Iuſtus, innocens, probus, æquitatis & rectitudinis ... bo & reo oppoſitus, *Geneſ*.18,23. *Exod*. 23,7.8. *Deut*... *Iob*.32.12, *Prou*.17,5, *Eccl*. 3.17 & 7.16. *Eſai*.5,23. *Ezech*... &c & 33,12.13.18. *Amos* 2.6, *Abac*.1.4. *Matth*... *Tim*.1.9. *Iac*.5.6.

Iuſtus, natura Deo gratus, perfectus, ſine peccato, ... *Rom*.3.10.

Iuſtus, nomen proprium viri. *Act*.1.23. & 18.7.

Iuſti, hypocrytæ, qui ſe iuſtos eſſe ſomniant, & ... piunt, *Matth* 9.13. & 23,28. *Marc*.2,17. *Luc*.5 32. & ...

Quid de Iuſtitia Diuina & humana in foro con... ſentiendum ſit: quid item de locis ex patribus & ... ſentiendum ſit, diſtinctiones ex Canone Scripturæ ... to Lectori demonſtrant.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Hæc eſt perfecta iuſtitia, qua potius potiora, ... diligimus. *Aug. de vera religione.*

Nimia iuſtitia incurrit peccatum: temperata ... ctos: falſitudinem correctionis amor Chriſti tempor... nem proximi ſal iniuſtitiæ condiat. *ibid.*

Amanda eſt iuſtitia, & in hac amanda gradus ſunt ... primus eſt, vt amori iuſtitiæ non proponamus omnia ... *De verb. poſt.*

Hoc certe alienum non eſt, quod iure poſſidetur: ... re, quod iuſte: & hoc iuſte, quod bene. Omne igitur, ... ſidetur, alienum eſt. Male autem poſſidet, qui male ... *ced.*

Male ſe rectum putat, qui regulam ſummæ recti... *Ambr. de Offi.*

Iuſtitia magis aliis quam ſibi prodeſt, & vtilitates ... communia emolumenta præponens. *Lib. de parad.*

Iuſtitia eſt, quæ nihil alienum vendicat, quæ c... ſuum eſt, quæ negligit propriam vtilitatem, vt ... æquitatem: & ſecundum illud prima iuſtitia eſt in Deum ... patriam, tertia in parentes, quarta in omnes. *L.1. de off.*

Regula iuſtitiæ manifeſta eſt, quod à vero non ... bonum virum, nec damno afficere quenquam, nec ... nectere rei ſuæ. *ibid.*

Omnes virtutum ſpecies vno iuſtitiæ nomine ... *ad Demetriad.*

Homo Deo ſuppoſitus iuſtitiam percipit: compar... Quia quiſquis ſe authori bonorum comparat, bonis ... perat, priuat. *ibid.*

Sæpe ipſa noſtra iuſtitia, ad examen diuinæ iuſtitiæ ... iuſtitia eſt, & ſordet in diſtrictione iudicis, quod ... get operantis. *Greg. l.5. Moral.*

Humana iuſtitia, diuinæ iuſtitiæ comparata, ... lucerna in tenebris fulgere cernitur, ſed in ſolis radiis ... bratur. *ibid.*

Sicut nonnunquam grauius eſt peccatum diligere, ... perpetrare: ita nequius eſt odiſſe iuſtitiam, quam non ... *dem.*

Iuſtum eſt homines propter iniuſtitiam diligere, ... ſtitiam propter homines poſtponere. *in regiſtr.*

Quod peccatores voluptate æſtimant, hoc iuſti ... pœnam putant: Iuſtus miranda agit; & opprobria ...

foras per laudes potuit, repulſis contumeliis ad ſemetipſum redit, & eo ſe robuſtius intus in Deo ſolidat, quo foris non inuenit, vbi requieſcat. *in Moral.*

Bona vinea iuſti, imo bona vinea iuſtus, cuius virtus, vitis: cuius palmes opus, cuius vinum teſtimonium conſcientiæ, cuius lingua, torcular expreſſionis, & lachrymæ piæ contribulatorum, vuæ ſunt gementium. *Bern in ſerm.*

Nunquam iuſtus arbitratur ſe comprehendiſſe, nunquam dicit, ſatis eſt, ſed ſemper eſurit ſititq; iuſtitiam: ita vt ſi ſemper viueret, ſemper, quantum in ſe eſt, iuſtior eſſe contenderet. *in epiſt.*

Iuſtitia eſt reddere vnicuiq; quod ſuum eſt. Tribue ergo tribus, quæ ſua ſunt: ſuperiori, æquali inferiori. Redde reuerentiam prælatis, obedientiam, quarũ altera cordis, altera corporis eſt: tribue æquali conſilium, quo ignorantia erudiatur, & auxilium, quo infirmitas iuuetur: tribue ſubiecto cuſtodiam, vt poſſit cauere peccatum, & diſciplinam, vt quod cauit, minime maneat impunitum. *Idem.*

Rectus eſt ille, qui ad terrena non curuatur, qui ad cœleſtia tollitur, erigitur, qui diuinæ voluntati humiliter ſubiicitur, cuius mentem non exiens ab extremis, paupertate & patientia regulatur. *Idem.*

Iuſtitia eſt animi libertas, tribuens vnicuique ſuam propriam dignitatem, maiori reuerentiam, pari concordiam, minori diſciplinam, Deo obedientiam, ſibi ſanctimoniam, inimico patientiã, egeno operoſam miſericordiam. *Anſel in lib. Cur Deus homo.*

Cur fere omnes coniugia Liæ abhorrent, & in amplexus Rachel ſuſpirant? Quia perfecta iuſtitia iubet inimicos diligere, parentes propriaque relinquere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam vbique declinare. Sed ab huius mundi amatoribus quid ſtultius, quid laborioſius eſſe reputatur? hinc eſt, quod ab eis & lippa creditur, & laborioſa vocatur. *Richard. libr. de contempl.*

Iuſtitia non nouit patrem non nouit matrem, veritatem nouit, perſonam non accipit: Deum imitatur. *Caſſ. in Pſ.*

Iuſtitia regis pax eſt populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatiũ pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimetipſi ſpes futuræ beatitudinis. *Cypr. de 12. abuſib.*

Nunc reddenda eſt de iuſtitia propoſita diſputatio, quæ aut ipſa eſt ſumma virtus, aut fons eſt ipſe virtutis quam non modo philoſophi quæſierunt, ſed poetæ quoq;, qui priores multo fuerunt, & ante natum philoſophiæ nomen pro ſapientib. habebantur. Hic planxerunt, abeſſe hanc à reb. humanis, eamq; finxerunt offenſam vitiis hominum, ceſſiſſe è terra, in cœlumq; migraſſe. *Lactant. Firm. diuin. inſtit. li. 5. c. 5*

Qui vobis inanem iuſtitiam depingitis, & optatis cadere de cœlo, tanquam in aliquo ſimulachro, figuram? Ecce in conſpectu veſtro eſt: ſuſcipite, ſi poteſtis eamq; in domicilio pectoris veſtri collocate, nec difficile, aut alienum a temporibus exiſtimetis, Eſtote æqui ac boni, & ſequetur vos ſua ſponte iuſtitia, quam quæritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus veſtris, & ſtatim vobis illud tempus aureum reuertetur, quod aliter conſequi non poteſtis, quam ſi Deum vere colere cœperitis. *ibidem c. 8.*

Iuſtitia quamuis omnes ſimul virtutes amplectatur, tamen duæ ſunt omnium principales, quæ ab illa diuelli, ſeparíq; non poſſunt, Pietas & Æquitas. Non fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, & cætera huiuſmodi, vel natura, vel inſtitutis parentum, poſſunt eſſe in iis hominibus: qui iuſtitiam neſciunt, ſicuti ſemper fuerunt: pietas vero & æquitas quaſi venæ ſunt eius, his enim duob. fontibus conſtat tota iuſtitia. *ibid. ll. 5. c. 5.*

Deniq;, vt concludam diſputationem, non poſſe eundem ſtultum eſſe, ac iuſtum, eundemq; ſapientem & iniuſtum, docet ſic ratio. Qui enim ſtultus eſt, quid ſit bonum ac iuſtum, neſcit, & ideo ſemper peccat. Ducitur enim quaſi captiuus à vitiis, nec reſiſtere vllo modo poteſt, quia caret virtute, quam neſcit. Iuſtus autem ab omni peccato ſe abſtinet, quod aliter facere non poteſt, quam ſi habeat recti prauiq; notitiam. Rectum autem diſcernere à prauo quis poteſt, nisi ſapiens? ita vt nunquam poſſit iuſtus eſſe, qui ſtultus eſt: neq; ſapiens, qui fuerit iniuſtus. *ibid. caput. 18.*

*Aliæ* Patrvm *ſententia de hominis iuſtitia coram Deo.*

Quid ex ſe agere poterat, vt ſemel amiſſam inſtitiam recuperaret homo ſeruus peccati, vinctus diaboli? Aſſignata eſt ei proinde aliena, qui caruit ſua. *Bern. epiſt.* 190.

Quia non inueniſti in me iuſtitiam meam, erue me in tua: hoc eſt, illud me eruat, quod me iuſtificat. *Auguſtin. in Pſalm.* 30. *Conc.* 1.

In iuſtitia tua erue me: non in mea, ſed in tua. Si enim in mea, ero ex illis de quibus ille ait, ignorantes Dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. *Idem in Pſalm.* 70 *part.*

Per vnius iuſtitiam venientem in omnes electos, itum eſt in iuſtificationem, vt pari imputatione iuſtitiæ Chriſti iuſtificentur. *Anſ. in c. 5. epiſt. ad Rom.*

Ipſe ergo (Chriſtus) peccatum, vt nos iuſtitia: nec noſtra, ſed Dei: nec in nobis, ſed in ipſo, ſicut ipſe peccatum non ſuum, ſed noſtrũ: nec in ſe, ſed in nobis. *Aug. Ench. ad Laur. c.* 41.

Sumus iuſtitia Dei in ipſo, ſi non in ipſo, nullo modo iuſtitia. Si autem in ipſo, totus nobiſcum vadit ad Patrem. *Idem, de verb. dom, ſer.* 61.

Ipſum Chriſtum qui non nouerat peccatum, Deus Pater pro nobis peccatum fecit, vt nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo. Videte duo iuſtitia Dei, non noſtra: in ipſo non in nobis. *idem, de verb. Apoſtoli, ſerm.* 6.

Omnes qui ex Adam cum peccato, peccatores: omnes qui per Chriſtum iuſtificati, iuſti, non in ſe, ſed in illo: nam in ſe ſi interroges. Adam ſunt: in illo, ſi interroges, Chriſti ſunt. *idem, tract. 3. in Ioan.*

Domine, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Ipſa eſt enim & mea. Nempe factus es mihi iuſtitia à Deo. Nunquid mihi verendum, ne non vna ambobus ſufficiat? Non eſt pallium breue, quod ſecundum Prophetam non poſſit operire duos. Iuſtitia tua iuſtitia in æternũ. Quid longius æternitate? Et te pariter & me operiet largiter larga & æterna iuſtitia. Et in me quidem operit multitudinem peccatorum: in te autem, Domine, quid niſi pietatis theſauros diuitias bonitatis? *Bern. in Cant. ſer.* 61.

Impoſſibile eſt, puritatẽ & innocentiam in humana natura exhiberi, niſi Deus credatur in carne eſſe, qui iuſtitiam omni peccato liberam in mundum introduxit, cuius quia participes redditi ſumus, viuemus, & ſaluabimur. Illud enim, non eſt iuſtus in terra qui bonum faciat, & non peccet, in cõmune ad omnes homines pertinet. Vnde ex cœlo deſcendit, qui immaculatam ex ſe iuſtitiam daturus erat. *Athanaſ. de incarn. Dei Verbi.*

Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: vt videlicet ſatisfactio vnius omnibus imputetur, ſicut omnium peccata vnus ille portauit. *Bern epiſt.* 190.

Mors in Chriſti morte fugatur, & iuſtitia Chriſti nobis imputatur. *Item.* Qui noſtram induit carnem, & ſubiit mortem, putas ſuam nobis negabit iuſtitiam? *Item.* An plus potuit Adam in malo, quam Chriſtus in bono? Adæ peccatum imputabitur mihi, & Chriſti iuſtitia non pertinebit ad me? *idem ſerm. ad milit. templi, capit.* 11.

Quid aliud potuit peccata noſtra tegere, quam Chriſti iuſtitia? *Iuſtin Mart. epiſt. ad Diog.*

Iniquitas multorum in iuſto vno abſconditur: iuſtitia autem vnius facit, vt multi iniuſti pro iuſtis habeantur. *idem, ibid.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Anthol. ſacr. Iac. Bill.

*Iuſtitiæ merces gemina eſt, vel cum bona rectis,*
*Vel prauis digne cum mala reſtituit.*
*Saluatrix autem cunctorum gratia Chriſti,*
*Non penſans meritum diluit omne malum.*
*Credenteſq; omnes renouans baptiſmate ſacro,*
*Dat bona, quæ propter det meliora bonis.*

Claud. Stil.

*Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet,*
*Communeſq; ſequi leges, iniuſtaq; nunquam*
*Largiri ſociis.*

Ouid. 1. Art.

*Dicitur Ægyptus caruiſſe iuuantibus arua*
*Imbribus, atq; annos ſicca fuiſſe nouem.*
*Tum Thraſius Buſirin adit, monſtratq; piari,*
*Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.*
*Illi Buſiris: fies Iouis hoſtia primus,*
*Inquit, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.*
*Et Phalaris tauro violenti membra Perilli.*
*Torruit: infelix imbuit auctor opus.*
*Iuſtus vterque fuit: neque enim lex iuſtior vlla eſt,*
*Quam necis artifices arte perire ſua.*

Olymp. Nemeſ. Eccl. 1.

*Heu Melibœe! iaces lethali frigore ſegnis*
*Lege hominum cœlo dignus canente ſenecta,*
*Conciliõque Deum plenum tibi ponderis æqui*
*Pectus erat: tu ruricolum diſcernere lites*
*Aſſueras, varias patiens mulcendo querelas.*
*Sub te ruris amor, ſub te reuerentia iuſti*
*Floruit: ambiguos ſignauit terminus agros.*
*Blanda tibi vultu grauitas, & mite ſerena*
*Fronte ſupercilium, ſed pectus mitius ore.*

Hor. 3. Carm.

*Iuſtum & tenacem propoſiti virum,*
*Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus inſtantis tyranni*
*Mente quatit ſolida: neque Auſter*

Dux

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Dux inquieti turbidus Hadriæ,*
*Nec fulminantis magna Iouis manus,*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*

Plaut.Amph.

*Iuſtam rem, facilem eſſe oratam à vobis volo.*
*Nam iuſte ab iuſtis iuſtus ſum orator datus,*
*Nam iniuſta ab iuſtis impetrari non decet.*
*Iuſta autem ab iniuſtis petere inſipientia eſt.*
*Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.*

Plaut.Stich.

*Impetrare oportet: quia æquum poſtulat.*

Ouid 1.Met.

*Victa iacet pietas & virgo cæde madentes*
*Vltima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.*

Iuuen.6.

*Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receßit,*
*Hac comite, atque duæ pariter fugere ſorores.*

Sen.Oct.

*Neglecta terras fugit, & mores feros.*
*Hominum cruenta cæde pollutas manus*
*Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.*
*Cupido belli creuit, atque auri fames,*
*Totum per orbem maximum exortum eſt malum,*
*Luxuria peſtis blanda cui vires dedit,*
*Roburque longum tempus, atque error grauis.*
*Collecta vitia per tot ætates diu*
*In nos redundant, ſeculo premimur graui,*
*Quo ſcelera regnant, ſæuit impietas furens,*
*Turpi libido Venere dominatur potens.*
*Luxuria victrix orbis immenſas opes*
*Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.*

Sophocl.in Halæaſi.

Τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον.
*Iuſto reſiſtere non facile.*

Euripides,

Κέκτησο δ᾽ ὀρθῶς ἄνευ ψόγου,
Καὶ μικρὰ σώζου τῇ δίκῃ ξυνὼν ἀεί.
*Poßideto res tuas iure ſine reprehenſione,*
*Et in humili ſorte maneto ſemper cum iuſtitia*
*coniuncta.*

Idem in Hecuba.

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ᾽ ὑπηρετεῖν,
Καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.
*Boni viri officium eſt iuſtitiæ inſeruire,*
*Et malos vbiq; ſemper afficere malis.*

Sophoc.in Aiace.

Μηθ᾽ ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω,
Τόσον δὲ μισεῖν, ὥστε τὴν δίκην πατεῖν.
*Ne te violentus animus vllo modo cogat*
*Odiſſe quenquam tantopere, vt iuſtitiam conculces.*

Euripid,

Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ᾽ ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν.
*Iuſtitia enim non eſt in oculis mortalium.*

Terent.in Phorm.

*Iudicas ſæpe propter inuidiam adimunt, diuiti aut*
*propter miſericordiam addunt pauperi.*

Heſiodus.

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδνή τ᾽, αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.
Καί ῥ᾽ ὁπότ᾽ ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων
Αὐτίκα πὰρ Διῒ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι,
Γηρύετ᾽ ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ᾽ ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοοῦντες,
Ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες,
*Ipſa autem iuſtitia eſt virgo ex Ioue nata,*
*Caſtaq; venerandaq; deis, qui Olympum habitant.*
*Et quando quis ipſam læſerit obliq; damnans,*
*Statim apud Iouem patrem ſedens Saturnum,*
*Dicit hominum iniuſtam mentem, donec ſoluat*
*Populus iniuſtitias Regum, qui mala ſentien-*
*tes,*
*Alii inclinant iuſtitias obliq; loquentes.*

Ex 1.Epigrammat.

Ἀνδροφόνῳ σαθρὸν παρὰ τειχίον ὑπνώοντι
Νυκτὸς ἐπιστῆναί φασι Σάραπιν ὄναρ.
Καὶ χρησμῳδῆσαι, κατακείμενος οὗτος ἀνίστω,
Καὶ κοιμῶ μετάβας ὦ τάλας ἄλλα χόθι.
Ὃς δὲ διυπνισθεὶς μετέβη, τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο
Τειχίον ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.
Σῶστρα δ᾽ ἕωθεν ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ κακοῦργος,
Ἥδεσθαι νομίσας τὸν θεὸν ἀνδροφόνοις.
Ἀλλ᾽ ὁ Σάραπις ἔχρησε πάλιν διὰ νυκτὸς ἐπιστάς,
Κήδεσθαι μὴ δοκεῖς ἀθλεῖ τῶν ἀδίκων;
Εἰ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν, θάνατον μὲν ἄλυπον
Νῦν ἔφυγες, σταυρῷ δ᾽ ἴσθι φυλαττόμενος.
*Homicidæ ruinoſum iuxta murum dormienti*
*Nocte aſtitiſſe aiunt Serapin in inſomnis,*
*Et vaticinatum fuiſſe: iacens tu ſurge,*
*Et iace mutatus o miſerabilis alio.*
*Hic autem excitatus mutauit locum, marcidus*
*ille.*
*Murus derepente ſtatim iacuit humi.*
*Præmia redemptionis autem mane ſacrificabat gau-*
*dens malignus,*
*Delectari putans Deum homicidio.*
*Sed Serapis vaticinatus eſt rurſus per noctem a-*
*Curam habere me putas miſer iniuſtorum?*
*Niſi ſi nunc te permiſi mori, mortem quidem ſine moleſ-*
*tia*
*Nunc effugiſti: cruci ſcias te aſſeruari.*

Ex 3.Epigrammat.

Ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.
*Oculus iuſtitiæ inſpicit omnia quæ fiunt.*

Philemon in Palamede.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.
Οὐδ᾽ ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέσχετο,
Ἀλλ᾽ ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνειν,
Ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως.
Οὐδ᾽ ὃς τὰ ταῦτα πάντα διατηρούμενος,
Ἀλλ᾽ ὅστις ἄδολον γνησίαν τ᾽ ἔχων φύσιν,
Εἶναι δίκαιος, κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.
*Vir iuſtus eſt non qui non facit iniuriam,*
*Sed qui cum iniuriari poßit, non vult tamen.*
*Nec qui a paruis capiendis abſtinuit,*
*Sed qui magna ſuſtinet non accipere.*
*Quamuis habere queat & poßidere ſine periculo.*
*Nec qui iſta facit omnia, vt gloriam venetur,*
*Sed qui ſincero & candido præditus ingenio,*
*Eſſe iuſtus, non modo videri vult.*

Euripides.

Εἷς τοι δίκαιος μυρίων οὐκ ἐνδίκων
Κρατεῖ, τὸ θεῖον τὴν δίκην τε συλλαβών.
*Vnus iuſtus infinitos non iuſtos*
*Vincit, Deo & iuſtitia adiuuantibus.*

Menander.

Ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.
*Viri iuſti fructus non perit.*

Idem.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, οὐ βούλεται.
*Vir iuſtus eſt non qui iniuria non efficit.*
*Sed qui iniuriam facere potens non vult.*
Βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν.
*Vitæ iuſtæ fit finis bonus.*
Δίκαια δρῶν, σύμμαχον τεύξῃ θεοῦ.
*Iuſta faciens auxiliatorem conſequeris Deum.*
Κρῖνον δίκαιον, μὴ τὸ συμφέρον, θέλε.
*Specta quod æquum, non quod vtile iudicans.*
Βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν.
*Vitæ colentis æqua pulcher exitus.*
Τρόπος δίκαιος, κτῆμα τιμιώτατον.
*Precioſa res poſſeßio æquitatis eſt.*
Τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι καὶ θεοῖς
Ἀθάνατος αἰεὶ δόξα διατελεῖ μόνον.
*Iuſti viri namq; inter homines & deos*
*Solius immortale permanet decus.*
Δίκαιος ἴσθ᾽ ἵνα καὶ δικαίων ὀν τύχῃς.
*Sis æquus, æqua conſequaris vt itidem.*
Βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἵν᾽ ὁ δίκαιος ᾖς.
*Incede rectam, ſi vir es iuſtus, viam.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Videmus quidem, eam animi affectionem omnes iuſtitiam di-cere, qua apti ſunt ad res iuſtas gerendas: quaque res iuſtas agunt, & cupiunt facere. *Ariſt. Ethic. l.5. c.1.*

Ea iuſta habenda ſunt, quæ in omni virtute lege ſunt ſancita: vt non iubet lex mortem ſibi quenquam conſciſcere. *Ethic. lib.5. c.11.*

Cum ea facimus, quæ pactis continentur iis, quæ homines inter ipſos intercedunt: alii iuſti, alii iniuſti efficimur. *Ethic. lib.5. ca.1.*

Iuſta appellamus vno modo ea, quæ beatam vitam, & eius partes in ciuili ſocietate efficiunt, ac tuentur. *Ethic. l.5. c.1.*

Iuſtum id erit, quod leges iubent, & quod æquum eſt. Iniuſtum id, quod contra leges eſt, & quod iniquum. *ibid.*

Iuſtitia mediocritas eſt illa quidem, non tamen quomodo ſuperiores virtutes: ſed quia ad medium, id eſt, æquabilitatem pertinet. At vero iniuſtitia in vtroque extremo poſita eſt. Iuſtitia iam virtus eſt, qua quis aptus eſt, & propenſus ad ea ...

præſtanda omnia, quæ iuſta ſunt, officiaque tribuenda ; & ſi cum altero, & alteri cum altero ſi conferatur : non ita tamen, vt ſibi plus emolumenti, proximo minus, damni autem contra: ſed vt cuiq; proportione tribuit: itemq; alii ad aliud. *Ethic. li. 5. cap. 5.*

Si reddat depoſitum quis inuitus aut metu coactus, is non dicendus res iuſtas facere, nec iuſte agere, niſi fortuito & caſu. *Eth. lib. 5. c. 8.*

Neceſſe eſt, quod iuſtum ſit, medium quiddam eſſe & æquabile: & quatenus medium eſt, aliquorum eſt, quæ plus minuſue nominamus. Quia æquabile eſt, in duobus ſpectatur: quia ius quibuſdam tribuitur. Ita neceſſe eſt, quod iuſtum ſit, in minimis quatuor conſiſtere. Inter quos enim ius eſt, duo ſunt: in quibus cernitur, res duæ. Eademque erit æquabilitas & parilitas, & eorum hominum, inter quos ius eſt, & earum rerum, in quibus ius ſpectatur. *Ethi. lib. 5. c. 3.*

Iuſte agere, eſt communes ſequi vtilitatis conſuetudines: parere legibus, priuataque pacta ſeruare. *Lib. Rhetoric. ad Alexand. cap. 2.*

Iuſtum eſt hominum plurimorum non ſcripta conſuetudo, honeſta turpiaq; determinans: id vero eſt honorare parentes, amicis benefacere, & beneficiis gratiam referre, Hæc enim, & his ſimilia nō iubent ſcriptæ leges hominibus faciunda : ſed conſuetudine non ſcripta, & communi quadam lege legitimum ſit. Iuſta igitur hæc ſunt. *Lib. Rhet. ad Alex. c. 2. de Genere deliberatiuo.*

Is vituperandus, qui iuſtitiam ſecundum leges ſcriptas ſolummodo ſeruat. Melior enim, qui non coactus, iuſtus eſt. *Lib. 1. Rhet. ad Theo. c. 14.*

Iuſtitiam ad communionem & ſocietatem aptam eſſe dicimus, quam cæteræ virtutes neceſſario comitantur. *Libro 3. de Republ. cap. 8.*

Hæc iuſtitia abſoluta eſt, illa quidem virtus & perfecta, non illa quidem per ſe, vt animi habitus quidam, conſiderata: ſed quatenus alterius commoda & vtilitates reſpicit. Ob eamque cauſam hæc vna virtus omnium eſt domina, & regina virtutum : neque Heſperus aut Lucifer tantam ſui excitant admirationem, Ex quo factum eſt tritum iam ſermone prouerbium : *Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes*: eademque virtus perfecta eſt, ob id maxime, quod ineſt ea vius virtutis vndique perfectæ: perfecta eſt autem propterea, quod qui ea præditus eſt, is etiam erga illas non ipſe modo virtutem exercere ac colere poteſt, *Ethicorum libr. 5. caput 3.*

Omnium virtutum ſola iuſtitia in bonis alienis dicitur: quia non ad ſuum commodum, ſed ad aliorum omnia confert. Aliorum enim commodis vtilitatique ſeruit, aut Principis, aut Reipublicæ. *Ibid.*

Hæc ipſa iuſtitia non eſt pars virtutis, ſed virtus vniuerſa : & iniuſtitia ei oppoſita non pars vitii eſt, ſed vniuerſum vitium ? qualis autem ſit differentia virtutis & iuſtitiæ, de qua agimus, perſpicuum ex iis eſt, quæ dicta ſunt. Eſt enim re idem, ratione autem non idem: ſed qua ad alterum refertur, iuſtitia: qua habitus eſt talis, abſolute conſideratus, virtus nominatur. *ibid.*

Iuſtitiæ, quæ tanquam pars ſubiecta eſt generi, iuriſque, eius, quod ab ea ducitur, vnum genus eſt, quod in tribuendo honore, vel in pecuniis cernitur, cæteriſve reb. omnibus quæ diuidendæ interesſunt, qui in ciuili ſocietate & communione verſantur ea enim poſſunt vel æqualiter inter ciues diuidi, vel inæqualiter. Alterum genus eſt, quod pactis contrahendiſq; rebus tanquam regula adhibetur. *Ethi. li. 5. c. 2.*

Malum pro malo reddere iuſtum eſt : & iuſtum omne laudabile. *li. 1. Rhet. ad Theod c. 1.*

Iuſtus is eſt, qui animi conſilio & conſiderare rem iuſtam gerit. Iuſte autem facit, ſi modo ſponte. *Ethicorum libro quinto, cap. 8.*

Iuſtum ipſum bonum eſſe neceſſe eſt: quoniam publice conducit. *li. 1. Rhet. ad Theod. c. 6.*

Iuſtitia multam adfert animo tranquillitatem. Neminem enim timentem, nec apud vllum erubeſcentem viuere, voluptas quædam eſt & quaſi ſufficientia ſiue perfectio vitæ. Cæterum qui iuſtitiam animo complectitur, non ſolum aliis vtilis eſt, ſed etiam ipſe ſibi. Non enim conabitur vlla ex parte ſeipſum offendere, neque vllius ſibi doloris, aut morbi author erit, ſed naturæ inſtrumenta ſenſibus deſtinata, Deos exiſtimans eſſe, iuſte ipſis vtetur & ne quid ſupra ipſorum vires agat, maxime cauebit, voluptatem vtilitatemque ex eis capiens. Etenim ab auditu, viſu, alimentis, & venere contingent voluptates ei, qui ſeipſo iuſte vſus fuerit, Pericula vero etiam circa maximi momenti & omnino neceſſaria res quandoque contingunt : An non vidiſti, quoſdam noctes dieſque animo perturbatos, in mare tandem ſe temere præcipitaſſe ? *Diogenes.*

Meminerimus antem, etiam aduerſus infirmos iuſtitiam eſſe ſeruandam. Eſt autem infima conditio ac fortuna ſeruorum, quibus non male præcipiunt qui ita iubent, vti mercenarius ad opera præbenda & iuſtitia exhibenda, &c.

Iuſtitia hæc vna virtus ſola domina omnium & regina virtutum.

Fundamentum autem iuſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum conuentorumq; conſtantia & veritas.

Iuſtitiæ munus primum eſt, vt ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniura.

Et animi elatio, quæ cernitur in periculis aut laboribus, ſi iuſtitia vacat, pugnatque non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis, in vitio eſt: itaque probe definitur à Stoicis fortitudo, cum eam eſſe virtutem dicunt, pugnantem pro æquitate. *Cic. lib. 1. Officiorum.*

Præclarum illud Platonis, Scientia quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potius quam ſapientia eſt appellanda,

Difficile eſt autem cum præſtare omnibus concupiueris, ſeruare æquitatem, quæ eſt iuſtitiæ maxime proxima.

Et iuſta omnia decora ſunt, iniuſta omnia contra, ſic indecora ſunt turpia.

Prudentia ſine iuſtitia nihil valet ad faciendam fidem.

Iuſtitia ſine prudentia, multum poterit: ſine iuſtitia, nihil valebit prudentia.

Tanta vis eſt iuſtitiæ, vt ne illi quidem, qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiæ viuere.

Qui igitur adipiſci veram iuſtitiæ gloriam volent, iuſtitiæ fungantur officiis.

Sublata iuſtitia, liberalitas, bonitas, beneficentia funditus tollūtur; quæ qui tollunt, etiam aduerſus deos immortales impii iudicandi ſunt. *idem, ibid.*

Facile eſt iuſtitiam homini iuſtiſſimo defendere.

Eundamentum eſt perpetuæ commendationis & famæ iuſtitia, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile.

Nihil eſt honeſtum quod iuſtitia vacet. *Idem libro de Amicitia.*

Nihil eſt profecto præſtabilius, quam plane intelligi, nos ad iuſtitiam eſſe natos, neque opinione, ſed natura eſſe conſtitutum ius: iam patebit, ſi hominum inter ipſos ſocietatem coniunctionemque perſpexeris.

Etenim omnes viri boni ipſam æquitatem, & ius ipſum amant, nec eſt viri boni errare, & diligere quod per ſe non ſit diligendum, & colendum. Per ſe igitur ius eſt expetendum & colendum. Quod ſi ius, etiam iuſtitia, ſic & reliquæ quoq; virtutes per ſe colendæ ſunt. *idem lib. 1. de legib.*

Iuſtitia nihil expetit præmii, nihil pretii, per ſe igitur expetitur.

Quod ſi amicitia per ſe colenda eſt, ſocietas quoq; hominum & æqualitas & iuſtitia per ſe expetenda ſunt. Quod ni ita eſt omnino iuſtitia nulla eſt, Id enim iniuſtiſſimum ipſum eſt, iuſtitiæ mercedē quærere. *ibi.*

Inuitat igitur vera ratio bene ſanos ad iuſtitiam, æquitatem fidemq;. *idem l. 2. de fin. bonorum & malorum.*

Quam multa vero iniuſte fieri poſſunt, quæ nemo poſſit reprehendere. *idem l. 2. de fin. bonorum & malorum.*

Iuſtitia ſuum cuiq; tribuit. *idem l. 1. de Natura Deorum.*

Iuſtitia eſt habitus animi, communi vtilitate ſeruatus, ſuam cuique tribuens dignitatem. Initium iuſtitiæ eſt à natura profectum, deinde quædam in conſuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt. Poſtea res & à natura profectas, & à conſuetudine probatas, legum metus & religio ſanxit. *Idem Rhetoricorum veterum lib. 2.*

Deus nullo vſpiam modo iniuſtus eſt, ſed plane iuſtiſſimus. Nec ei ſimilius inueniri poteſt quicquam, quam qui inter vos iuſtiſſimus fuerit. *Plato in Theæteto.*

Iuſtitia inter homines videtur mihi mater & nutrix cæterarum virtutum appellanda, nam ſine illa neq; temperantem, neq; prudentem, neq; fortem eſſe quenquam fieri poteſt. Quippe harmonia & concordia totius animæ eſt cum concinnitate. Fiet autem eius vtilitas euidentior, ſi alios habitus conſiderauerimus, vtpote qui particularem ſolum ſui vſum & ad vnum quempiam præbeant. Iuſtitia vero vtilitatem in multitudine, & vniuerſas rerum comprehenſiones præſtat: ſiquidem mundo principatum omnem obtinens, prouidentia vocatur : & harmonia, & conſtitutio generis cuiuſdam Deorum, qui ipſam ita diſpoſuerunt. In ciuitate autem pax, & æquitas merito nominatur, in domo autem, hæc eſt viri & vxoris cōcordia mutua, item, famulorum in heros beneuolentia, dominorū autem erga famulos banigna curatio. In corpore autem ſanitas & perfectio membrorum, quæ tanquam præcipua cunctæ animantes maxime diligunt. Cæterum in anima eſt ſapientia, quæ per ſcientiam & iuſtitiam hominibus comparatur. Cum igitur hæc virtus totum ſimul ac partes ſingulas ita moderetur, & in concordia conſeruet, quomodo non mater & nutrix tum virtutum tum rerum omnium communi iudicio dici deberet? *Polus Pythagoricus in lib. de iuſtitia.*

Ne dubita, ſi aurum quidem inquirendum proponeretur, nunquam alterum alteri ſponte conceſſurum in inquiſitione, & inuentionem eius perditurum. Cum autem inueſtiganda ſit iuſtitia, res auro longe pretioſior, an non abſurdum eſt tam temere alios aliis inuicem cedere: non autem vnumquemque id ſtudere, vt ſibi in primis appareat? *Plato.*

Equidem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Equidem mea ſententia iuſtitiam eſſe ſanctam, & ſanctitatem iuſtam eſſe dicam Arbitror enim te permiſſurum, vt pro te illud ipſum reſpondeam, quod videlicet aut idem ſit iuſtitia, quod ſanctitas, aut inuicem quam ſimillima: vt maxime omnium qualis iuſtitia, talis ſanctitas: & qualis ſanctitas, talis iuſtitia ſit. *Plato in Protagora.*

Qui ad iuſtitiam perducitur, hic ad omnium finem virtutum & vniuerſarum collectionem, in qua cunctæ comprehenſim inſunt, vt vetus eſt dictum, peruenire poterit.

Diſtributio in humana vita ſecundum cuiuſq; dignitatem operum & bonorum & aliarum rerum, quæ ſingulis conueniunt, iuſtitiam, quæ ad homiuum vitam pertinet, conſtituit. Proinde opera ſtudiaq; illa iuſtitiæ propria ſunt, quæ liberaliter ac facile in conuentibus commertiiſq; verſantur: & quæ familiariter benigne ac vtiliter fiunt: deniq; actiones prohibent noxias, vtilium vero totam conſtitutionem decentem moliuntur. *Iamblichus ex epiſt. ad Anatolium, de iuſtitia.*

Sicut vera trutina neq; à bona & concinna corrigitur, neq; per falſam examinatur: ſic etiam iuſtus iudex neq; à iuſtis caſtigatur, neq; apud iniuſtos iudicatur. *Epictetus in Enchirid.*

Πᾶσά τε ἐπιςήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἀλλ᾽ οὐ σοφία φαίνεται.

Scientia quæuis, à iuſtitia & reliqua virtute ſeiuncta, calliditas, non autem ſapientia videtur eſſe. *Plato.*

Ανδρείας μὲν γὰρ οὐδὲν ὄφελος, μὴ παρούσης δικαιοσύνης. εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο, μηδὲν ἀνδρείας δεῖσθαι.

Fortitudinis quidem abſente iuſtitia nullus eſt vſus, at ſi omnes iuſti fierent, fortitudine nihil indigeremus. *Ageſilaus.*

Ζηλωτὸν ἴσως ὁ πλοῦτος, τίμιον μέν τοι καὶ θαυμαστὸν, ἡ δικαιοσύνη.

Diuitæ forſan magna æmulatione deſiderabiles ſunt: ſed iuſtitia, precioſa, & admirabilis res eſt. *Lycurgus Legislator.*

## ¶ Sententiæ Historicæ.

Iuſtum eſt, vt quam quis legem tulerit in alios, eandam æquo animo ipſe ſubeat. *Diod. Sicul. li.* 13.

Obtemperantiam & iuſtitiam homines ſe minus mutuo lædentes, & magis ſunt concordes, & felicitatem non fœdiſſimis voluptatibus, ſed & felicitate metiuntur. *Dionyſ Halic. li.* 2.

Obtemperantiam & iuſtitiam homines ſe minus mutuo lædentes, & magis ſunt concordes, & felicitatem non fœdiſſimis voluptatibus, ſed felicitate metiuntur. *Dionyſ. Halic. li.* 2.

Pudore, modeſtia, ac iuſtitia omnis ciuilis ſocietas conſeruatur. *idem, li* 6.

Omnes res mortalium (diuina) inſpicit iuſtitia. *Idem li.* 11.

Inter virtutes iuſtitia mediocritatis nomen obtinere debet. Nam non ſolum ſi infra modum ſit, verum etiam ſi modum excedat, ipſis hominibus conducere non ſolet: imo interdum magnas illis adfert calamitates, eoſq; in mortes miſerabiles & lues inſanabiles coniicit, *Idem li.* 8.

Ageſilaus ſolebat iuſtitiam inter omnes præſtantiſſimam dicere, ſine qua fortitudo nullius eſſet pretii: cum contra ne opus quidem hac eſſet futurum, ſi omnes homines iuſti eſſent. Et quibuſdam dicentibus, Hoc ita magno regi placere, Quid ergo, inquit, an is maior me eſt, ſi non ſit iuſtior? recte iudicans, iuſtitia, tanquam regia menſura, præſtantiam eſſe examinandam. *Plutarch. in Ageſil.*

Omnino ſumma nobis iuſtitiæ eſt habenda cura: cum qua etiam de armorum potentia ſpes bona propoſita eſt, ſine ea nihil perpetuum extat, vt maxime in præſentiarum quis victoriam obtineat. *Dion. li.* 41.

In ſanctis penetralibus iuſtitiæ ſemper æqui ac probi facti reſpectus religioſa cum obſeruatione verſatur: & vbi ſtudium, verecundiæ eſt: & cupiditas rationi cedit: nihilq; vtile, quod parum honeſtum videri poſſit, ducitur. *Val. Max. l.* 6. *c* 5.

Excellentiſſima virtutum omnium Iuſtitia. *Ammi. Marcell. libro* 20.

Corporis proceritatem & armorum diligentiam, cæterumq; belli apparatum longe inferiora iuſtitia & in Deum obſeruantia eſſe nemo dubitat Iuſtitiam ſi quis ſectatus fuerit, magis ei quam è ſupradictis felicitas obuenerit. Prima igitur iuſtitiæ cura eſto, iniuſte interfectos vlciſci. Si enim iuſti & iuſti iudicium in eos exerceri qui prope nos ſunt prætereatur, nullus iam metus erit, viliſq; admodum fuerit homini animæ humanæ ratio. *Procop. de bel. Vandalic. lib.* 1.

Fruſtra ſit fortitudo, vbi iuſtitia defuerit. *Idem, ibid.*

Iuſtitiæ proprium eſt id cuiq; tribuere, quod meretur. *Zonar. in Alex. Comn. tom.* 3.

Inuicta res eſt iuſtitia, quæ prius infeſtos poteſt amicos reddere, ac hoſtes perinde attrahit, vt magnes ferrum. *Conſtant. Manaſſ. Annal. pag.* 84.

Quum iuſtitia ſit omnium virtutum fundamentum & baſis, omnibus aliis rationibus anteponenda eſt. *F. Guicciardin. hiſt. lib.* 4.

Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit, ...
ſupplicii grauitate compenſat. *Valer. Max. li.* 1 *c.* 1.

Dei iniuriæ Deo curæ. *Tacit. Annal. li.* 1.

Innumerabilia iudicia & ſupplicia vltrix facino...
bonorumq; præmiatrix, operatur *Adaſtria*, ...
quam vocabulo duplici etiam *Nemeſin* appella...
ſublime numinis efficacis, humanarum mentium ...
circulo propoſitum, vel (vt definiunt alii) ſubſtan...
rali potentia partilib. præſidēs fatis: quam theolog...
*tiæ filiam*, ex abdita quadam æternitate omni...
Hæc vt regina cauſarum & arbitra rerum, hæc ...
ſortium temperat. accidentium vices alternans ...
ſtrarum exorſa interdum alio quam quo conten...
minans, multiplices actus permutando conuolu...
tatis inſolubili retinaculo mortalitatis vinciens ...
caſſum, & incrementorum decrementorumq; ...
nouit, nunc erectas mentium ceruices opprimit ...
bonos ab imo ſuſcitas, ad bene viuendum extoll...
deo illi vetuſtas fabuloſa aptauit, vt adeſſe veloc...
ctis exiſtimetur: & prætendere gubernaculum ...
totam, vt vniuerſitatem regere per elementa diſcu...
ignoretur. Hæc fecit Agathoclem Siculum ex ...
nyſium, gentium quondam terrorem, Corinth...
præfecit. Hæc Adramyttenum Andriſcum in ...
Pſeudophilippi nomen euexit, & Perſei legitim...
ferrariam ob quærendum docuit victum. Eadem ...
mantinis ſumma atrocitate: Veturium & Claudium ...
uit, feriati Carthaginis Regulum, iſtius arbitrio ...
quæſitum Magni & rerum geſtarum amplitudine ...
ad ſpadonum libidinem in Ægypto trucidatur, & ...
ergaſtularius ſeruus ductauit in Sicilia fugitiuos. Q...
loco multi nati, eadem rerum Domina conniuente, ...
vel Spartaci amplexi ſunt? quod capita, quæ gentes ...
ſti carnifices abſciderunt? Alter in vincula ducitur, ...
præficitur poteſtati, alius à ſummo culmine dign...
Quæ omnia ſi ſcire quiſquam velit quam varia ...
narum numerum idem iam deſipiens, & montium ...
tari poterit. *Ammian. Marcel. hiſt. l.* 14.

Vigilat vtrobiq; ſuperni Numinis æquitas, *Idem* ...

Vigilat Iuſtitiæ oculus ſempiternus. *l.* 28.

Inconueniens Iuſtitiæ oculus, arbiter & vindex ...
vigilat attente, *l.* 29.

Manes inultos ſempiternæ vindicat iuſtitiæ vig...
ſerus, ſed ſcrupuloſus quæſitor geſtorum recte vel ...

Diuina fit iuſtitia, vt qui primi bellum inique ...
tulerunt, ſupplices pacem petant *P. Iouius, hiſt. l.* 4.

Deus eos in terris diu felices eſſe non patitur, qui ...
delitate omnem humanitatem exuerint, *Idem li.* ...

Traianus præfecto prætorii gladium nudum porr...
Accipe gladium, quē pro me, ſi bene atq; cū ratione ...
deſtringes: ſin minus, eo ad interitum meum vtere. ...
*no.*

Numam dominum ſibi Romani, priuatum ...
quantumuis, delegerunt: Lycurgus ex rege ſeipſum ...
Pulchrum quidem eſt iuſtitiā regnum adipiſci: ...
regno iuſtitiam anteponere, nam virtus alterum ...
didit, vt regno dignus iudicaretur, alterum ita magn...
temneret. *Plut. in Lycur. & Numa compar.*

Nulla regi conuenientior actio eſt quam iuſtitia ...
enim (vt Timotheus ait) tyrannus eſt: & Pindarus ...
regem appellat, Homerus item ait reges non machin...
pugnatrices, non æratas naues à Ioue ſibi traditas, ...
ſe & cuſtodire: regumq; non bellicoſiſſimum, neq; ...
aut ſæuiſſimum, ſed iuſtiſſimum Iouis diſcipulum ...
*in Demetr.*

Ex omnibus Ariſtidis virtutibus, maxime Iuſtitiam ...
nimaduertit, quod eius vſus & perpetuus, & omni...
communis eſſet. Itaq; pauper & de plebe homo, ...
maxime regiū & diuiniſſimum nactus eſt. Quod reg...
haud imitati ſunt, qui magis (vt apparet) vi & poten...
tute, partæ gloriæ cupidi, Poliorcetæ ab vrbibus cap...
rauni, à fulmine, Nicanores à vincendo, nonnulli ...
cipitres dici maluerunt. Atqui diuina natura (cu...
efficere cupiunt) tribus his excellere videtur, per...
tia, & æquitate inter quæ ſumma certe eſt æquitate ...
uinitas. Perpetuis enim, hoc eſt interitus expertibus, ...
ni & elementis contigit: terræ motus, fulmina, ...
fluuiorū inundationes, magnā vim habent: iuſtitiæ ...
tis in Deo nihil niſi quod ſapiat & res diuinas & intellig...
ceps. Quapropter cū tribus modis plerique erga De...
admirando, timendo, honorando: mirari eū ſolent ...
care ob æternitatem interituſque immunitatē, ...
metuere propter eorū dominationē & potentiā, ...
honorare & colere, iuſtitiæ cauſa. Et tamen hoc ...
homines, immortalitatem natura noſtra ſuperiorem, ...
que in fortuna maiore ſui parte poſitā appetunt, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…diuinis bonis in nos cadit) poſt hæc poſita: tanto quidem …ius, quod vitam potentiæ, fortuna, & principatu præditam, …quidem diuinam, beluinam vero iniuſtitia reddit. *Plut. in …*

…mirari nequeo, id quod multis ante ſeculis admirationi …ſapientiæ profeſſoribus fuiſſe video: poſt hominum me…m ſummos Reges, maximoſque Imperatores, ex rebus ge…ue inſtituto, aut fortuna aliqua præclara ſibi cognomi…periſſe: alios Illuſtres, alios Magnos, alios Felices, alios Au…, alios Pios dictos, alios alio decore nobilitatos nullum, … Regum, nullum illorum Imperatorum qui rerum potiti …ſti cognomen ad hanc diem promeruiſſe: eam vnam iuſti… palmam, cognominiſque dignitatem, cæteris occupatis …quam eſſe quæ petatur, quam prima omnium ſumma con…one peti oportuiſſet: cum cætera priuatorum hominum, & …ominus ſalutaria munera ſint. Cuius rei cauſam quis aliam …dent, quam quod ſunt qui ferant, iuſtum hominem maiori …quam ſibi, vſui eſſe? quaſi Reges loco cæleſtium inſtituri, …e idcirco ſint, vt ſibi, non Reipubl. ſaluti commodoque …ant: cum contra res habeat, Regeſque diuinitus generi …ano dati ſint, vt in commune conſulant, iuſtitiaque ſit ea …dos, quæ vniuerſa vtilitate conſeruata, ſuam cuique tri…dignitatem: à qua qui deciſcunt, quamuis in Regio ſolio …dent, Regeſque in præſentia vocitentur: tamen adeo ab Re…nomine, iudicio ſapientum (quo quid maius? quid grauius?) …, vt ne Latino quidem nomine nuncupari poſſint: externo …peregrino nominantur.

…igitur culpæ ratio eadem eſt, quæ & communis exitii, …norumque bellorum: quod opibus præſtare, id in rebus hu…ſummum bonum arbitrantur: cum ea demum ac vna ma…ndo Regia ſit, vt cum cupiditati animi modum ſemel impoſue…, quam cæteros mortales magnitudine nominis antecedis, tam …is anteire contendas, & ea in primis excellas virtute, à …a reliquæ iura petant, eius nutum intueantur, ad eam o…referant, ab eius ore pendeant: cuius fidei aliæ rerum ſum…arbitriumque mandarint, ſeque eius adminiſtras comiteſ…profiteantur. Ea haud dubiè iuſtitia eſt: pro qua fortitudo, …tas, conſtantia niſi depugnet, ſuum ius nomenq; ac decus …, feritas, immanitas, væcordia, dicatur: cui ſapientia niſi …præſtoque ſit malitia, calliditas, fraus, captio, neceſſario …tur. Einſdem eſt, cum hominum genus ex fera vita ſyluiique …ribes manſuetudinemque exciuerit, legumque ac inſtitutorum …culis coniunxerit, conſociaritque, dare operam, vt probi mo…geant: pietas fides, pudor, modeſtia, continentia, temperan…colatur.

Quin ipſa liberalitas, quæ prodeſſe velle ſe, ac augere multos …, niſi ſine iniuria, ſine maleficio alterius id faciat: niſi iu… religiis inſiſtat, cuius ſe germana ac maxime gemina prædi…omnis commendationis dignitatiſq; ſit expers: priuſque alios …, quam aliis largiatur. Eadem & magnificentiæ & munifi…vis eſt, vt ab iniuria procul faceſſat: vt vnius iuſtitiæ nomine …contineantur, ea omnes ſit: ea vim ſuam etiam ſanctam …talibus teſtetur: quod cum quænam mortalium generi tuen…debeantur, præſcripſerit, cœlum etiam ſuſpiciens, illi in animis …venerationem cultumque reddat, pietatem & religio…, templa, ſacra, ſuperis impertiat, ſummumq; mundi artifi…velut coram contemplata, imitandum ſibi proponant: vt quem …dum ille ſigna, ſidera, cœli motus, temporum viciſſitudines, …certaque lege deuinxit, è qua deficere nequeant, ita ip…tribus his apud nos Regnis, ſi perpetua futura ſint, ſalutares …iuraque præſcribat.

…igitur iuſtitia terris incedens, ac cœlum ceruice contingens, …nihil ipſa petens, nihil captans, ſua cuique tribuit, vt ei nihi… genus humanum, reſque omnes eius beneficio incolu…ſeparadent. Simul qui iuſti legitimiq; Reges à parentibus …inſtituto, & legibus conſenſuq; Regna acceperint, nulli rei …quam iuſtitiæ debent. Maius enim certiuſq; patrimonium ac …ores facultates ab ea acceperunt, quam à parentibus. Illi enim …, gazam, arma, arces, præſidia tradere potuere: veri iuſtique …ſint, haberenturq; ipſi ac liberis deinceps per manus eadem …quant, id munus eius Reginæ ſit. Cur enim iuſtitiam Regi…nocitare dubitemus? quæ Regna tradat, tueatur, ſancta effici… adeo vt etiamſi id verum credatur, quod & proceres ſapientiæ …lli dixere, iuſtum plus aliis prodeſſe quam ſibi: diſſimulari …en non poſſit, veros reges, eoſque in primis qui regibus orti, …turi reges ſint, ei Reginæ accepta omnia ferre debere: quam …ſos in ſe colere, & cæteris præſtare conueniat. Et (vt omnia ſe…complectar) religionis, moderationis, fortitudinis, prudentiæ, …ralitatis, Iuſtitia parens eſt: nec diuelli ab Rege poteſt, incolu… Regio nomine.

…ec difficile factu eſt, eam præſtare, non æque cætera. Etenim ſa…a ingenii indoles eſt, quam nullus efficere, creareve ſibi poteſt …æ bonum, ac Dei donum eſt. Fortitudo quoque vis quædam …agnitudo animi cenſetur, ac id mentis robur ferè vt cuique in…em eſt ſpecimen, cernitur. Quid, quod continentiam facilem …efficiem corporis dos habituſque præſtare videri poſſit? Iuſti-tia aut à ſola voluptate proficiſcitur: & vt quiſque vult, iuſtus, ſecuſve eſt: aut facillimè omnium Regiis ingeniis ſe vltro diſcendam præbet. Forma corporis, oris dignitas, frontis grauitas, vultus maieſtas fulgor, vigor ac lumen oculorum ſpectantes mouet, tenet, ac admonet quænam ſpecies prima ſummo rerum artifice initio rerum creati hominis fuerit, ſunt in illa felici immortalitate. Quod ſi corporis pulchritudo tanti eſt, vt quodam ſui miraculo reliquos afficiat: quid ſentiendum eſt de illa pulchritudine, quæ eſt animi verè Regii, quæ ſuperis fuerit ſimillima? *P. Æmil. hiſt. lib. 8.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Bias* damnaturus quempiam ad mortem, lachrymatus eſt miſeriam hominis, & merito deplorandam fortunam. Verum cum dixiſſet quidam. Quid eſt quod defleas, cum in tuo ſit arbitrio, condemnare aut liberare hominem? reſpondit Bias. Neceſſarium quidem eſſe, naturæ condolere: à lege autem & iuſtitiæ regula diſcedere, magis pernicioſum eſt. *Stob. ſerm. 44.*

*Zeno*, cum ex eo quidam familiarium quærerent, qua poſſent ratione iuſtitiam colere, nihilq; iniuriæ facere: Si ſemper, inquit me vobis adeſſe exiſtimabitis. *Max. ſerm. 5.*

*Antiſthenes* negabat ſapientem virum obſtrictum eſſe legibus ab hominibus promulgatis: Intellexit vir prudentiſſimus, ſapientem obligatum eſſe virtuti, iuxta cuius normam vitam inſtituit. Leges enim non omnia præſcribunt, ſed ipſa ratio docet quid turpe quidque honeſtum, & virtutis regula vtique oſtendit, quid viris bonis agendum ſit. *Laert. l. 6.*

*Idem* aiebat, homines virtute præditos ſibi parare defenſores non fortes tantum, ſed etiam æquos & iuſtos. Nolunt enim defendi, ſi contra iuſtitiæ leges aliquid admittant. *Eraſm. Roterod. lib. 6. apophthegm.*

*Idem*, cum Athenienſes eo deueniſſent, vt Ariſtidem oſtraciſmo (id erat damnationis genus, quod teſtulis peragebatur) in exilium agerent, ac ruſticus quidam illiteratus teſtulam ad eum deferens iuſſiſſet, vt Ariſtidis nomen inſcriberet Noſtine, inquit Ariſtides, Ariſtidem? Cum ille negaſſet ſe noſſe, moleſte tamen ferret, quod iuſtus cognomine diceretur: ſiluit Ariſtides, & nomen ſuum inſcripſit teſtulæ, ac reddidit. Tam leni animo ferebat iniuſtam damnationem. Grauiſſimum autem vitæ innocenter actæ teſtimonium eſt, è tanta multitudine neminem extitiſſe, qui aliquid obiiceret, quam Iuſti cognomen, quod ipſe tamen ſibi non impoſuerat *Plut. in Ariſtide.*

*Demoſthenes* eos homines in primis laude dignos pronuntiauit, qui nullam anteponerent iuſtitiæ vtilitatem. Pecunias enim quiſque poſſidere poteſt, at iuſtitiæ gloria pecuniis non emitur. *Phauorinus. Verum Stob. Iſocrati aſcribit.*

*Iaſon.* celebratur Iaſonis Theſſali dictum, quo ſe purgare ſolebat iis quibus moleſtiam aut vim attuliſſet: Qui magnis in rebus ſe iuſtitiæ cultorem haberi velit, eum in paruis interdum illam violare oportet. Velut in bello, quod tuta ſit Reſpublicá, agri aut ædificia quorundam ciuium interdum perduntur. *Eraſm. lib. 1. apoph.*

*Acratatus*, parentibus poſtulantibus vt ſibi in re quapiam iniuſta adeſſet, recuſauit illis aliquandiu. Cæterum cum inſtarent, hunc in modum reſpondit: Donec eſſem apud vos, nullam omnino tenebam iuſtitiæ ſcientiam: verum vbi me patriæ tradidiſtis, patriæque legibus, inſuper & iuſtitiam & honeſtatem pro viribus docuiſtis, conabor huic magis obtemperare quam vobis. Et quandoquidem hæc eſt veſtra voluntas, vt quæ ſunt optima faciam: optima vero ſunt, quæ iuſta ſunt, cum homini priuato, tum præcipue principatum gerenti: quæ vultis faciam, quæ dicitis, negabo. *Plut. in Lacon.*

*Agis*, quibuſdam Eleos hoc nomine prædicantibus, quod in certaminibus. Olympiacis eſſent iuſti iudices: Quid, inquit Agis, magni mirive faciunt, ſi intra quinque annos vno tantum die ſe iuſtos præſtant? Pergentibus autem laudare qui cœperant: quaſi vero, inquit, mirum ſit, ſi re pulchra nimirum iuſtitia pulchre vtuntur: Non putabat vir ſapientiſſimus, in eum competere iuſtitiæ laudem, niſi qui per omnem vitam in omnibus actionibus iuſtitiam coleret, nam ludi Olympiaci ſemel tantum intra quinquennium celebrabantur. *Plut. in Laçon.*

*Ageſilaus* ſciſcitatus: Vtra virtus eſſet præſtantior, Fortitudo an Iuſtitia? grauiter reſpondit; Fortitudinis nullum eſſe vſum, niſi adſit iuſtitia. Quod ſi omnes eſſent iuſti, nihil opus fore fortitudine. Quo reſponſo nihil præter æquum faciendum vbique putauit. *Plut. in Lacon. apoph. Stob. ſerm. 7.*

*Idem* cum cæteris in rebus eſſet rigidior, & exacte iuſti legumque tenax: tamen in amicorum negotiis exiſtimabat, inhumanitatis ac ſæuitiæ prætextum eſſe, nimium aduerſus illos eſſe iuſtum. Huius rei teſtis eſt epiſtola quædam perbreuis, quæ fertur ad Hidrieum Carem ſcripta, qua cuidam amico veniam deprecatur in hunc modum: Nicias, ſi nihil peccat, dimitte hominem: ſi peccat, mihi dimitte, ſed omnino dimitte. Innocentem punire, ſcelus eſt: culpam interdum condonare in gratiam honeſti deprecatoris, humanitas eſt. Cum enim iuſtitiam ſemper oporteat eſſe clementia temperatam, quoties nacta eſt grauem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

interpellatorem, & minus habet inuidiæ, & plus impetrat gratiæ. In pleriſque igitur amicorum negotiis ad eum modum ſe gerebat Ageſilaus: interdum tamen magis ſequebatur Reipub. vtilitatem per occaſionem oblatam, quam indulgebat amicitiæ. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Callicratidas* à Lyſandri amicis ſolicitatus, vt vnum quendam ex inimicorum numero permitteret ipſis interimere, & acciperet talenta quinquaginta. Tametſi pecunia egeret, vt ſolueret nautis promiſſum ſtipendium: non tamen hoc fieri conceſſit, cum videret contra omnem hoc eſſe iuſtitiam. At cum Cleander regius conſiliarius dixiſſet. Ego profectò hoc accepiſſem, ſi fuiſſem Callicratidas: Et ego, inquit Callicratidas, accepiſſem, ſi fuiſſem Cleander. *Idem.*

*Leo Eurycratidis. F* cuidam percontanti, in qua demum ciuitate tuto viuere poſſet? In ea, ait, quam qui incolunt, neque plus poſſident, neque minus: & vbi iuſtitia viget. Grauiter admonuit, eam ciuitatem tuto habitari poſſe, in qua iuſtitiæ cura habetur. *Ibidem.*

*M. Cato* Magiſtratum iudicem dicebat, nec pro iuſtis orandum, nec pro iniuſtis exorandum. Senſit, culpam eſſe iudicum ſi vt iuſtis æqui ſint, orandi ſunt, quum oporteat vltro fauere bonis. Pro iniuſtis orare fortaſſis humanitatis eſt: at exorari, eſt à iuſtitia deflectentis. *Plut. in Rom. apoph.*

*P. Rutilius*, amico cuidam rem iniuſtam petenti, pernegabat, quumq; is commotus per ſummam indignationem diceret: Quid ergo mihi opus eſt tua amicitia, ſi quæ abs te rogo, non facis? Imò, inquit Rutilius, quid mihi opus eſt tua amicitia, ſi me vrgere cupis, vt in iuſtitiæ leges tua cauſa peccem? *Eraſm. Roterodam. libro 8. apoph.*

*Pompeius* Phraati Parthorum regi per legatos poſtulanti, vt Euphratem, Romanæ ditionis terminum eſſe vellet: Imo, inquit, illud magis poſtulandum eſt, vt Romanorum fines à Parthorum regno iuſtitia dirimat. *Plut. in Rom. apoph.*

*Liberius Epiſcopus*, reſpondit Conſtantino Imperatori ſuadenti vt ſubſcriberet in excommunicationem Athanaſii: O Imperator, iudicia eccleſiaſtica decet cum maxima proferri iuſtitia. *Tripart. hiſt. l. 5. c. 17.*

*Traianus Imperator*, iuſtitiam & æquitatem in principe plurimum commendare ſolebat: qui his potiſſimum virtutibus principes cæteros homines excellere debere dictitabat, quarum & ipſe cum Rom. gubernaret imperium, ſtudioſus adeo fuiſſe fertur, vt aliquando enſem ſtrictum præfecto vrbi in conſpectu omnium dederit, atq; dixerit: Cape ferrum hoc & ſiquidem rectè imperium geſſero pro me: ſin aliter, contra me hoc vtere. *Nicephor. Calliſt. lib. 3. Eccl. hiſt. c. 23.*

*Hadrianus*, cum in ſpectaculo populus clamore flagitaret, vt aurigam qui placuerat liberum eſſe iuberet: per tabellam reſpondit iniquum eſſe quod peterent, & contra leges iuſtitiæ. Si enim ſeruum alienum libertate donaret, fieret iniuria domino. *Ex Dione Caſſio. & Spartiano.*

*Fridericus Imperator* cum Ladislaum Hungariæ ac Bohemiæ regem educaret, non defuerunt qui perdendum ſuaderent puerum cuius vita ingentes moleſtias Cæſari, mors regna & opes maximas allatura eſſet. Ad quos ille: Ergo me, inquit, opulentum magis regem, quam pium, quam iuſtum cupitis. At ego iuſtitiam bonumque nomen diuitiis cunctiſque rebus antepono. *Æneas ſyluius lib. 3. comment. in res geſtas Alphonſi.*

*Ad Rodolphum Imperatorem* cum quidam veniſſet qui Othaccarum Bohemiæ regem atrocem hoſtem, in venatione ſe occiſurum promitteret: ſi facto præmium eſſet: Rodolphus, Etſi noſter hoſtis eſt Othaccarus, inquit, non tamen id efficiet, vt iuſtitiæ & moderationis fines tranſeamus. *Æneas Syluius lib. 3. Comment. de reb. geſt. Alphonſi.*

*Inter Ioannem Caroli* quarti eius nominis patrem, & Henricum Carinthiæ ducem, de regno Bohemiæ longa & difficilis fuit contentio. Verum cum quidam ad Ioannem veniens, veneno ſe hoſtem occiſurum promitteret, ſi præmium ſperaret: Ioannes iuſtitiæ & integritatis amator, Si me neſcio Henricum, inquit, interfeciſſes, & ad me fugam adornaſſes, crux tibi præmium futurum erat, qui te regio ſanguine commaculaſſes: & tu te modo authorem tanti ſceleris geris? *Idem*

*Alphonſus Arragonum rex*, eos principes qui iuſtitiam non colerent, perſimiles ſibi videri dicebat iis, qui morbo caderent comitiali. Nam cum animæ materia ſit ſola iuſtitia, qua tenditur ad vitam: quid reſtat principibus, ſublata iuſtitia, quæ eſt vitæ quaſi nutrimentum & cibus. *Anton. Panor. de rebus geſtis Alphonſi, Æneas Sylui de eius dictis.*

¶ SIMILITVDINES.

*Philonis*: quemadmodum iudex nec vincere vult quenquam, nec habere aduerſarium, ſed lata ſententia pondus addit parti iuſtiori: Ad eundem modum iuſtitia quoq; cum nemini aduerſetur, cuiq; rei quod ſuum eſt tribuit. *Lib. 1. Allegoriarum.*

*Epicteti*, veluti recto nihil dari poteſt rectius: Sic neque iuſto iuſtius. *Apud Stob. ſerm. 7. de iuſtitia.*

*Demoſthenis*, quemadmodum domus, opinor nauigii, & aliorum id genus firmiſſima fundamenta eſſe oportet: Sic etiam negociorum actionumve principia & cauſas veras ac iuſtas ... *Olyn. 2.*

*Ciceronis*, quemadmodum theatrum cum commune ſit, recte tamen eius dici poteſt eſſe cum locum, quem quiſque ... Sic in orbe mundove communi, non aduerſatur ius, quo ſuum quidque cuiuſque ſit. *Lib. 3. de finibus.*

*Iouiani Pontani*, cum ſit vniuerſum genus hominum ... quædam ciuitas: cuius hæ quas incolimus vrbes, ... quædam: ipſæque conſtent domibus ac familiis, ... minibus: primum docet Iuſtitia, quales ipſi erga parentes ... liberos, nepotes eſſe debeamus: dein in cæteros ... ceſſarios, qui domos ſibi alias conſtituerunt. Et ... ro ait) domus eos non caperet, tanquam in colonias ... erga vicinos, tribules & ciues alios: itemque & ... grinos: admonens non modo eiuſdem generis ... rum qui extremas quoq; terras incolant. Et quoniam ... dixi vniuerſi cœtus hominum rector eſt & moderator ... primis monet, vt eius memores, primos illi ac ... tribuamus, pietatemq; colamus, ac religionem. ... *lib. 2. in initio.*

¶ ADAGIA.

Iuſtitia in ſe virtutem complectitur omnem. ... λήδδην πᾶσ᾽ ἀρετή ἐστιν.

*Iuſtitia enim frequenter accipitur non pro ſpeciali ... quemadmodum & in ſacris literis iuſtus dicitur, qui ... tio.*

Homines frugi omnia recte faciunt.

*M. Tull. lib. Tuſc. 4. Frugalitatis nomen tanquam ... ferre volumus quod niſi eo nomine virtutes continerentur ... illud tam peruulgatum eſſet, vt iam prouerbii locum ... mines frugi omnia rectè facere.* Der ſchlecht ... Der Fromb/macht nichts krumb.

Exigua res eſt ipſa Iuſtitia.

*Quo prouerbio ſignificabant, non multum adferre ... probus ſis, niſi talis etiam habitaris: & opinionem ... re, quam ipſam rem.*

Trutina iuſtius. δικαιότερον τρυτάνης.

*De iis, qui inſignis incorruptaq; ſunt æquitate.*

Iuſtitiæ oculus. δίκης ὀφθαλμός.

*Dicitur ſyncerus & incorruptus iudex, aut ipſum ... Adagii meminit Suidas.*

Iuſtitia iuſtior. δίκης δικαιότερος.

*De vehementer integris & incorruptis.*

Maras. Μάρας.

*Hoc nomine ferunt fuiſſe quempiam apud ... tem, ditiſſimum quidem illum. Verum nihilominus ... officioſum in omnes, tum ciues tum hoſpites. Vnde ... ptum, vt id vocabuli tribueretur viris, qui ad ... tem nati viderentur.*

Bocchyris. Βόκχυρις ſiue Βόκχυρις.

*Rex quidam fuit Ægyptiorum. Dici poteſt & de iis, ... re de re quapiam pronunciant.*

Rhadamantheum iudicium. Ῥαδαμάνθεος κρίσις.

*De incorrupte iudicantibus.*

Orphica vita. Ὀρφικὸς βίος.

*Id eſt: Orphicam vitam, Plato dixit vitam ... xu, ſanguinolentiſq; dapibus puram.*

Virtus ſimplex.

*Ariſtoteles.*

Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

*Eſt ſimplex virtus, omnigenum vitium.*

*Facile enim eſt à ſcopo aberrare, ſed ſcopum attingere ...*

Eadem penſari trutina.

*Id eſt: Eadem lege. Horatius in Sermone. Hac lege ... ponetur eadem. Perſius: Examenque improbum ... tina. Huic ſimillimum eſt: Æquali trutina, ſiue æqualiter ... parti iure ſit citra perſonarum reſpectum.*

Ramnuſius. Ῥαμνούσιος.

*Id cognominis olim ceu prouerbio additum ſapientibus, ... ratis viris.*

Prienenſis iuſtitia. Πριηνὶς δίκη.

*Quum ſignificamus aliquem iudicando plurimum ...*

Rectam ingredi viam. τὴν ὀρθὴν βαδίζειν.

*Rectam ambulare viam, dicitur qui nuſquam deflectit ... ſto.* Er gehet den rechten Weg. Er iſt auff guter Ban ... die recht Straſſen.

Dum clauum rectum teneam.

*Significat non imputandum euentum parum proſperum ... ci, modo is præſtiterit quod artis eſt.*

Ad amuſſim applica lapidem, non ad lapidem amuſſim. ... στάθμη πέτρον τίθεσθαι, μὴ τι πρὸς πέτρῳ στάθμην.

*Admonet vitam ad leges eſſe corrigendam, non leges ad ... formandas.*

Ne moueto lineam. μὴ κίνει γραμμήν.

*Significat non eſſe mutandas leges, neque prætereundos fines ... rum præſcriptos.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex æquo partire. ἐξ ἴσου δίδου πᾶσιν.

*Quadrabit in iudicem aut principem, quem oportet æquabile reddere.*

Æqualitas haud parit bellum. ἰσότης πόλεμον οὐ ποιεῖ.

*Æqualitate continetur concordia: Inæqualitas diſcordiarum eſt mater.* Gleiche Bürden brechen niemandt den Rücken. Gleiche Bürd hält die beſte Freundtſchafft. Vngleiche Schüßlen machen ſcheele Augen.

Quæ non poſuiſti, ne tollas. ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ.

*Conuenit in furaces, & in eos qui repetunt, quod non crediderunt. Item, qui ſibi poſtulant acceptum ferri quod non præſtiterunt.* Was du nit von dir gelegt haſt/ das ſoltu nicht auffheben.

A ſacris abſtinendæ manus.

*Vulgo quoq; creditum eſt, fatum inſtare ei, qui ſacris rebus ac Deo dicatis manus iniecerit. Vnde ab Homero dicitur:*

Ὁππότ᾽ ἀνὴρ ἐθέλει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
Ὅν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.
*Cum diuo certare viro ſimulatq; cupit quis,*
*Cuique Deus bene vult, illum mala plurima cingent.*

Nemo quenquam ire prohibet publica via.

*Quæ ſignificant, rerum communium æqualem omnibus eſſe vſum, nec cuiquam vertendum vitio quod ius in publicum concedit.*

Zaleuci lex. Ζαλεύκου νόμος.

*De edicto mandatoq; plus ſatis rigido, parumque humano dicebatur.*

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

*Pœna legum exercetur in humiles quoſpiam, rapacib. ignoſcitur.* Die groſſe Dieb hencken die kleinen. Die kleine Dieb henckt man/ gegen den groſſen zeucht man die Hüte ab. Item/ die kleine Dieb henckt man an den Galgen/ die groſſe an Seckel.

Vrbanus nihil æqui cogitat. οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστικός.

*Admonet ruſticanam vitam innocentiorem eſſe, vt quæ ſola cum iuſtitia habeat commercia terris.*

Quod aliis vicio vertas, ipſe ne feceris.

*Quod damnaturus ſis in aliis, in te ne admiſeris.*

¶ Exempla Biblica.

Iuſtorum *exempla*: Noe, *Gen.* 6. *v.* 9. & 7. *v.* 1. *Eccl.* 44. *v.* 17. 2. *Pet.* 2. *v.* 5. Thamar, *Gen.* 38. 26. Samuel, 1. *Sam.* 12. 3. *Eccl.* 45. *verſ.* 16. 17. & c. Dauid, 1. *Sam.* 24. 18. Abner & Amaſa, 1. *Reg.* 2. *v.* 32. Tobias ſenior, *Tob.* 1. *v.* 3. Iob, *Iob.* 1. *v.* 1. Parentes Suſannæ *Dan.* 13. 3. Ioſeph, Mariæ vir, *Matth.* 1. *v.* 19. Abel & Zacharias, 23. *v.* 35. Chriſtus, 27. *v.* 4. 19. *Luc.* 23. *v.* 25. & 23. *v.* 47. *Act.* 3. *v.* 14. & 7. *v.* 52. Zacharias & Elizabeth, *Luc.* 1. *v.* 6. Simeon, 2. *v.* 25. Cornelius, *Act.* 10. 1. 22. Loth, 2. *Pet.* 2. *v.* 7. Paulus, 1. *Cor.* 4. *v.* 3. 4. Iuſtitiæ & æquitatis *exempla*: Abraham, *Gen.* 13. 9. Moyſes, *Num.* 27. *v.* 5. 6. 7. Samuel, 1. *Sam.* 15. *v.* 33. Dauid, 26. 23. & 30. 24. 2. *Sam.* 14. *v.* 24. Harbona eunuchus, *Eſth.* 7. *v.* 7. Deus, *Ierem.* 51. *v.* 49. Rex Darius, *Dan.* 6. *v.* 24. quidam Rex, *Matth.* 18. 34. vide Aequitatis & iuſtitiæ exempla. Iuſtitiæ Phariſaicæ *exempla:* Legiſperitus, *Luc.* 10. *v.* 29. Princeps quidam. 18. *v.* 22.

¶ Profana Exempla.

*Æthiopes* pietati & iuſtitiæ ſtudent, ædes ipſorum ianuis carent: & cum in viis multa iaceant, nemo furatur. *Stob. ſerm.* 42.

*In legibus & contractibus Indorum* maximam ſimplicitatem eſſe, vel ex eo argui poteſt, quod non multum ſunt litigioſi. Nam nec commiſſi, nec depoſiti iura vlla habent, nec teſtibus indigent nec ſigillis: ſed ſimpliciter credunt. *Strab. lib.* 15.

*Indi ante Liberum patrem* iuſtitiam tanto obſeruarunt cultu: vt exteras nunquam appetiuerint bello, ne quid parum iuſti inter eos admitteretur. *Cælius lib.* 18 *c.* 31. *A. L.*

*Ex Indis*, qui Pedalii vocantur, nil fere in ſacrificiis aliud à Diis immortalibus expoſcebant, quam iuſtitiam: arbitrati omnis plane compotes ſe futuros, ſi eam modo vnam forent conſequuti. *Ex Stob. Cælius lib.* 23. *c.* 19. *A. L.*

*Chorus Argiuarum* ſupplicium Athenienſium vrbem, ſtudioſam iuſtitiæ, & matrem exulem eſſe fatetur. *Apud Euripidem in ſupplicibus: Tibareni.*

Σύ τοι σέβεις δίκαν, τὸ δ᾽ ἧσσον ἀδικίᾳ
Νέμεις, καὶ τὸ δυστυχῆ πάντα ῥύῃ.

*Tibareni Aſiæ populi*, Chalybibus vicini, iuſtiſſimi ſunt, nec prius prælio congrediuntur, quam diem, locum & horam ex fide hoſti denunciarint. *Strabo & Val. Flaccus lib.* 5. *Argon.*

*Plato* filium Iouis fuiſſe ait Minoa, & diſcipulum: quod rem iuſtam vllam recte gerere, vel percipere recte gerentem nemo valeat, qui eam artem non hauſerit, & complexus ſit. *Plut. de tarda Dei vindicta.*

*Antiochus tertius Aſiæ rex*, omnibus regni ſui vrbibus ſcripſit, ſi quid in literis, quæ eius nomine ſcriberentur, eſſet, quod legibus aduerſum videretur, crederent ignaro ſe eiuſmodi literas ſcriptas fuiſſe, & propterea eis non parerent. Sanctiſſimum profecto verbum, quod iuſto regi maxime conueniat: vt quemadmodum ipſe populis præeſt, ita ipſi leges atq; æquitatem præeſſe intelligatur. *Camillus Gilinus lib.* 6. *c.* 5. *de iuſtitia.*

*In Pedaliis Indica* gente non ſacerdos, ſed qui præſentium prudentiſſimus fuerit ſacris præficitur. Petit autem ſemper à diis nihil aliud, quam iuſtitiam. *Nic. de correctione morum.*

Cum *Tullus Hoſtilius Mancinus Ædilis* curulis Maniliam meretricem apud populum accuſaſſet, quod nocte præteriens eius ædes ſaxum in ipſius caput demiſiſſet, vulnusq; ad faciendam acceptæ iniuriæ fidem oſtendiſſet, Manilia autem ad Tribunum appellaſſet, dicens: Mancinum poſt cœnæ tempus plus æquo potum ad eius ædes acceſſiſſe, vt ingrederetur, & quia non admittebatur, fores euertere molientem, ſaxis ab iis eſſe repulſum: Tribuni maiori iuſtitiæ, quam dignitatis ac magiſtratus Mancini aut etiam quam Maniliæ turpis vitæ ratione habita, pronunciarunt, iure eo loco ædilem eſſe depulſum, quem adire iſti non honeſte licebat, & propterea prohibuerunt Mancinum Maniliam ad populum in iudicium trahere. *Baptiſta Fulgoſus dictorum factorumq; memorabilium l.* 6. *c. de iuſtitia.*

*Alexander Seuerus Imperator* tanta fuit æquitate, vt nullas vnquam ſanciret leges, nullam conſtitutionem ſacraret ſine viginti iuris peritiſſimis, & doctiſſimis, ac ſapientiſſimis viris: nec in vlla re iudicium ferret, quin prius iret per ſententias ſingulorum, & ſcriberetur quid quiſque dixiſſet. Cum de iure ac negotii, tractabat, ſolos adhibebat doctos & diſertos: ſi de re militari, milites veteres & ſenes. Si vnquam furem vidiſſet iudicem, paratum habebat digitum, vt illi oculum erueret, tanto odio proſequebatur iudices, qui furtorum fama laboraſſent, vt ſi eos caſu aliquo videret, commotione animi choleram ſtomacho euomeret, toto vultu inardeſcente. *Author eſt Lampridius in eius vita.*

*Titus Manilius iuris Pontificialis peritus iudex*, inter Macedonas accuſatores & filium conſtitutus audita cauſa ita pronunciauit: Quum probatum ſit, Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum repudio & prole mea indignum iudico, protinusque à conſpectu meo abire iubeo.

¶ Hieroglyphica.

Per *Euphratem fluuium* fœcunditatem & fructuum exuberantiam intelligi volunt, ac perinde *Iuſtitiæ* ſymbolum eſſe. Ex nulla ſiquidem virtute opimiores lætioreſque fructus colligi feruntur, quam ex æquitate. Hinc Ceres, *Legifera* poetis, eademque *Aſtrea*. Hinc Tellus ipſa iuſtiſſima, ac ipſius *Iuſtitiæ* ſimulacrum perhibetur. *Pier. Val. l.* 21. *p.* 97 *C.*

Apud Ægyptios Sacerdotes primum omnium. *Iuſtitiæ ſeruatorem* per *Oculi patentis* hieroglyphicum ſignificari compertum eſt, frequensque dicterium apud Græcos, δίκης ὀφθαλμὸς *Pier. Val. l.* 33. *p.* 305. *A.*

Veteres quoque *ternarium numerum* dedicarunt *Iuſtitiæ*: vt de Pythagoricis diſciplinis Plutarchus ait. Iniuria ſiquidem afficere, neque non affici, cum extrema ſint & idcirco vitioſa. iuſtum æqualiter vtrinque reductum, in medio reſidet. *Pier. Valer. libro tertio.* 83. *C.*

Herodotus *Vulturem* ab Hercule pro *Iuſtitiæ* ſymbolo habitam tradit, quod ea iuſtiſſima omnium auium, quæ volatilibus veſcantur, iudicetur eaque de cauſa ſemper apud eum magnæ æſtimationis fuiſſe lætarique ſolitum cum inter res agendas *Vulturem* aſpexiſſet. *Vultur* enim, nihil quod viuit attingit, nec animatum quicquam interficit, quod accipiter & aquila faciunt. *Pier. Val. lib.* 17. *p.* 169. *B.*

Procul iuſtitiam *Virginem* eſſe ſcribit, quoniam dicaſticum genus eſſe deceat καθαρὸν, id eſt, integrum, purumque, cuius ſit virginitas ſymbolum. Dici porro & *Iouis filiam*, declarat Heſiodus hoc verſu, ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα, id eſt, Virgo iuſtitia eſt, prognata Ioue: & ob id, quod *Nomathetes*, ſit κοσμικός, velut Princeps Imperatorq; vniuerſorum. *Cælius lib.* 23. *c.* 16.

Traditum eſt memoriæ, magiſtratuum ſtatuas à Thebanis ita ſolere formari, vt *ſine manibus* eſſent. Principum vero *clauſis oculis*, nimirum eam *Iuſtitiæ* naturam eſſe oſtendentes, vt incorrupta ſit, nec pretio precibusve, aut alienæ vlli voluptati cedat: *Statuæ magiſtratuum ſine manibus.*

*Iuſtitiæ* veteres adſcribunt *libram*, ſignificantes omni diligentia & ſummo ſtudio expetenda, nec huc nec illuc declinare iudicem. Græcis ζυγὴ hæc libra appellatur. Tradunt itaque nobis veterum monumenta, Ægyptiis Regibus ex præſcripto legis antiquiſſimæ moris fuiſſe, Iudices mox futuros iureiurando adigere, ne ſi Rex quidem iniuſti quidpiam iniunxiſſet, à virtutis medio declinaturos, nec lineam omnino (quod dicitur) moturos.

¶ Emblema.

Tandem, tandem iuſtitia obtinet.
Emblema. XXVIII. Andreæ Alciati.

*Æacidæ Hectoreo perfuſum ſanguine ſcutum,*
*Quod Græcorum Ithaco concio iniqua dedit.*
*Iuſtior arripuit Neptunus in æquora iactum*
*Naufragio, vt dominum poſſet adire ſuum.*
*Littore Aiacis tumulo namq; intulit vnda,*
*Quæ boat, & tali voce ſepulchra ferit:*
*Viciſti Telamonia de tu dignior armis,*
*Affectus fas eſt cedere iuſtitiæ.*

NNN 2 Iuuentus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Iuuentus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

IVuentus Græce νεότης, ητος, ἡ & νέος, ου, ὁ, iuuenis dicitur. Eſt autem iuuentus primæ refrigeratiuæ particulæ augmentatio, *ſecundum Ariſt. l. de Morte & Vita.* Iuuenis eſt, qui adoleſcentium ætatem exceſſit, vt Marcellus teſtatur, dicitur à iuuando, quod ea ætas maxime ſit ad laborem tolerandam apta, hinc iuueneſco, id eſt, iuuenis fio.

Iuuentus, Hebr. *Nahhar, Nehhurim, Nehhuroth, Nohhar.* Iuuentus, pueritia, omnes dies iuuentutis. *Nahhar,* Iuuenis, puer qui eſt inconſideratus & præceps fertur ad omnia. Hinc ναῤῥὸς *Nahharah,* puella. Omnia hæc nomina oriuntur à verbo *Nahhar,* i. excuſſit. exturbauit, vehementer in præceps deiecit. Iuuenes certè multa præcipitanter agunt.

Iuuentus nonnunquam ipſam ætatem iuuenilem ſignificat, interdum frequentiam iuuenum.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Iuuenes quales eſſe debeant, *Tit.* 2. 6. 1. *Pet.* 55. Iuuenum conſilium ſecutus Roboam punitur, 1. *Reg.* 12. 1, *&c.* Iuuentus in timore Dei erudienda, *Eccl.* 12. 1. Iuuentutis cupiditates fugiendæ, 2. *Tim.* 2. 2. a iuuentute benefaciendum. *Eccl.* 11. 9. & 12. 1.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatum feruore calentis inflammatur ætatis. *Amb. de viduis l.* 1.

Præmittit ætatis generalem iactantiam, quo plus commendet humilitatis ſuæ gratiam: mirabilis humilitas in ſenectute, quæ effœta viribus, debilitata fracturis, triſtis doloribus anhela ſuſpiriis, coacta curarum æſtibus, & in ipſa viuendi mœſto faſtidio alacritate eſt oblita iactantiæ. Rara ſane iuuenibus eſt humilitas: ideoque miranda, dum ætas viget, dum vires ſolidæ, dum ſanguis æſtuat, dum ſolitudo neſcitur, dum ignoratur debilitas, dum lætitia frequentatur, tunc ſeruet iactantia, tunc ſe iuuentutis extollit affectus tunc humilitas quaſi vileſcit, abiecta contemnitur; tunc ſubiectio de genere conſcientiæ æſtimatur infirmitas. *In Pſalm.* 118.

Multos videmus iuniorum ſuper ſenes intendere moribus dies, antiquorum tempora præuenire meritis, & quod deeſt ætati virtutibus compenſare quia iuxta Apoſtolum, ne quis contemnat adoleſcentiam bonæ indolis, ſenectus venerabilis non eſt numero annorum, ſed magis merito morum computata. *Bern. in epiſt. ad Theobald. militem.*

Sicut in ſenibus obſequium & ſubiectio, & obedientia rite debetur. *Cypr. de* 12. *abuſionibus.*

Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuerit: ſic in ſenectute honorem legitimum conſequi non poterit, qui in adoleſcentia diſciplinæ alicuius exercitatione non laborauit. Diſciplina igitur abſque obedientia qualiter fieri poterit. Adoleſcens ergo ſine obedientia, adoleſcens ſine diſciplina eſt. *Idem.*

Indigne tranſacta adoleſcentia otioſam ſenectutem, & honeſte acta ſuperior ætas fructus capit authoritatis. Quid enim ſenectus ſurripere valet, in quo iuuentus reprehenſibilis non fuit? *Caſ. in ep.*

Diuitiæ ſenum non ſunt canicies capitis, ſed induſtriæ iuuentutis: nec plurium annorum circulis, ſed laborum præteritorum ſtipendiis metiendæ. *ibidem.*

Magnu expecta gaudium, quum puerilem animum depoſueris, & te in virum philoſophiæ deſcripſeris. Adhuc enim non pueritia, ſed quod grauius eſt, puerilitas remanet, & hoc quidem peius eſt, quod authoritatem habemus ſenum, vitia vero puerorum, nec puerorum tantum, ſed etiam infantium. *Epiſt.* 16.

Adoleſcentulum verboſum, & eloquentiæ ſtudentem, cum ſit ſapientiæ inanis, non alium quam hoſtem iuſtitiæ reputa. *Bern. ad Eugenium.*

Impoſſibile eſt, iuuenem vitiis carnis non tentari.

Honor adoleſcentum eſt, timorem Dei habere, parentibus deferre: honorem habere ſenioribus, caſtitatem non aſpernari, diligere clementiam & verecundiam, quæ ornamenta ſunt iuuenilis ætatis. In ſenſibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adoleſcentibus verecundia commendatur. *Amb. de Offic.*

Sicut ignis in lignis viridibus ſuffocatur, ita ſapientia in adoleſcentia, tentationibus & libidine impedita, non explicat ſuum fulgorem, niſi labore, & ſtudio, & oratione incentiua iuuentuti intra repellantur. *Hier. ad Nepotian.*

## ¶ POETICAE SENTENTIAE.

Horat. de arte.

*Imberbis iuuenis, tandem cuſtode remoto,*
*Gaudet equis canibuſq; & aprici gramine campi,*
*Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper*
*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,*
*Sublimis, cupiduſq; & amata relinquere pernix.*

Auſonius de vita humana.

*Senſus abeſt paruis lactantibus & puerorum*
*Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pub...*

Ouid. 13. Met.

*Tranſit in æſtatem poſt ver robuſtior ætas,*
*Fitq; valens iuuenis, neq; enim robuſtior ætas*
*Vlla nec vberior, nec quæ magis ardet ...*

Idem 3. Faſt.

*Iuuenilibus annis*
*Luxuriant animi, corporaque ipſa vigent.*

Verinus.

*Præcipites iuuenum dementia ſubruit vrbes:*
*Curia conſilio conſtabilita ſenum eſt.*

Sen. Oct.

*Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.*

Ouid. Epiſt. 4.

*Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti,*
*Fine coli modico forma virilis amat.*

Sen. Thyeſt.

*Peiora iuuenes facile præcepta audiunt.*

Sen. Hip.

*Propria deſcribit Deus*
*Officia, & æuum per ſuos ducit gradus.*
*Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.*

Virg. Ætna.

*Nec ſanctos iuuenes attingunt ſordida fata:*
*Sed vere ceſſere domus & iura piorum.*

Sen. Troad.

*Iuuenile vitium eſt, regere non poſſe impetum.*

Chil. per Auſon.

*Illa iuuentus grauior, quæ ſimilis ſenectæ.*

Lucn. ad Piſon.

*Eſt mihi, crede, meis animus conſtantior annis,*
*Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas*
*Cœperit.*

Tibul. 1. 4.

*At ſi tardus eris, errabis, tranſiet ætas,*
*Quam cito non ſegnis ſtat, remeatque dies:*
*Quam cito purpureos deperdit terra colores:*
*Quam cito formoſas populus alta comas:*
*Quam iacet, infirmæ veſere vbi fata ſenectæ,*
*Qui prior Elæo eſt carcere miſſus, equus.*
*Vidi iam iuuenem. premeret cum ſerior ætas,*
*Mærentem ſtultos præteriiſſe dies.*

Ter. And.

*Ita eſt.*
*Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,*
*Vt animum ad aliquod ſtudium iungant: aut equos*
*Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos.*

Sen. Oct.

*Iuuenilis ardor impetu primo furit,*
*Langueſcit idem facile: ne durat diu*
*In Venere turpi: ceu leuis flamma vapor.*

Homer. in γ. Odyſſ.

Αἰδὼς δ᾽ αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι.
*Pudor certe iuuenem virum ſeniorem interrogare.*

Menander.

Ἀκμὴ τὸ σύνολον οὐδὲν ἄνθους διαφέρει.
*Vigor iuuentutis penitus nihil a flore differt.*
Μέμνησο νέος ὤν, ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ,
*In memoriam redige iuuenis exiſtens, quod ſenex eris quandoque.*
Νέος πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε.
*Iuuenis exiſtens multa bona diſce.*
Νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.
*Iuueni autem magis tacere quam loqui conuenit.*

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Sudia, quæ ſunt in adoleſcentia, tanquam in herbis ſignificant quæ virtutis maturitas, & quænam fruges induſtriæ futuræ. *pro Cæl.*

Eſt adoleſcentis maiores natu reuereri: exque iis deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio & authoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis iuſtitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. *Cic.* 1. *Offic.*

Iuuenis non poteſt eſſe ſapiens, qui prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore. *Ariſt.* 6. *Ethic.*

Iuuentutis diſciplina neglecta facit magnum Reipub. detrimentum. *Idem Polic.* 8. *c.* 1.

Iuuenes quatuor fere diſcere conſueuerunt, literas, gymnaſticen, muſicen, & pingendi peritiam. Literas quidem & picturam tanquam ad vitam vtiles, gymnaſticen, vt quæ ad fortitudinem pertineat. De muſica ambigitur: nam nunc multi voluptatis cauſa illam addiſcunt: veteres vero inter diſciplinas eam collocarunt, quia natura quærit non ſolum in negotio recte, ſed etiam in otio laudabiliter poſſe verſari. *Eod. l.* 8. 9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iuuenes ſunt moribus cupidi, & ad ea, quæ concupiſcunt, conficienda parati ſunt, & ex corporeis voluptatibus, venereis potiſſimum dediti, earumque impotentes ſunt, inconſtantes, & res, quas concupiuerunt, faſtidiunt. Valde concupiſcunt, protinus conquieſcunt, quia acutas habent voluptates, non longas, vt ægrotantium fames & ſitis. Sunt ad excandeſcentiam procliues, & ad eum impetum ſequendum parati, & iræ obnoxii, quia ob honoris deſiderium ſe parui fieri pati non poſſunt, ſed ægre ferunt, ſi ſibi fieri iniuriam arbitrantur. Honoris, immo victoriæ cupidi ſunt: bonis moribus præditi, creduli, ſpe bona pleni, & facile decipiuntur. Fortiores ſunt, non metuunt, ſed multum confidunt: verecundi, magnanimi, & honeſtas facere cupientes. *Idem Rhet. l. 2.*

Detur aliquid ætati, ſit adoleſcentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, non ſemper ſuperet vera illa & directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptaſque rationem, dummodo illa in hoc genere præſcriptio, moderatioque teneatur: parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnum atque famam, ne probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem interimat, ne interſit inſidiis, ſcelere careat: poſtremo, quum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætati, atque ad inanes haſce adoleſcentiæ cupiditates, reuocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, Reipublicæ, vt ea, quæ ratione antea non perſpexerit, ſatietate abieciſſe, experiendo contempſiſſe videatur. *Pro M. Cæl.*

Ludo & ioco vti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus, ceteriſque, quum grauibus ſeriiſque ſatis fecerimus: Ipſumque iocandi genus ingenuum & facetum eſſe debet, non profuſum, nec immodeſtum, ſed ſemper in ipſo ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat. *Cic. 1. Offic.*

Enitendum eſt, vt qui libidinibus ſuccumbunt, & increpationibus omnino rebelles ſunt, connubio ſubiugentur, hoc ſiquidem tutiſſimum eſt iuuentutis vinculum. *Demoſth. 1. Olyn.*

Difficile eſt aliquid de iuuenibus diuinare. Eſt enim ætas incerta, ſine ſcopo, multis mutationibus obnoxia, & alias aliorſum agitur. *Theophil.*

Nihil difficilius eſt quam in iuuentute magnam capere fortunam. *Curt lib. 4.*

Licenter iuuenes militiam in laſciuiam vertunt. *Tacit in vita Agricolæ.*

Si quis ad bellum gerendum electus iunior, qui ſua vtilitate mouetur, & impetu lætatur propter armorum ſplendorem, equorum apparatus & vanas profuſiones, hortatur vt ad iter vos accingatis, huic non concedite, vt periculo ciuitatis ſuum ſplendorem amplificet: ſed exiſtimate à talibus res publicas & priuatas euerti. Atque bellum rem exiſtimare quæ iuuenum conſiliis regi non poteſt, nec ſubito eſt ſuſcipienda. *Thucyd. lib. 6.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Democritus*, robur & pulchritudinem iuuentutis bonum eſſe, ſenectutem prudentiæ florem eſſe dicebat. *Max. ſerm. de ſenect. & iuuentut.*

*Simonides* dicebat, hominem, quamdiu viuit iuuenis & vegetus, animo leui eſſe præditum, multa irrita cogitare, neque ſenectutem ſibi affuturam, neq; mortem expectare, indulgere otio, nec intelligere, quam breue ſit iuuentutis ac vitæ tempus datum hominibus. *Stob. ſerm. 96.* vt paucis omnia, iuuenis ab Horatio deſcriptus eſt:

*Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator.*

*Iuncus philoſophus*, iuueni multa eximia dona tum in anima tum in corpore Deum contuliſſe dicebat quæ ſemper augentur, nempe magnitudinem, robur, formam, gratiam refulgentem, mentem confirmatam, prudentiam, & orationem animi bonorum nuntiam. Multa ex artibus & ſcientiis lucratur. Quod ſi infortunium aliquod ei inferat morbus, aut paupertas, aut ignominia, ſingula perferre poteſt: & tanquam bonus athleta quemuis caſum ſuperat. *Stob. eod. ſerm.*

*Solon* lege ſanxit, ne quis admodum iuuenis ad magiſtratum aut conſultationes admitteretur, quamuis prudentiſſimus eſſet viſus. *Stob. ſerm. 112.*

*Plutarchus* iuuenes hortabatur, vt hæc tria habere curarent, in animo Temperantiam, in lingua Silentium, in ore Pudorem. *Ant. ſerm. de iuuenib. virtute præditis.*

*Idem*, decet iuuenes (inquit) æmulari ſeniores, vt lacteus pullus equæ curſum comitatur, &, vt Plato dicebat, de mero aquæ miſcendo, furentem à ſobrio temperari. *Stob ſerm. 112.*

*Ariſtoteles*, laudabiliorem, & magis neceſſariam temperantiam in iuuenibus quam ſenibus eſſe dicebat. Nam iuuenes plus quam ſenes cupiditatibus tentantur. *Libro 3. Topicorum, & libro tertio Ethicorum.*

*Athenienſes.* Scitu digniſſimum eſt iuramentum, quod Ephebi Athenienſes Reipublicæ præſtare ſolebant. His verbis autem fuit conceptum. Non ignominia afficiam arma ſacra, neque deſeram meum commilitonem, quo cum iunctus fuero. Dimicabo pro aris & focis, & ſolus, & cum multis. Patriam non derelinquam in deteriori ſtatu, ſed ampliori melioríque, quam acceperim. Semper magiſtratui præfecto prudenter obediam & legibus conſtitutis parebo atq; aliis quibuſcunq; plebiſcitis. Quod ſi quis leges vel irritas facere, vel eis non obtemperare velit, non concedam: ſed vlciſcar & ſolus & cum pluribus. Sacra quoq; patriæ colam. Horum dii mihi teſtes, & conſcii ſunto. *Stob. ſerm. 41. de Republ.*

¶ SIMILITVDINES.

*Iuuentus & iuuenta.* Poſt hyemem denuo recurrit ver: At poſt ſenectam nulla recurrit iuuenta. *Eraſ.*

*Nouella* vitis copioſius gignit vinum, ſed vetuſtior melius: Ita plura loquuntur iuuenes, ſed vtiliara ſenes. *idem.*

*Perſica* ob id ipſum pluris veniebant, quod non durarent, niſi in triduum: Ita auidius rapiendum, quod cito præteruolat, vt iuuenta. *idem.*

*Vt gypſum* aut argilla dum eſt vda, in quamuis imaginem facile ſequitur fingentis manum: Ita rudes animi ad omnem diſciplinam ſunt idonei. *idem.*

¶ ADAGIA.

Iuuenari, νεανίζειν.

*In eos, qui iactantius & inconſultius aliquid agunt, more iuuenum. Ariſt.*

Aliam ætatem alia decent.

*Qui tam aliam ætatem ſignificabit, nec idem decere canum, quod iuuenem aliquando decuit, vſurpabit illud Homeri:*

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον.
*Verum vbi iam canumq; caput incanaq; menta.*

¶ EMBLEMA.

Emblema. XCIX. Andreæ Alciati.

*Natus vterq; Iouis teneratq; imberbis vterque,*
*Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,*
*Saluete, æterna ſimul & florete iuuenta,*
*Numine ſit veſtro quæ diuturna mihi.*
*Tu vino curas, tu victu dilue morbos,*
*Vt lento accedat curua ſenecta pede.*

¶ FABVLA.

Bos & Iuuencus.

Ante bouem arantem, quem ætate confectum etiam quotidianæ aratri & plauſtri trahendi operæ lentum & ſqualidum reddiderant, ante hunc igitur exultare nitidus ac petulans iuuencus, atque illius ſcabram ac nudatam pilis cutem irridere. Paulo poſt arripitur ad immolationem iuuencus, qui quum præter bouem duceretur demiſſo capite, & lento paſſu ingrediebatur. Tum bos: Etſi, inquit, nolim has te pœnas dare laſciuiæ & inſolentiæ tuæ, tamen quum ita ceciderit, delector id me cognoſcere verum eſſe, quod audire etiam de meis parentibus memini? In maximis periculis verſari petulantem iuuentutem. Ac eſſe quidem ætatem hanc per ſe malis obnoxiam, ſed tum maxime, cum accedat iniuriarum & improbitatis vſurpatio.

Præceptum & admonitio fabulæ narratione comprehenduntur.

*Vide Adoleſcentia, Ætas.*

*FINIS LIBRI NONI.*